





4-4-354

~~9a - 9 M~~

Biblioteca Cabreretaria	
ORINACA	
Sección	B
Edición	66
Número	13

4

20-84

BIBLIOTECA REAL	
ORINACA	
Sección	B
Edición	5
Número	99

c 11814895



R-13853

R. P. F. THOMÆ  
**MALVENDA,**  
 ORDINIS FF.  
**PRÆDICATORVM**  
 Sacræ Theologiæ Magistri.  
**COMMENTARIORVM**  
 IN S. SCRIPTVRAM.  
**TOMVS QVINTVS.**

IN QVO { Isaiaë, Ieremiæ, Baruch, Sacra oracula vnà & Ezechielis  
 Exordium, Dei incarnationem, olim in lege Gratia re ipsa, hic  
 per Veteris Testamenti Euangelistam, prophetographicè exhibet.

*Posthumum factum Luce & vita donauit primum Lugdunum.*



**LUGDVNI,**  
 Sumptibus Societatis Bibliopolarum.

M. DC. L.

Cum Approbatione, & Priuilegio Regis.



Ms. 13822

R. P. F. THOMAE

MALVENDAE

ORDINIS FF.

PRÆDICATORVM

Sacris Theologiae Magistri.

COMMENTARIORVM

IN SCRIPTVRAM

TOMVS QVINTVS

In hoc Exordio, De incarnatione, olim in segetibus re ipsa, hic per Veteris Testamenti Evangelium prophetice exhibet.

Postquam hinc hinc et vix donavit primis Lugdunum



LAGDANI  
Bibliothecae Secretariae Bibliopolitanae.



...um Approbatione, & Privilegio Regis



# ARGUMENTVM.



**V**ERBUM Incarnatum ita actiones suas dispensauit semper, vt Deum pariter ac hominem se probaret. Suprema scelerum vindex, diuina Nemesis eo foedere sociauit iustitiam & misericordiam, vt licet altera timorem incuteret, eius tamen benignitatem testaretur demonstraretque comes altera. Fuit Hebraeorum gens ex vniuerso toto, Deo selecta, propria propitia ( vt rectè loquitur Maluenda ) Dei ocellulus, Dei corculum, in quem misericordiae viscera pene prodigus effudit. quid aio? inepte matris amores in exemplum hic à me adhibeantur. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui. Post tot tamque illustria diuini amoris argumenta, post tot beneficiorum nomina, tot tenerioris affectus significationes & symbola, gens quæ pluribus à Deo cumulata erat beneficiis ( vt Epist. contra Petrobrusianos loquitur alio in exemplo Petrus Cluniacensis ) minus grata fuit, fornicata est cum amatoribus multis, parenti optimo, Deo supremo tergum obrufit, susque deque vertit omnia, vt nihil impietatis, nihil sceleris reliquum sibi esse pateretur. quis hac audiens non exhorrescat? quis adeo perfidum, adeo ingratum populum ex intimis animi medullis non reiecerit & euomat, & ab omni prorsus necessitudine proscribat & excommunicet? strinxit tamen furoris habenas Deus, monitores submitit qui in supremum exitij barathrum ruentem gentem reuocarent, qui verbis grauissimis castigarent, Dei vlciscentis ni resipiscerent iras comminarentur. verum in surdas aures cantica dabantur omnia. O impudens scortum! ô prostibulorum omnium proiectissimum! lenta tandem; sed quo lentior hoc acrior & acerbior ab irato sed iustissime irato Deo inflicta est pœna, sumptumque supplicium. illa quondam gentium domina, urbium princeps & regina, heu, metamorphosis dextere Excelsi, in cineres & in vstulatum cadauer abiit, posteritati in æternum omnibusque olim sæculis exemplo futura & documento. ferali busto apte illud Poëtarum principis in epitaphium inscripseris.

Esa. 49. 15.

Discite iustitiam moniti & non temnere diuos.

Habes iam Benigne Lector propheticae functionis scopum, hæc sacrarum scriptio- num & à theodidactis rhetoribus editarum concionum summa est & subiectum, vt scholæ phrasis est. discere ex his potes Dei iustitiam, quæ Achate tamen nunquam sine suo superexaltante iudicium misericordia. & hic quoque locum habet,

———— post nubila Phœbus.

luctuosam catastrophem iucunda excepit facies, à tragicis lacrymis metabasis Iudææ totique terrarum orbi obigit lætissimi Euangelij, è vinculis in libertatem pristinam miserationis visceribus commotus suos asseruit Deus & Iudæorum reliquiis predicatur & promittitur toti humano generi, toti vniuerso benigni Dei miraculorum omnium miraculosissimum, Incarnationis mysterium, seruati- onum & liberationem omnium priorum infinito intervallo excedens antitypon. Comprehendis iam quatuor Prophetarum argumentum, vt tamen dearticulatio

*sim & distinctior: duorum quos enarrat Auctor, & tertij quem à limine attigit, prophetarum peridromen exhibebo. Isaias, quo aptiorem nancisci aut optare nemo possit, ipse scriptionis suæ capite primo à se dicendorum propositionem exhibet. Corruptos sæculi sui mores corripit, Iudæorum reiectionem, gentium vocationem, Christi & Ecclesiæ mysteria prædicit: priorem partem triginta novem Capita exhauriunt, inde ad finem vsque libri totus est in Christo, spatioseque excurrit in eius Ecclesiæ exponenda, itaque exponit dilucide, vt rem præsentem oculis potius subiicere videatur quam de futuris vaticinari, tradiderat de his duobus aliqua in priori tractatu; sed sparsim, sed aliis mista. prophetavit sub Ozia, vti tradit Eusebius in Chronico, restabant ex regno Ozia anni triginta sex, his adde sexdecim Ioatham, sexdecim Achaz, viginti novem Ezechia, colliges annos nonaginta sex, vnde in decrepitam ætatem eius vita procurreret necesse est, donec à grandiori & nequiori iam Manasse occisus est & prophetici muneris gloriam Martyris auxit incremento. Ieremias quatuor agit, Nabuchodonosoris aduentum prædicit, vitia suorum increpat, ad virtutes & vitæ emendationem hortatur: sui temporis historiam exarat: de Christo, Ecclesiæ, gentium vocatione, de aureo inquam illo sæculo & ementitis Saturni fabulis longe feliciora oracula consignat. Prophetare incæpit post Isaiam, regni Iosia anno decimo tertio. floruitque sub regibus quinque, videlicet Iosia annos nouemdecim, sub Ioachaz Iosia filio menses tres, sub Ioachim fratre Ioachaz annos vndecim, sub Ioachin menses tres, sub Zedechia annos vndecim, qui vrbi & regno Iudææ fuit supremus: Ægyptum deinde abductus ibidem Taphnis per annos quatuor prophetam egit vsque ad annum quartum excidij Ierosolymitani, quo similem fortunam Ægypto asseruit obuenturam, qualem iam experta fuerat Iudæa, ibidemque Sexagenarius à suis conciuibus lapidibus obrutus Martyrio occubuit. Vti tempore & ordine, ita argumento proximus est Ezechiel, quemadmodum enim Ieremias & Isaias prioribus capitibus captiuitatem Babylonicam Iudæis imminentem prædicit, cæpitque prophetare anno quinto transmigrationis. Porro vt Deus auctori vitæ filium, ita præfationis seriem hic præsecare præscriptionis ipsius iubet abruptio.*





LOCA SACRÆ SCRIPTURÆ  
 operosius explicata, quę singularem aliquam,  
 vel litteralem, vel mysticam doctrinam con-  
 tinent, in commodum & obsequium studio-  
 forum S. Scripturæ & controuersiarum &  
 præsertim concionatorum.

ISAIAS.

- |  |   |
|--|---|
| Cap. 1. 19. <i>V</i> buenite oppresso. 9. a  | 27. <i>C</i> omputrescet ingum à facie olei. 84. a  |
| 6. <i>E</i> t pueris alienis adhaeserunt. 15. b  | 32. <i>A</i> d huc dies est ut in Nobe stetur. 85. a  |
| Cap. 2. 16. <i>D</i> ies Domini super omne quod uisa pulchram. 17. a. b                          | Cap. 11. 1. <i>F</i> los de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. 87. b |
| 22. <i>Q</i> uiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. 18. b                  | 3. <i>R</i> eplebit eum spiritus timoris Domini. 88. a  |
| Cap. 3. 10. <i>D</i> icite iusto quoniam bene. 23. a   | 10. <i>E</i> rit sepulchrum eius gloriosum. 89. b   |
| 12. <i>P</i> opulum meum exactores sui spoliauerunt. 23. b                                       | Cap. 16. 1. <i>E</i> mitte agnum Domine dominatorem terræ. 117. a                               |
| 17. <i>C</i> rinem earum filiarum Syon, nudabit Dominus. 25. b                                   | 6. <i>S</i> uperbia eius & arrogantia & indignatio eius plusquam fortitudo eius. 119. b         |
| Cap. 5. 17. <i>P</i> ascentur agni iuxta ordinem suum. 40. a                                     | 7. <i>H</i> is qui latantur super muros cocti lateris loquimini plagas suas. 119. b             |
| Cap. 6. 13. <i>S</i> icut terebinthus & sicut quercus qua expandit ramos suos. 47. b             | 14. <i>I</i> n tribus annis & t. auferetur gloria Moab. 122. a                                  |
| Cap. 7. 8. <i>E</i> t adhuc sexaginta & quinque anni & desinet &c. 52. a                         | Cap. 18. 1. <i>V</i> a terra cymbalo alarum qua est trans flumina Æthiopia. 128. a              |
| 10. <i>S</i> i non credideritis non permanebitis. 52. b  | Cap. 19. 18. <i>I</i> n die illa erunt, quinque ciuitates in terra Ægypti. &c. 138. b           |
| 16. <i>A</i> ntequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum. 54. b                           | 24. <i>I</i> n die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio. 140. a                           |
| Cap. 8. 1. <i>S</i> ume tibi librum grandæ & scribe in eo stylo hominis. 59. b                   | Cap. 21. 1. <i>O</i> nus deserti maris. 143. a  |
| Cap. 9. 1. <i>P</i> rimo tempore alieniata est terra Zabulon & terra Nephthali. 67. a. b. & seq. | 7. <i>V</i> idit currum duorum equitum, ascensorem asini. 146. a                                |
| 5. <i>Q</i> uia omnis violenta prædatio cum tumulu & uestimentum mistum in sanguine &c. 71. a    | 8. <i>C</i> lamauit leo super speculam. 146. b  |
| Cap. 10. 13. <i>P</i> rinces earum depradatus sum. 80. a   | Cap. 22. 15. <i>V</i> ade ingredi ad eum, qui habitabat in tabernaculo. 154. a                  |
| 18. <i>E</i> rit terrore profugus. 82. a   | 17. <i>E</i> cce Dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus. 155. b        |
| 22. <i>C</i> onsummatio abbreviata mundabit iustitiam. 82. b                                     | Cap. 23. 1. <i>V</i> lulate naues maris. 159. b   |
| Tom. 5.  | <i>i</i> bid. <i>D</i> e terra Ceti reuelatum est ei. 159. b                                    |
|  | 13. <i>E</i> cce terra Chaldaorum, talis populus non fuit. 163. a                               |
|  | Cap. 24. 14. <i>P</i> ropter hoc in doctrinis glorificate Dominum. 170. a                       |
|  | 16. <i>D</i> ixi secretum meum mihi, secretum meum  |

- meum mihi. *va mihi.* 171. a
- Cap. 25. 7. *Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos.* 175. a
11. *Et humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius.* 176. a
- Cap. 26. 3. *Vetus error abiit.* 178. a
15. *Indulxisti genti Domine, indulxisti genti, numquid glorificatus es?* 181. b
18. *Concepimus & quasi parturimus salutes non fecimus.* 181. b
19. *Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent.* 182. a
- Cap. 27. 4. *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam & veprem in prælio? gradiar super eam.* 185. b
- Cap. 28. 5. *In die illa erit Dominus corona gloriæ & sertum exultationis residuo populi sui.* 193. a
10. *Quia manda remanda, expecta reexpecta.* 194. a
11. *In loquela enim labij & lingua altera loquetur ad populum istum.* 194. a
15. *Cum inferno fecimus pactum.* 195. b
16. *Qui crediderit non festinet.* 196. b
24. *Numquid tota die arabit arans ut ferat?* 198. b
28. *Panis autem comminuetur.* 200. a
- Cap. 29. 1. *Va Ariel Ariel.* 203. a
- ibid. *Ciuitas quam expugnauit David.* 203. b
- ibid. *Sollemnitates euoluta sunt.* 203. b
- Cap. 30. 4. *Nuntij tui vsque ad Hanes peruennerunt.* 213. b
7. *Saperbia tantum est, quiesce.* 215. a
- Cap. 32. 3. *Non caligabunt oculi videntium.* 227. a
- Cap. 33. 7. *Ecce videntes clamabunt foris.* 234. a
14. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante.* 235. b
18. *Cor tuum meditabitur timorem.* 237. a
- Cap. 38. 12. *Præcisa est velut à textente vita mea.* 256. a
14. *Domine vim patior.* 257. a
15. *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anima mea.* 257. b
16. *Domine si sic viuitur.* 257. b
17. *Tu autem eruisti animam meam ut non periret.* 258. b
- Cap. 40. 3. *Vox clamantis in deserto.* 263. b
- Cap. 41. 7. *Confortauit faber ararius percussiens malleo.* 273. b
15. *Ego posui te sicut plastrum triturans.* 275. b
- Cap. 42. 4. *Non erit tristis neque turbulentus donec ponat in terra iudicium.* 282. b
22. *Laqueus iuuenum omnes.* 285. b
- Cap. 44. 21. *Memento horum Iacob, non obliuiscaris mei.* 999. b
- Cap. 49. 5. *Et Israel non congregabitur.* 324. a
- Cap. 52. 5. *Sicut obstupuerunt super te multi, ita in glorius eris inter viros aspectus eius.* 340. a
- Cap. 53. 8. *Generationem eius quis enarrabit?* 345. b
9. *Et dabit impios pro sepultura & diuitem pro morte sua.* 346. a
12. *Ideo dispersiam ei plurimos & fortium. &c.* 348. b
- Cap. 54. 15. *Ecce accola veniet qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.* 353. a
- Cap. 57. 8. *Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum.* 363. b
20. *Impij quasi mare feruens.* 366. a
- Cap. 63. 1. *Quis est iste qui venit de Edom?* 392. a
3. *Torcular calcaui solus.* 392. b
- ibid. *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.* 392. b
9. *In omni tribulatione eorum non est tribulatus.* 393. b
9. *Indurasti cor nostrum ne timeremus te.* 395. b
- Cap. 65. 4. *Qui in delubris idolorum dormiunt, & ius profanum in vasis eorum.* 402. a. b
11. *Qui ponitis fortuna mensam & libans super eam.* 403. b
16. *In quo benedictus est super terram, benedicetur in Deo Amen.* 404. b
- Cap. 66. 17. *Qui mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus.* 411. b

## IEREMIAS.

- Cap. 5. 2. *Quod si etiam, viuis Dominus dixerint, & hoc falso iurabunt.* 446. a
3. *Domine oculi tui respiciunt fidem.* 446. a
- Cap. 7. 18. *Mulieres conspergunt adipem ut placentas faciant regina cali.* 462. a
- Cap. 10. 23. *Scio Domine, quia non est hominis via eius.* 480. b
- Cap. 11. 19. *Mittamus lignum in panem eius.* 486. a. b
- Cap. 12. 5. *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo poteris contendere cum equis?* 490. b
9. *Numquid auis discolor, hereditas mea mihi?* 491. b
13. *Hereditatem acceperunt & non eis proderit.* 492. a
- Cap. 14. 9. *Quare futurus es velus vir vagus?* 502. b

Cap.

- Cap. 15. 10. Non feneravi nec feneravit  
mibi quisquam. 508. a
19. Si separaueris pretiosum à vili,  
quasi os meum &c. 510. a
- Cap. 17. 4. Relinqueris sola ab hereditate  
tua, quam dedi tibi. 510. a
16. Ego non sum iurbatus te pasto-  
rem sequens. 521. a
- Cap. 18. 14. Numquid deficiet de petra agri  
nix Libani? 525. a
- Cap. 20. 7. Seduxisti me Domine & sedu-  
ctus sum. 532. b
- Cap. 22. 30. Scribe virum istum sterilem.  
545. b
- Cap. 23. 23. Putasne Deus è vicino ego sum?  
552. a
31. Qui furantur verba mea & nus-  
quisque à proximo suo. 552. b
- Cap. 25. 10. Perdamque ex eis vocem mola.  
560. a
26. Et rex Sesach bibet post eos.  
561. b
38. Dereliquit quasi leo umbracu-  
lam suam à facie ira columba.  
563. b
- Cap. 26. 20. Fuit quoque vir prophetans  
Vrias filius Semei. 567. b
- Cap. 28. 1. Factum est in principio regni  
Sedechia in anno quarto. 573. a
- Cap. 29. 10. Cum cæperint impleri in Baby-  
lone septuaginta anni. 578. a
- Cap. 31. 15. Vox in Ramah audita est Ra-  
chel plorantis filios suos. 591. b
- Cap. 35. 6. Ionadab filius Rechab pater no-  
ster praecepit nobis dicens &c.  
614. b
19. Non deficiet vir de stirpe Iona-  
dab. 615. a. b
- Cap. 36. 5. Ego Ieremias clausus sum.  
617. a
- Cap. 39. 4. Et ingressi sunt omnes principes  
regis Babylonis &c. Neregel, Se-  
refer &c. 632. a
- Cap. 44. 19. Numquid fecimus ei placentas  
ad colendum eam? 650. a
- Cap. 46. 17. Vocate nomen Pharonis regis  
Ægypti, tumultum adduxit  
Deus. 657. b
25. Ecce ego visitabo super tumul-  
tum Alexandria. 659. a
- Cap. 50. 11. Effusus est sicut vitulus super  
herbam. 687. a
38. Siccitas super aquas eius, Ba-  
bylonis, erit & arefcet. 691. a
39. Habitabunt dracones cum fau-  
nis. 691. b
- Cap. 51. 13. Qui habitas super aquas mul-

tas locuples in thesauris pedalis  
præcisionis tua. 699. a

64. Huc vsque verba Ieremia.  
703. b

Cap. 52. 25. De ciuitate tulit magister mili-  
tia septem viros, de his qui vi-  
debant faciem regis. 709. a

31. Vigesima quinta mensis eleua-  
uit Euilmerodach rex Babylonis  
caput Ioachin. 709. b

## LAMENTATIONES.

Cap. 1. 8. Propterea instabilis facta est Ie-  
rusalem. 715. b

Cap. 2. 20. Ergone comedent mulieres fru-  
ctum suum, paruos ad mensu-  
ram palmae? 723. b

Cap. 3. 28. Sedebit solitarius & tacebit,  
quia leuauit se super se? 729. a

39. Quid murmurauit homo viuens,  
vir pro peccatis suis? 729. b

51. Oculus meus depraedatus est ani-  
mam meam. 730. b

65. Dabis eis scutum cordis laborem  
tuum. 731. b

Cap. 4. 3. Sed & lamia nudauerunt mam-  
mam. 734. b

7. Nazarai eius rubicundiores ebo-  
re antiquo. 735. b

20. Spiritus oris nostri Christus Do-  
minus captus est. 737. a

## BARVCH.

Cap. 1. 8. Cum acciperet Ioachim vasa  
templi. 744. a

Cap. 6. 42. Mulieres autem circumdata fu-  
nibus in viis sedent, succenden-  
tes ossa oliuarum. 769. b

69. Nam sicut in cucumerario for-  
mido nihil custodit. 772. a

## EZECHIEL.

Cap. 1. 1. Et factum est in trigesimo anno  
cum essem in medio captiuorum  
iuxta fluuium Chobar. 775. a.

776. a

4. De medio eius, quasi species  
electri. 777. b

Egregie hic explicat Maluen-  
da quatuor animalia, rotas, &  
firmamentum Ezechielis.

Cap. 3. 15. Veni ad transmigrationem ad  
aceruum nouarum frugum, ad  
eos qui habitabant iuxta flu-  
uium

uium Chobar, & sedi ubi illi se-  
debant, & mansi ibi septem die-  
bus, marens in medio eorum.  
790. a

Cap. 4. 4. Et tu dormies super latus tuum  
sinistrum. 794. a. b

5. Ego autem dedi tibi annos & c.  
numero dierum trecentos nona-  
ginta dies. 795. a

Cap. 5. 2. Tertiam partem igni combures  
in medio ciuitatis. 799. a

Cap. 8. 14. Ecce ibi mulieres sedebant plan-

gentes Adonidem. 814. a

17. Ecce applicant ramum ad na-  
res suas. 815. b

Cap. 11. 3. Hi sunt viri dicentes. Nonne  
dudum adificata sunt domus: hac  
est lebes nos autem carnes. 825. a

Cap. 13. 18. Vae qui consuunt pubillos sub  
omni cubito manus & faciunt  
cervicalia sub capite vniuersae  
etatis ad capiendas animas.  
836. b

# FINIS.

## BARUCH.

Cap. 1. 8. Cum accepisset Iosabab...

Cap. 4. 4. Mulieres autem...

Cap. 5. 2. Nam...

Cap. 6. 1. Et...

## EZECHIEL.

Cap. 1. 1. Et...

Cap. 2. 1. Et...

Cap. 3. 1. Et...

Cap. 4. 1. Et...

Cap. 5. 1. Et...

Cap. 6. 1. Et...

Cap. 7. 1. Et...

Cap. 7. 2. Et...  
Cap. 8. 1. Et...  
Cap. 9. 1. Et...  
Cap. 10. 1. Et...  
Cap. 11. 1. Et...  
Cap. 12. 1. Et...  
Cap. 13. 1. Et...  
Cap. 14. 1. Et...  
Cap. 15. 1. Et...  
Cap. 16. 1. Et...  
Cap. 17. 1. Et...  
Cap. 18. 1. Et...  
Cap. 19. 1. Et...  
Cap. 20. 1. Et...  
Cap. 21. 1. Et...  
Cap. 22. 1. Et...  
Cap. 23. 1. Et...  
Cap. 24. 1. Et...  
Cap. 25. 1. Et...  
Cap. 26. 1. Et...  
Cap. 27. 1. Et...  
Cap. 28. 1. Et...  
Cap. 29. 1. Et...  
Cap. 30. 1. Et...  
Cap. 31. 1. Et...  
Cap. 32. 1. Et...  
Cap. 33. 1. Et...  
Cap. 34. 1. Et...  
Cap. 35. 1. Et...  
Cap. 36. 1. Et...  
Cap. 37. 1. Et...  
Cap. 38. 1. Et...  
Cap. 39. 1. Et...  
Cap. 40. 1. Et...  
Cap. 41. 1. Et...  
Cap. 42. 1. Et...  
Cap. 43. 1. Et...  
Cap. 44. 1. Et...  
Cap. 45. 1. Et...  
Cap. 46. 1. Et...  
Cap. 47. 1. Et...  
Cap. 48. 1. Et...  
Cap. 49. 1. Et...  
Cap. 50. 1. Et...



15 Iulij,  
1626.

# PROPHETIA ISAIÆ.

## CAPVT PRIMVM.

Tempus quo prophetauit Isaias super Iudam & Ierusalem, quæ ob suam ingrati-  
tudinem aliâque scelera, omni pœnarum genere à Deo percussa, non est ad  
eum reuersa: quamobrem dicit miserrimam imminere ipsi desolationem:  
victimæ & sollempnitates ipsius reiiciuntur: & quid facere debeat ut in  
gratiam à Deo recipiatur, rursus ob defectionem à pristina virtute in varia  
peccata grauem vindictam, & futuram tandem ipsius liberationem & in  
feliciorem statum restitutionem vaticinatur.

Vulg.

**V**iso Isaiæ filij Amos,  
quam vidit super Iudam  
& Ierusalem in diebus  
Oziæ, Ioathan, Achaz,  
& Ezechia, regum Iuda.

2 Audite cæli, & auribus percipe ter-  
ra, quoniam Dominus locutus est. Filios  
enutruï, & exaltaui: ipsi autem spreue-  
runt me.

3 Cognouit bos possessorem suum, &  
asinus præsepe domini sui: Israel autem  
me non cognouit, & populus meus non in-  
tellexit.

4 Va genti peccatrici, populo graui ini-  
quitate, semini nequam, filius sceleratis:  
dereliquerunt Dominum, blasphemaue-  
runt sanctum Israel, ab alienati sunt re-  
trorsum.

5 Super quo percutiam vos ultra, ad-  
dentes præuaricationem: omne caput lan-  
guidum, & omne cor mœrens.

6 A planta pedis vsque ad verticem  
non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, &  
plaga tumens, non est circumligata, nec  
Maluenda, In libr. Isaiæ.

Malu.

**P**æuisio Iesaghiáhû, filii  
Amótz, quam præuidit  
super Iehudáh, & Ieru-  
saláim, in diebus Ghuziá-  
hu, Iothám, Achaz, Iechizkiiáhu re-  
gum Iehudáh.

2. Audite cæli, & <sup>b</sup> ausculta terra  
quia <sup>c</sup> IHVH loquutus - fuit: Filios  
grandefeci <sup>d</sup> & eleuabo; & ij trans-  
gressi - fuerunt in me.

3 Cognouit taurus acquirentem  
suum: & asinus <sup>e</sup> præsepe <sup>f</sup> potentium  
suorum: Israël non cognouit, populus  
meus non intelligere - sese fecit.

4 Hoi gens <sup>g</sup> errans, populus gra-  
uitatis, semen malefacientium, filii  
perditores: dereliquerunt IHVH,  
incederunt Sanctum Israël, ab aliena-  
ti - fuerunt <sup>i</sup> post.

5 Super quid percutiemini <sup>k</sup> adhuc?  
addetis discessionem: Omne caput <sup>l</sup>  
agritudini, & omne cor languidum.

6 De <sup>m</sup> vola pedis, & vsque ad ca-  
put non in eo mortalis, vulnus, & <sup>n</sup>  
liuor, & percussio purulenta, non

a de, contra  
b auricula,  
aures-adhi-  
be  
c Ens, Es-  
SENTIUS,  
ESSENTIA  
TOR sic de-  
inceps toto  
libro  
d vt eleuab  
e stabulum,  
calcandam.  
f agnarium  
f habentiũ,  
possessorũ,  
dominorum  
g peccans,  
delinquens  
h prauitate,  
curitate,  
distortione,  
iperueritate  
i retro  
k ultra, ama-  
plius. deia-  
ceps  
l ad agritu-  
dinem  
m curitate,  
planta  
n tumex  
vide Genes.  
4. v. 23.

A alie

curata medicamine, neque fota oleo.

Isa. 1. b. 8. 7 Terra vestra deserta, ciuitates vestra succensa igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili.

8 Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, que vastatur.

Rom. 9. f. 29. Gen. 19. c. 24. 9 Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetus, & quasi Gomorrha similes essemus.

10 Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrha.

Ier. 6. c. 29. Amos 5. f. 12. 11 Quod mihi multitudinem victimarum, dicit Dominus: plenus sum. holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.

12 Cum veniretis ante conspectum meum, quis quaesuit hac de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis?

13 ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri:

14 calendæ vestras, & sollemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.

15 Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestra sanguine plenasunt.

Infra 59. a. 1. 1. Pet. 3. d. 11. 16 Lauamini, mundi estote, auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè.

17 discite bene facere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.

18 Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

19 Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.

20 Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.

21 Quomodo facta est meretrix ciui-

alienata -- fuerunt, & non mollificata -- fuit in oleo.

7 Terra vestra<sup>o</sup> afflanda, vrbes vestrae combustæ igni: humum vestram presentia vestrae<sup>8</sup> alieni comedentes eam; & afflanda sicut euersio alienorum.

8 Et superrelinquetur filia Tzizonis sicut abscondio in vinea, sicut pernoctatorium in perplexitate, sicut vrbs asseruata.

9 Si non IHVH TZEBAOTH superrelinquit nobis residuum sicut paucum: sicut Sedom fuimus, & Ghamorah assimilauimus.

10 Audite verbum IHVH extremarii Sedom: <sup>c</sup> auscultate legem ELOHIM nostri, populus Ghamorah.

11 Ad quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit IHVH, saturatus fui<sup>a</sup> ascensionibus arietum, & adipe merinorum: & sanguinem iuuençorum, & agnorum, & <sup>x</sup> hircorum non bene complacui.

12 <sup>7</sup> Quia venietis videri faciebus meis, quis quaesuit istud de manu vestra calcare atria mea?

13 Non addetis venire-facere minchah præcipitantiæ, suffitus abominatio ipsa mihi: inuocatio, sabbatum, vocare conuocationem; non potero concupiscentiam, & præualescentiam.

14 Innouationes vestras, & stationes vestras<sup>2</sup> odiuit anima mea; fuerunt super me grauamini, defatigatus fui leuare.

15 Et in expandere vos<sup>a</sup> volas vestras abscondam oculos meos de vobis; etiam<sup>b</sup> quia multiplicabitis<sup>c</sup> interpellationem, non ego audiens: manus vestrae sanguinibus impletæ fuerunt.

16 Abluite, mundare-facite vos ipsos, discedete-facite malum ludicrorum vestrorum, de presentia oculorum meorum; <sup>d</sup> cessate malefacere.

17 Discite benefacere: quærite iudicium, beatificate infectum: <sup>e</sup> iudicate orphanum, litigate viduam.

18 Ambulate euge, <sup>f</sup> & <sup>g</sup> arguimus, dicit IHVH: si erunt<sup>h</sup> errata vestra: sicut dibapha-coccinea, sicut nix albescent; si rubescant sicut vermiculus, sicut lana erunt.

19 Si amabitis & audieritis, bonum terræ comedetis.

20 Et si reuertis, & mutabis, gladio comedemini; quia os IHVH loquutum fuit.

21 Quomodo fuit<sup>i</sup> meretrici ciuitas fide

<sup>o</sup> afflatio; desolatio. <sup>i</sup> vastitas afflanda, stupeda-desolatio: sic statim <sup>pad</sup> presentiam vestra, in presentia vestra. <sup>datius.</sup> <sup>q</sup> extranei. Sic mox <sup>i</sup> Vide 1. Samuel 1. v. 3: <sup>f</sup> datius.

<sup>c</sup> vs. v. 2.

<sup>a</sup> holocaustis <sup>x</sup> caprorum

<sup>7</sup> Quod; quum

<sup>2</sup> odi ex animo

<sup>a</sup> curruentes, palmes <sup>b</sup> quum <sup>c</sup> deprecationem, supplicationem

<sup>d</sup> desinate; desistite, abistite <sup>e</sup> jus dicite pupillo <sup>f</sup> vt arguamus <sup>g</sup> prateritis <sup>h</sup> peccata, delicta

<sup>i</sup> in meretricem, vt meretrix

tas fidelis, plena iudicij? iustitia habitavit in ea, nunc autem homicida.

22 Argentum tuum versum est in scoriā. vinum tuum mistum est aqua.

Ier 5.g. 28.

23 Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa vidua non ingreditur ad illos.

24 Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

25 Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannum tuum.

26 Et restitui iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: posthac vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.

27 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia.

28 & conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum consumentur.

29 Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis, quos elegeratis,

30 cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua.

31 Et erit fortitudo vestra, vt fanilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur utrumque simul, & non erit qui extinguat.

fidelis? plenissima iudicij, iustitia pernoctabit in ea, & nunc occidit.

22 Argentum tuum fuit<sup>k</sup> scoriis; <sup>l</sup> potus tuus <sup>m</sup> perfusus in aquis.

23 Principes tui <sup>n</sup> refractarij, & socij furum; <sup>o</sup> omne eius amant munera, & <sup>p</sup> persequens <sup>q</sup> pacificationum: <sup>r</sup> orphanum non iudicabunt, & <sup>s</sup> lis viduæ non <sup>t</sup> veniet ad eos.

24 Ad sic fidelis sermo ADON IHVH <sup>u</sup> TZEBAOTH ABIR Israelis: Hoj consolabor de <sup>x</sup> coangustatoribus meis, <sup>y</sup> & vindicatus fui de malevolentibus meis.

25 <sup>z</sup> Et reuertere feci manum meam super te, & vssi secundum puritatem scorias tuas: & discedere feci <sup>a</sup> omnia stanna tua.

26 Et reuertere feci iudices tuos sicut in prima, & <sup>b</sup> consulentes tuos sicut in principio: post sic vocabitur tibi vrbs iustitiæ, ciuitas fidelis.

27 Tziion iniudicio redimetur, & reuertentes eius in iustitia.


28 Et confractio transgredientium, & errantium <sup>c</sup> vnite: & dereliquentes IHVH <sup>d</sup> consummabuntur.

29 Quia pudefient de ilicibus, quas expetiistis: & infossi fuistis de hortis, quos elegistis.

30 <sup>e</sup> Quia eritis sicut ilex defluens <sup>f</sup> folio suo; & sicut hortus cui aqua non ei.

31 Et erit protectio <sup>g</sup> stuppæ, & operans eius, <sup>h</sup> scintillæ: & <sup>i</sup> exarserunt <sup>k</sup> duo ij vnite, & non extinguens.

<sup>k</sup> datus, in scorias  
<sup>l</sup> metum, vinum  
<sup>m</sup> mistus  
<sup>n</sup> Vide Deuteron 21. v. 18.  
<sup>o</sup> totus ipse  
<sup>p</sup> sectans pacificationes  
<sup>q</sup> retributionum, reparationum  
<sup>r</sup> pupillo  
<sup>s</sup> jus non dicunt  
<sup>t</sup> causa  
<sup>u</sup> ingreditur, perueniet  
<sup>v</sup> vt supra v. 9.  
<sup>x</sup> compressoribus  
<sup>y</sup> vt videret  
<sup>z</sup> vt reuertere faciam  
<sup>a</sup> sic v. 26.  
<sup>b</sup> totū stannum tuum  
<sup>c</sup> consiliarios, senatores  
<sup>d</sup> pariter, simul  
<sup>e</sup> Quam  
<sup>f</sup> vel folijs suis  
<sup>g</sup> stuppæ, in scintillam  
<sup>h</sup> comburentur  
<sup>i</sup> ambo ipsi



COMMENTARIA.

VERS. I.



IS 10.] חזון chazon, proprie, viso, præniso, quæ alicui apparet & reuelatur, reuelatio, quæ apprehensa manet, nec elabitur memoria, vt affinitatem habeat cum verbo חזן achaz, observatio, prospectio, contemplatio. id est, doctrina diuinitus reuelata de rebus magnis atque grauissimis, in qua Deus ita res reuelat vt eas ipsas quodammodo videndas & spectandas oculis seruorum suorum exhibeat ad obsequandum earum certitudinem, vt periphraſticè exponitur infra cap. 2. vers. 1. & describitur cap. 6. Est autem toto hoc primo versu epigraphæ, seu inscriptio generalis totius libri, non autem singularis alicuius visionis: nam vna visio temporibus quatuor regū videri non poterat. quali dicat. Hic est liber visionis, seu prophetiæ, aut reuelationis. hoc est, reuelationum.

Maluenda, In libr. Isaia.

IS 1.1.] ישׁוּעָה jeschaghiah, hoc est, Salus IAH, seu Saluabit IAH. In Exod. 15. vers. 2. & in Psalm. 67. vers. 5. obseruauimus, IAH esse nomen IHVH decurtatum; vt tantus vates nomine suo præferat Salutem humani generis à IHVH, decurtato & imminuto, hoc est Christo perficiendam, quam ipse suis vaticiniis tantopere prædicauit.

FILIJ AMOS.] אַמּוֹז amoz, id est, Erectus, Surrectus, Strenuus, Fortis, Robustus. De quo quamuis nihil certi ex Scripturis habeamus, Hebræi tradunt fuisse fratrem Amatiæ regis Iehudæ 2. Regum 14. & plerique docent, dono prophetiæ quoque, vt filium, insignem fuisse, quod vtunque colligi posse videtur è 2. Paralipom. 32. vers. 32. vide S. Hieronymum infra in cap. 37. vers. 2. & certe non est dubium quin fuerit summa auctoritate, cum filius se ab illo plurimum appellet.





verbis docet 2. Paralipom. 29. vers. 6.

BLASPHEMAVERUNT SANCTVM ISRAELIS. ] Alij: 1. 1. irasci fecerunt sanctum Israelis. 2. ad iram pronocauerunt, &c. 3. probris affecterunt. 4. spreuerunt, vel reiecerunt, respuerunt. 5. execrati sunt. 6. contemptim-irritauerunt. Propriè, contumelios, conuiciis, verbis maledicis inceserunt, lacefferunt, insectati sunt, subsannauerunt. vel inuecti sunt, inuolauerunt. De ratione verbi **יָסוּ** nati vide Comin. Numeror. 14. vers. 11.

SANCTVM ISRAELIS. ] id est, Deum, qui se sanctissimum & purissimum in omnibus operibus suis semper Israël approbauit: atque ipsum Israël sanctificat.

ABALIENATI SVNT RETRORSVM. ] **נָזְרוּ** nazoru præteritum, Niphal verbi **זָרָה**. Alij: 1. alienauerunt-se retrorsum. id est, retrocedentes destiterunt eum sequi. 2. à tergo defecerunt. 3. receperunt se retrò. seu retrocesserunt. id est, desierunt sequi Deum. 4. Caietanus: retraxerunt retrorsum. vel seipos à Deo: vel Deum ne eis beneficia impenderet. 5. Tremellius & Iunius: abalienantes sese auerterunt retrorsum. 6. Forerius putat esse præteritum Kal verbi **נָזַר** nazar: separati sunt, vel separauerunt se retrorsum. quod Hebraei non abnuunt: quasi religione quadam ac sanctimonia, seu puro Naziræatu separauerint se à Deo tanquam ab immundo & profano, vt hoc verbum vsurpari vult Ezechiel. 14. vers. 5. Sed factius est, vt sit à **זָרָה** zur, quod hic defectionem perfectam studio, astuque firmatam significare notant.

VERS. 5.

SVPER QVO PERCVTIAM VOS VLTTRA ADDENTES PRÆVARICATIONEM? ] Notant particulam *ultra*, & antecedentibus & sequentibus iungi posse: iam diuersimodè reddunt: 1. Caietanus: Super quo percutiemini, adhuc addetis declinationem. id est, super quacunque re percutiamini, adhuc efficiamini deteriores, addentes declinationem declinationi: frustra sunt vobis diuina flagella ad emendationem. 2. Forsterus: Super quo, seu quamobrem, vel propter quod percutiemini *ultra*, quum adiectis auersionem. q. d. perpetuo vapulabitis, quotiescunque pergetis prae agere. 3. Vatablus, Leo Iudas, Clarius: Ad quid percutiemini *ultra*, addituri scilicet defectionem? Carpit Iudaicum populum, qui licet sapius casus, nullis plagis emendaretur. q. d. frustra laboraui si *ultra* vos percussero, quum nullis plagis emedemini. 4. Forerius: Quorsum percutiemini? adhuc additis auersionem. Quid opus est, inquit, castigationibus & flagellis: perdetur oleum & opera: nam indies peiores efficiamini. 5. Montanus: Super quo soletis percuti, adhuc vos consuescitis addere deuiationem. seu declinationem. Ac si dicat, passim in ea scelera relabimini, ob quæ saepe ante puniti estis: 6. Tremellius & Iunius: Quamobrem quo percutiemini amplius, augetis apostasiam? q. d. non potui apud me continere vos beneficiis: qui fit vt ne castigationibus quidem asperrimis, quas experti estis, reuocemini ad bonam frugem, sed potius certatim exardescatis in apostasiam? Hæc duo postea ordine explicantur; afflictiones vsque

ad vers. 10. apostasia verò, inde ad 16. 7. Sanctes: Per quid percutiemini adhuc? addetis prauitatem? prauaricationem. **סָרָה** sarah, apostasiam, discessionem, auersionem, defectionem, deuiationem, declinationem, inobedientiam, rebellionem, contumaciam. Vide in Deuter. 13. vers. 5.

OMNE CAPVT LANGVIDVM. ] Alij: 1. Omne caput dispositum est ad infirmitatem. 2. omne caput languori expositum est. 3. morbo obnoxium. 4. morbidum. vel affectum est morbo. q. d. corpora vestra morbis affeci, & animos molestiis: neque propterea rediistis ad bonam mentem. 5. rotum caput confectum est eadem ægritudine. 6. omne caput occupat ægritudo.

ET OMNE COR MÆRENS. ] Hebr. languidum, infirmum, debile, languefactum, destitutum viribus, ægrum. Quidam: menstruum. haud prorsus alienè. Hæc allegoria corporis humani, quæ apud Isaiam est frequens, ostendit castigationes ludæorum. quasi dicat: Tota administratio politica & ecclesiastica infirmata est: & quod maximè in populo firmum esse debet, id ipsum est tenuissimum.

NON EST IN EO SANITAS. ] **מֵתוּם** methom, à **מָתוּם** mathah: non est in eo homo, mortalis, humanitas, mortalitas, genus-humanum, figura, status, forma hominis. A **תָּמַם** thamam: non est in eo consummatio, perfectio, integritas. id est, nihil in eo est sanum, integrum, sed vulnus, &c. vide in Psalm. 37. vers. 4. Quidam Hebræorum exponunt: non est in eo firmitas, aut bona valetudo. Possis reddere: non est in eo homo vir. id est, nullus est in hoc populo eo nomine dignus. vt sunt eiusmodi Diogenis Cynici dicta apud Laërtium.

VERS. 6.

ET PLAGA TVMENS. ] Hebr. & percussio purulenta. Alij: 1. & plaga humida, fluens, liuida, virens. 2. recens. 3. putida: foetida: saniosa. vide in Iudic. 15. vers. 15. 4. tabida. 5. Caietanus: reuera.

NON EST CIRCVMLIGATA. ] Verbum **זָרָה** zur quidam transitiuè, alij intransitiuè capiunt: vnde variè reddunt: 1. non compresserunt vel non sunt compressa vel contracta, conficta, compacta. scilicet vulnera, & plagæ & tumices, de quibus proximè dixerat. Loquitur autem de ea compressione, qua chirurgi vulnera hiantia comprimunt, & confringunt. 2. non fuerunt expressa. nam premendo extruditur sanies, & curatur plaga. 3. non fuerunt fracta. id est, aperta, scilicet emplastro: sed adhuc liuida ac tumentia, & in difficiliore curatione. 4. Retenta primæua verbi notione possis reddere: non sunt alienata. vel amota, seu reiecta à corpore, hoc est, non sunt curata. 5. Buxtorfius, & Schindlerus exponunt: non comprimuntur, vel exprimuntur. vt scilicet chirurgi vulnera hiantia comprimere vel exprimere solent, pus ex eis alienando & emittendo. 6. Forsterus in Radice **צָבָה** cabas, reddit: non aspersa fuerunt. deduxit à **צָרָה** zarah, id est, eluta liquoribus medicinalibus.

NEC CVRATA MEDICAMINE. ] Hebr. neque superalligata sunt. vel obligata, Caietanus: fasciata. Hispanicè: fajados, embandados.

NEQUE FOTA OLEO.] Hebr. mutant numerum præcedentium: & non mollificata, emollita-fuit: tenera-facta fuit. scilicet plaga tumens, vel vnaquaque ex rebus nominatis: alij: lenita, delinita-fuit oleo, seu unguento. hoc est, malagmate superposito. Tremellius & Iunius verum ita explanant: *A planta pedis usque ad caput non est in isto corpore integritas; sed vulnus, & tumex, ac plaga saniosa: neque exprimuntur, neque alligantur: denique nulla emollitur unguento.* Id est, in toto regno nihil est integrum: scatenent vulneribus, liuore, & pure omnia; atque eiusmodi, quæ neque grauibus medicamentis curari, neque suauibus unguentis mitigari possint.

VERS. 7.

TERRA VESTRA DESERTA, &c.] Hunc & sequentem versum nonnulli de excidio Chaldaico per Nabuchodonosorum accipiunt: plerique de Romano per Vespasianos principes. Nec desunt, qui de vastatione iam ante hæc tempora facta interpretantur. Tremellius & Iunius: *Regio vestra desolata fuit.* Explicatio superioris allegoriæ, docens quàm miser ante fuit status procerum & populi in regno Iehudæorum.

CIVITATES VESTRÆ SVCCENSÆ IGNI.] Tremellius & Iunius: *ciuitates vestra exhaustæ igne.* Videlicet à Chazæle rege Syriæ, 2. Regum 8. v. 12. & cap. 12. v. 17. & 18. & à Ioascho rege Israëlitarum 2. Reg. 14. vers. 11. & sequentibus, & 2. Paralip. 25. v. 21. & sequentibus. Alij, quod Romani plures vrbes in suprema illa halosi succenderint.

REGIONEM VESTRAM CORAM VOBIS ALIENI DEVORANT.] Hebr. *hunun*, seu tellurem vestram in presentia vestra extranei comedunt eam. Alij: 1. *terram vestram, eam ipsam, inquam, alieni absumunt, idque vobis aspicientibus.* 2. Tremellius & Iunius iungunt sequentibus: *terra ipsa vestra, quam coram vobis extranei consumpserunt, iam ita desolata est ut solet subuersione extraneorum.* Exponunt, extranei consumpserunt. nempe Chazael rex Syriæ, temporibus Ioaschi, 2. Regum 12. vers. 18. & Ioasch rex Israelis, temporibus Amatzjæ, 2. Reg. 14. & 2. Paralip. 25. Alij de vastatione Romana.

ET DESOLABITVR SICVT IN VASTITATE HOSTILI.] Hebr. & *afflatio sicut subuersione alienorum.* id est, erit stupenda-desolatio qualis inferri solet ab extranea & alienigena gente, quæ & sanguine, & religione, & societate politica, ac moribus & institutis aliena est. Alij: 1. *desolatio, inquam, erit, iuxta subuersionem alienigenarum.* id est, sicut subuerti solent alieni à Dei religione & fœdere, impij Dei hostes, vt Sodomitæ. 2. *Ita vt sit vastatio quemadmodum in euersione hostilitatis.* 3. Tremellius & Iunius: *nam ita desolata est ut solet fieri, subuersione extraneorum.* id est, neque tantum externis bellis, sed etiam intestinis motibus ab ipsis domesticis attrita est; idque tam grauitur, quàm fuissent facturi extranei. Hoc enim primùm ab Hathalia cœptum est, 2. Reg. 11. deinde perfectum à coniuratis, contra Ioaschum & Amatzjam, 2. Reg. 12. & sequentibus, & 2. Paralipom. 24. & 25. Quidam Hebræorum

hîc זרם *zarim*, accipiunt pro זרם *zerem*: sicut euersio cataractæ. seu inundationis aquarum. quæ omnia obuia proruit.

ET DERELINQVETVR FILIA SION VT VRSUS IN VINCULA.] Alij ex Hebr.

1. *Et residua-manet vel remanebit filia Tzizonis sicut tugurium in vinea.* 2. *Et reliqua facta est filia Tzizonis vt tugurium, seu tuguriolum, in vinea.* סככה *succah*, propriè, absconditio, seu absconforium, tectorium, tugurium, umbraculum, umbra, casa-frondea, trichila: vide Comm. in Leuit. 23. vers. 34.

SICVT TUGVRIVM.] מלונח *melunah*, propriè, pernoctatorium, dinerforium, hospitium, in quo quis pernoctat: quidam, tegillum, tuguriolum reddunt.

IN CUCUMERARIO.] Forsterus: *sicut pernoctatorium in crispitudine, seu perplexitate, [Id est, in cucumerario: quod videlicet stipite è terra ducto, subinde in lauum ramusculos & palmites; in quibus flores, germina, folia, fructus excrescunt, pertinaciter expandit.]* At ego cucumeres potius Hebraicè dictos existima-uerim à crispitudine, & asperitate corticis. Moris erat in Palæstina vt apud nos, tempore vuarum, cucumerum, peponum, &c. custodes adhibere, qui in tuguriolis, seu casisfrondeis noctu dieque vineas & cucumeraria custodirent: quorum tuguria collectis iis fructibus, desolata manebant. Quidam hîc reddunt: *in dura, ac rigida tempestate.* quæ omnia subuertit, quanto facilius tuguriolum. Possis exponere: *sicut pernoctatorium in perplexitate, intricatione, crispitudine.* scilicet ramorum & frondium contextum. sensum huius loci Tremellius & Iunius ita concipiunt: q. d. Totum regnum Iehudææ ita exhaustum & expilatum est, vt elapso vindemiæ, custodiæque tempore tuguriola custodum (vbi instrumenta rustica asseruantur) exportari solent: quod fecerunt partim Ghazael partim stipendarij Israelitæ, partim vero Ioasch rex rex Israelitarum, vt eisdem capitibus, quæ modo dicta sunt, exponitur. Plures de vastitate Romana post Christi necem accipiunt.

SICVT CIVITAS, QUÆ VASTATVR.] נצורה *netzurah*, vel NETZORAH, quidam à צור *tzur* deducunt exponuntque: *sicut vrbs conclusa, coarctata, coangustata, obsessa, arcta obsidione pressa.* Tremellius & Iunius exponunt, id est, cuius aditus & exitus aut inuius aut periculosissimus est, quasi dicat, omnes regni partes omniaque itinera diligentissimè fuerunt obsessa, quum bellis non tantum externis, sed etiam internis fluctuauit: vide supra vers. 7. Alij ad mala & infortunia, quæ obsessa vrbs pati solet, referunt. Plerique tamen Pahul verbi נצר *natzar* faciunt: *sicut vrbs asseruata, præseruata:* ac in malum sumunt: *sicut ciuitas obseruata, seu obseruanda.* vel *sicut ciuitas, a qua cauetur.* id est, à qua se obseruant & timent homines, vt à loco deserto, solitario, periculoso, latronibus, aut feris insecto. vel à qua se præseruant & abstinent homines, vt à loco immundo, abominando, ac tetto, ne contaminentur: sic accipi volunt id participium infra cap. 65. vers. 4. Nonnulli tamen

tamen hic reddunt: ut ciuitas destructa, desolata, deserta.

VERS. 9.

NISI DOMINVS EXERCITVVM RELI-  
QVISSET NOBIS SEMEN. ] Multifariam alij  
ex Hebr. 1. Caietanus: *Nisi Iehoua exerci-  
tuum fecit remanere nobis remanens sicut pau-  
cum.* 2. Forsterus: *Nisi Iehoua exercituum reli-  
quum fecisset nobis residuum, vel modicum. seu  
propemodum nullum.* 3. Varablus: *Nisi Iehoua  
exercituum reliquos, vel residuos fecisset no-  
bis superstites plane paucos, vel tantillos, aut  
quasi paucos.* 4. Leo Judas: *Nisi Dominus  
exercituum reliquas fecisset nobis reliquias ad-  
modum paucas.* 5. Foretius: *Nisi Iehoua Tze-  
baoth reliquum fecisset nobis reliquias propemo-  
dum nullas.* 6. Montanus: *Nisi Dominus exer-  
cituum reliquisset nobis superstitem ut parum.*  
7. Tremellius & Iunius: *Nisi Iehoua exerci-  
tuum reliquos fecisset nobis superstites utcumque  
paucos, ut Sodomum essemus, Hamora similes  
essemus.* Amplificatio peccati Iudæorum à  
misericordia Dei, viam iternens ad exprobra-  
tionem apostasie Iudæorum, sequente versu:  
Acceptum, inquit, ferendum est summæ be-  
nignitati Dei, quod non absumpti penitus  
sumus, ut Lamentat. 3. v. 21. nam nisi Deus,  
qui exercitus illos, de quibus vers. 7. contra  
nos armauerat propter peccata nostra, sui no-  
minis rationem habuisset, iam diu de nobis  
actum esset, ut de Sedomo, & Hamora olim  
Genes. 19. Hic autem locus nominatim qui-  
dem à propheta de suis temporibus dictus est:  
sed vniuersè tamen ad omnia tempora perti-  
net, quibus Ecclesia tenetur confiteri indigni-  
tatem suam ex viribus propriis & miseri-  
cordiam Dei ex gratuita electione eius per  
Christum: ut Romanor. 9. v. 29. Quæ sanè  
ratio exponendi apta & congruens est. Pleri-  
que tamen ex interpretatione Pauli proprie  
loqui Isaiaem putant, de apostolis, & paucis  
illis Iudæis, qui ex suprema clade Romana  
relicti, nomen in Christianam religionem de-  
dere. Particulam illam, *sicut parum*, vel *secun-  
dum paucum*; alij sequentibus nectunt, id  
est, cito, breui, extemplo, propemodum, pa-  
rum abfuit quin sicut Sedom fuisset, &c.  
sed reclamationis accentus *Athnach*.

VERS. 10.

PRINCIPES SODOMORVM. ] קצנים *ket-  
xinim*, duces, ductores, capitanei, gubernatores,  
praefecti. Vide in Iosue 10. vers. 24. & in Iu-  
dic. 11. vers. 6. Hic magistratus Iudæorum  
politicos, & ecclesiasticos intelligunt. *prin-  
cipes Sodomorum*. Quidam reddunt: *tyranni  
Sodomorum*. id est, malitia & sceleribus cum  
Sedomitis comparandi, quibus propterea non  
immeritò grauiſſimum excidium importasset  
Deus, nisi fuisset misertus nostri propter no-  
men suum. Hinc ad vers. 16. exprobatio est  
grauiſſima apostasie Iudæorum: ut dictum est  
supra in vers. 5. quos propterea grauiſſimè &  
sigillatim contestatur hoc versu.

PERCIPITE AVRIBVS LEGEM DEI  
NOSTRI. ] Alii: *auribus percipite doctrinam  
Dei nostri*. Eam nimirum, quæ sequentibus  
verbis exponitur, de improbitate vestra, de  
officio impostero, & de constantia iudicio-  
rum, ac promissionum Dei.

VERS. 11.

QVO MIHI MULTITVDINEM VICTI-

MARVM VESTRARVM. ] Alij: ex Heb.  
1. *Ad quid, cur, mihi offeritis tantam multitudi-  
nem sacrificiorum vestrorum?* q. d. solis sacrifi-  
ciis non potestis me placare, nisi & mentem  
puram afferatis. 2. *Quorsum mihi multitudo  
sacrificiorum vestrorum?* Occupatio grauiſſima,  
ut Psalm. 49. v. 8. & sequentibus, qua anti-  
cipat propheta objectionem Iudæorum: Quo-  
iure, dixerit quispiam, apostatas Sedomitas &  
Hamoros nos vocas, qui sacrificia, templum  
Dei, solemnitates omnes, & cultum externum  
lege institutum tam studiose obseruamus? Imò  
verò, inquit propheta, quid ista ad apostatas  
pertinent: aut quid istis apud Deum se effe-  
cturos putant? Non ista per se, sed homines ipsos  
sibi sanctificavit Deus; & homines istis citrà  
fidem & pietatem animi præfidentes, auer-  
satur.

PLENVS SVM: HOLOCAUSTA ARIETVM,  
ET ADIPEM PINGVIVM, &c. ] Sic plerique  
cum Nostro Hebræa distinguunt, & illud, *ho-  
locausta arietum*, &c. sequentibus jungunt.  
Alij, conjungunt; *satur sum, satiatus sum, ho-  
locaustis arietum, & adipe pinguium.* vel *fastidio  
holocausto arietum, & adipem pinguium.* quasi  
instar hominis saturi & pleni, qui cibos iam  
fastidit: humanitus dictum, ac si dicat, nau-  
seam mihi pariunt sacrificia.

PINGVIVM. ] מריים *meriim* interiectio  
*Aleph* inter duo *Iodim*. Alij: *saginatorum*: alij;  
*atilium*; nonnulli: *bubalorum*, reddunt: nos  
*merinorum* diximus: vide Comm. 2. Samuel.  
6. v. 13.

NOLVI. ] Alij ex Heb. *non accepit: non ac-  
ceptum habui: non delector: non oblector, non  
amo.*

QVVM VENIRETIS ANTE CONSPECTVM  
MEVM. ] Heb. *Quum venietis videri, conspici,  
apparere, faciebus meis.* est enim infinitiuus  
*Niphal*. Quod quidam non satis obseruantes,  
actiue reddunt: *Quum venitis ad videndum fa-  
ciem meam.* Aptius alij: *Quum venietis ut cons-  
piciamini.* vel *quum veniretis ut conspiceremini,  
coram me.* Quidam: *Quum veniretis ad com-  
parendum coram me.* id est, ut præberetis mihi  
vos videndos. Nonnulli: *Quod aduenitis, sub-  
audi, in atria mea, ex fine versus: an ut compa-  
reatis, ex formula legis, quæ habetur Exod. 23.  
v. 17. & 34. v. 23. in conspectu meo.* id est,  
non tantum corpore, sed etiam animo inte-  
gro sistatis vos, & exhibeatis mihi: quod idem  
propheta objicit infra Cap. 29. v. 13.

QVIS QUÆSIVIT HÆC DE MANIBVS  
VESTRIS, VT AMBVLARETIS IN ATRIIS  
MEIS? ] Alij ex Heb. 1. *quis quasivit hoc de  
manu vestra, calcare, vel conculcare, seu ut con-  
culcaretis atria mea?* 2. *quis requisivit hoc de ma-  
nu vestra quater atria mea?* 3. *quis postulavit  
id è manu vestra, id est, à vobis, ut calcaretis  
atria mea?* Aut atrium maius, id est, populi,  
intelligit: & tunc plurale est pro singulari,  
propter amplitudinem atrij: aut atrium po-  
puli simul intelligit: taxatque sacerdotes &  
plebem q. d. præcepi ut huc quotannis con-  
ueniretis, ut sacrificiis & oblationibus testare-  
mini me verum esse Deum: sed nihil aliud  
quàm atteritis pavementum atriorum meo-  
rum, honoris mei, & pietatis prorsus imme-  
mores.

VERS. 12.

mores. 4. *quis quassuit hoc à manu vestra, ut conculcetis atria mea?* tantum, non autem animum vestrum sistatis atque offeratis mihi: quod eis idem Isaïas objicit infra Cap. 29. v. 13. Aliqui exponunt: *quis quassuit hoc sacrificia, de manu vestra?* q. d. quassui ego sacrificia, sed non à manibus vestris impuris, & tot sceleribus contaminatis: sed à puris & candidis manibus & animis. *quater atria mea quid vos putatis agere quatiendo, & terendo atria mea?* nam putatis in hoc solo cultum meum, ac pietatem consistere, si frequentetis atria mea; & non magis in iustitia & sanctitate? Nonnulli putant illud, *conculcare atria mea*, magnam habere emphasim, ut indicet accessum sceleratorum hominum ad atria Dei, esse quandam conculcationem.

VERS. 13. NE OFFERATIS ULTRA SACRIFICIUM FRVSTRA. ] Variè alij tx Heb. 1. *Ne addatis offerre sacrificium mendacij, aut vanitatis*, id est, sacrificium mendax, irritum, inane, quod floccipendo. 2. *Ne addatis offerre oblationem temeritatis* 3. *Ne ultra offeratis frustraneum munus*. 4. *Ne pergitote offerre munus vanitatis*, id est, quod vanum est apud me: imò verò, ut statim subditur, abominationi est, intolerabile est, Prouerbiòr. 15. v. 8. & 21. v. 27. gradatio, quæ similiter reperitur sequente versu.

SACRIFICIUM. ] מנחה *minchah*, de hac voce vide Genes. 4. v. 3. & in Leuit. 1. v. 1.

FRVSTRA, ] שאו *schaue*, *præcipitantia, temeritas, vanitas, mendacium*. Rectè obseruant oppositionem hîc esse inter *SCHAVE*, & *MINCHAH*, quod *MINCHAH*, sit *munus, donum, donarium*, quod sensim, placidè, cum pompa quadam portatur: at *SCHAVE*, *temeritas, præcipitantia*. q. d. munus aut sacrificium contra ipsius rationem & naturam, temere ac præcipitanter offerebant.

NEOMENIAM ET SABBATVM, ET FESTIVITATES ALIAS NON FERAM, INIQUI SVNT COETVS VESTRI. ] Variè ex Heb. transfundunt: 1. Caietanus: *neomeniam & sabbatum vocare vocationem non potero, iniquitatem & retentionem*, id est, neomeniam, & sabbatum, & retentionem non potero vocare conuocationem sanctitatis, sed iniquitatis, eo quod iniquis animis & operibus vestris replentur. qua ratione erunt verba transposita. Solemnitates enim domini appellabantur *Conuocationes sanctitatis*, Leuit. 23. v. 2. 2. Vatablus, *kalendas & sabbatum, quod vocetis conuocationem, vel indicatis indictionem, non possum ferre iniquitatem cum cætu*, ad verbum, *non possum iniquitatem & cætu*, id est, non possum ferre cætu vestros iniquos. 3. Sanctes: *kalendas, & sabbatum, & conuocationem solemnitatis, ut rem iniquam ferre nequeo, sicut nec cætu retentionem*. 4. Isidorus Clarius: *neomeniam & sabbatum, & solemnitates conuocationes alias non feram, iniquitatem coniunctam cum festorum celebratione*. 5. Leo Iudas: *neomenias, sabbatum, panegyres, non possum, nempe vanitatem & concursum*. 6. Forsterus: *renouationem, seu nouilunium, & sabbatum, conuocare conuocationem non potero, seu non possum ferre concupiscentiam & retentionem*. vocat propheta cultus ipsorum sine fi-

de, nomine cupiditatis. vel non feram petulantiam, & praualescentium, id est, tyrannidem. 7. Forerius: *neomeniam & sabbatum, quando conuocatur concio, non fero: violentiam, & tyrannidem sunt*. 8. Marinus: *neomeniam, & sabbatum, conuocare conuocationem non potero: iniquitas, & constrictione*. seu adunatio populi in die festo, ut sit illud, *nemo potest duobus dominis seruire*. 9. Hispanicus interpres: *luna nueva, y sabado, conuocar conuocation no podre sufrir: iniquidad y solemnidad*, id est, *Es absurdo, cosas que no quadran*. 10. Auenarius: *non potero ferre iniquitatem, & congregationem in die festo*. 11. Montanus: *mensam & sabbatum, vocare conuocationem, non potero iniquitatem, & retentionem, vel neomeniam & sabbatum vocare vocationem non potero; vanitas & concursus*, id est, suo vocabulo neomeniam & sabbatum vocare non potero, nihil enim reuera minus sunt, quum vera ac legitima eorum ratio perierit: sed sunt duntaxat mera vanitas, & turbulentus atque inconditus hominum concursus 12. Tremellius & Iunius: *neomenia & sabbato conuocando conuocationem, non possum ferre iniquitatem, neque interdicti die*, hanc videlicet iniquitatem apostasie, & animi per hypocrisin cultum dei simulantis: parthetica parenthesis, euidentissimè exprimens affectum indignabundi & auersantis animi. *neque interdicti die*, id est, quocumque die ab omni opere seruili cessauistis ex interdicto, siue ferie essent legitimæ, siue indictiæ, ut Ioëlis 1. vers. 14.

NON FERAM ] Heb. *non potero*, id est, non sustinebo, non patiar: seu *non possum ferre*: notant esse elegantem ellipsin, indignationis indicem: similemque extare 1. Corinth. 3. vers. 2. vide in Psal. 100. vers. 5.

COETVS VESTRI. ] עצה *gharzarah*. Aliqui, *praualescentiam, coarctationem, constrictionem*, hoc est, oppressionem, tyrannidem interpretantur, sed dubito an alibi in significato tyrannidis hæc vox reperiatur: satius est ut solemnem conuentum indicet, ut 2 Reg. 10. v. 20. Ioëlis 1. v. 14. & 2. v. 15. de qua voce vide Leuit. 23. v. 36.

CALENDAS VESTRAS ] Heb. *Innovationes*, id est, nouilunia, primos dies mensium, qui Hebræis solemnnes erant, Numer. 10. v. 10. 1. Samuel. 20. vers. 5. & Psalm. 80. v. 4. inconsideratè quidam: *encenia*, ut illa Ioan. 10. v. 22: non animaduertentes aliud esse חנוכה *chanuccah*, & aliud חודש *chodesch* vide Numer. 28. vers. 11.

ET SOLEMNITATES VESTRAS. ] מעדים *moghadin*, propriè, *stationes, stata, stataferius, festiuitates, solemnitates*: vide Numerum 23. vers. 1.

FACTA SVNT MIHI MOLESTA. ] Ex Heb. alij: 1. *fuerunt super me in labore*. 2. *facta sunt mihi oneri*. 3. *facta sunt super me in grauamen*. 4. *sunt mihi labori*, seu *fatigationi*, aut *vexationi*. 5. *lassum reddunt me*. 6. *sunt mihi laboriose*, sic sumitur vox טורח *torach* Deuter. 1. vers. 12.

LABORAVI SVSTINENS. ] Ex verbo, *defatigatus fui leuare*. Alij: 1. *fatigatus sum sustinendo*. 2. *defeciferendo*, q. d. *ferre non possum*.

VERS. 14.

sum. 3. *defatigatus factus sum ferendo.* 4. *defessus factus sum sustinendo*, id est, tolerando. 5. *defessus sum ferendo.* Hispanicus Interpres: *canfado estoy de llevarlas.* 6. *lassatus sum portando.*

**VERS. 15.** **ET QUVM EXTENDERITIS MANVS VESTRAS &C.]** Quidam: *Propterea expandentibus vobis manus vestras &C.* id est, in vestris difficultatibus inclamantes auersos, vt qui non tantum indigni estis, sed etiam imparati, illotis & cruentis manibus acceditis.

**MANVS ENIM VESTRÆ SANGVINE PLENÆ SVNT.]** Alij: *manus vestra cadibus plena sunt.* nimirum quas expanditis me versus: quasi dicat, Vos adhuc madetis sanguine & cadibus, omnique peccatorum genere circumfluitis, quum acceditis ad me: quamobrem non est cur speretis exaudiri à me, nisi vos ipsos ab ista impuritate repurgetis: quod sequentes versus docent. *Sanguines*, pro cadibus: *lynechoche.*

**VERS. 16.** **LAVAMINI.]** vel *abluite vos*, aut corda vestra: vel *ablumini*: verbum metaphoricum, respiciens ad cruentas manus quas modo extrobraterat.

**MVNDI ESTOTE.]** *חזקו ביזאח*, Marinius & Auenarius volunt esse imperatitum Niphali verbi *זכח zachah*: sed Hebræorum plurimi, & eos sequuti Sanctes, Forsterus, Buxtorfius, Schindlerus, volunt esse defectiuum ex Hithpael eiusdem verbi pro *חזקו ביזאח*, vel *חזקו ביזאח*: vide Sanctem in Thesauris, & lib. 3. Institutionum, cap. 62. in præterito; unde reddunt: *purificate, mundificate vos ipsos, puros & mundos vos ipsos reddite*: quæ coniugatio significatum intendit: sed cum hic defectiuè ponatur, euphoniæ causa vt Hebræi annotant; sanè illud significari videtur, nunquam hominem tantam puritatem & mundiciem cordis & operis præstare posse, quæ Deo possit esse condigna.

**COGITATIONVM VESTRARVM.]** *מחשבותינן* *maghalalim*, *iudiciorum, adinventionum, studiorum, molitionum, actionum, puritatum.* Vide in Deuteroti. 28. v. 20. & Iudic. 2. v. 19.

**AB OCVLIS MEIS.]** Hebr. *de presentia, seu è regione, ex aduerso, à conspectu oculorum meorum.* id est, ex animo & corpore vestro, palam & clam: quia omnia penitus introspicit Deus.

**QUIESCITE AGERE PERVERSE.]** Hebr. *desistite malefacere.* Alij: *cessate affligere*, seu *ladere alios.*

**VERS. 17.** **DISCITE BENEFACERE.]** id est, colite disciplinam & exercitia beneficentiæ.

**QUÆRITE IVDICIUM.]** Alij: 1. *disquirite diligenter ius causa.* iudices & patronos alloquitur. 2. *sciscitemini iudicium.* 3. *querite ius.* id est, singuli priuatim & publicè, quidquid est officij vestri recognoscite: quod proleptice dictum, postea minutatim accommodatur officiis misericordiæ.

**SVBVENITE OPPRESSO.]** variè alijs ex Hebr. 1. *dirigite oppressum.* id est, negotia oppressi, vel ius suum rectè oppresso reddite. 2. *ducite oppressum*, seu *iter præbete*, aut *ducatur oppresso.* 3. *rectificate oppressum.* id est, iniquam sententiam contra infontem latam *Maluenda*, In libr: *Isaia.*

*emendate, corrigite.* 4. *restituite oppressum.* 5. *beate infectum, seu vitiatum,* id est, exacerbatum & perturbatum. 6. *beatificate acetosum, seu arumnosum.* 7. *iuuate malis - confectum.* 8. *dirigite ab homine nequam oppressum.* 9. *remotè nonnulli Hebræorum apud Kimchium: beatificate, id est, beatum prædicare, fermentantem, id est, iudicè, qui statim non iudicat, sed post maturam deliberationem, id est, qui bene fermentat & concoquit iudicium.* 10. *apertius; beatificate fermentatum, seu acetosum.* id est, acerbatum, contristatum, merore affectum. Sic Plautus in Mercatore: *Mea vox propter illum tota in fermento iacet.* Et in Pseudolo: *Ecquid habet acetum in pectore.*

**DEFENDITE VIDVAM.]** Hebr. *litigate, contendite, disceptate viduam: vel vidua.* id est, suscipite, agite causam viduæ, vel *disceptate pro vidua.*

**ET VENITE, ET ARGVITE ME.]** Alij ex **VERS. 18.** Hebr. 1. *Venite nunc, & increpemus nos.* 2. *Adeste, agite, eja, quæso, & disceptemus inter nos.* id est, argumentis mutuis causam nostram utriusque tueamur, & videamus vestrae causa melior sit, an mea. 3. *Ite nunc ac disceptabimus, vel argumentabimur.* Notant verbum hic esse ex Niphali, sed in significatione actiua poni. 4. *Adeste, quæso, & disputemus.* 5. *Venite iam & disceptemus.* Exhortatio, vt si Iudæi nondum resipiscere à peccatis didicerunt, saltem ex æquo disceptantem Deum, & rationes blandè ineuntem cum ipsis audiant: vicissim, si quid causæ habent, proferant ipsi, tantisper dum placet Deo à iudicis partibus abstinere. *iam.* id est, quandoquidem nondum resipiscitis. *& disceptemus.* id est, amicè, & ex æquo inter nos de causa conferamus, vt alter alterum patienter audiat, prout sit partibus inter se litigantibus & conferentibus ad transigendam causam: quod genus contestationis adhibet Deus ad frangendam, aut euincendam hominum improbitatem, & testandam patientiam, & misericordiam suam, vt Ieremiæ 2. & Michæ 6. Nonnulli hunc sensum concipiunt; Si vos ipsos purificaueritis, & præstiteritis omnia illa duobus præcedentibus versibus explicata, poteritis mecum contendere ac disceptare iudicio: id est, puri & mundi haberi à me. Contendere itaque cum Deo figurare & hyperbolicè pro omnimoda putitate & sanctitate pollere accipiunt: nam cum in Scripturis sæpius dicatur sanctissimos quosque coram Deo immundos reputari, & neminem esse, qui si eius peccata diligenter obseruarentur, Dei iudicium posset sustinere, &c. nulla loquendi figura adedè magnificè potuit pœnitentiæ virtus commendari, quam si diceret, adedè sancti eritis, vt possitis cum Deo iudicio contendere: non poterit in iudicium adducere errata, quæ pœnitentiæ deleta sunt: & hunc esse germanum sensum confirmant ex similitudinibus niuis & lanæ, quæ sequuntur. Sed esse subtiliorem & ab vsu Scripturæ alienum, loca Ierem. 2. & Michæ 6. facile ostendunt.

**SI FVERINT PECCATA VESTRA VT COCCINVM.]** Hebr. *si fuerint errata vestra vt dibapha, seu bis tincta coccina.* vide in Prouerb.



31. vers. 21. Genes. 3. v. 28. Exod. 25. v. 4. Quidam exponunt: *si fuerint peccata vestra*. quasi dicat, confirmo fore, tantum aurem accommodabitur, ut vero sensu iustitiae meae, & peccati vestri afficiamini, & promitto me aboliturum peccata vestra pro misericordia mea. *velut dibapha*. id est, grauissima & atrocissima: comparatio est à colore sanguineo, cuius dixerat plenas manus eorum esse. quasi dicat, si fuerint cruentissima & ardentissima ut solet esse coccinum dibaphum.

QVASI NIX DEALBANTVR. ] Alij: *tanquam nix exalbescunt*. id est, ablutis peccatis fietis albi, & puri: hypallage: est autem eadem metaphora Psalm. 50. v. 9.

QVASI VERMICVLVS. ] תולע *tholagh*, *vermis, coccus, granum, coccinum*. vide in Exod. 25. vers. 4.

VELVT LANA ALBA ERVNT. ] vox alba non est Hebraice, sed intelligitur: forte respexit ad priscum veterum vestitum, qui togis laneis arte fullonica candefactis utebantur: de quo Lipsius Electorum 1. cap. 13. Quidam reddunt: *sicut nativa lana sient*.

VERS. 19. SI VOLVERITIS, ET AUDIERITIS, BONA TERRÆ COMEDETIS. ] Alij ex Hebr. 1. *Si acquiescitis ut audiat, bono huius terrae fruamini*. non autem fruuntur & consument extranei, ut supra vers. 7.

VERS. 20. ET ME AD IRACUNDIAM PROVOCABERITIS. ] Hebr. & *mutabitis*. in peius. Alij: 1. & *irritaueritis*. 2. & *rebelle*, seu *contumaces fueritis*. 3. & *rebellabitis*. 4. & *non obtemperaueritis*. 5. & *amaricaueritis*, seu *exacerbaueritis*. Possis reddere: & *mutabiles fueritis*. id est, varij, instabiles, inconstantes in fide, & reuerentia Dei.

GLADIVS DEVORABIT VOS. ] Heb. *gladio comedemini*: vel *deuorabimini*, *absumentur*. hoc est, vos ipsi, & non tantum terra vestra exhaurietur, prout actum esse postea temporibus Achasi legimus 2. Paralipom. 18. Alij non tamen rectè vertunt, *siccitate absumentur*.

QVIA OS DŌMINI LOQVVTVM EST. ] quasi dicat, certissime hoc illis eueniet nisi recipiant, quia verbum Dei est in lege enuntiatum, Leuit. 26. vers. 25. & Deuteronom. 28.

VERS. 21. QVOMODO FACTA EST MERETRIX CIVITAS FIDELIS? &C. ] Diuersimodè alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Quomodo facta est ut meretrix ciuitas fidelis? erat plena iudicij, seu æquitatis, id est, in qua plures erant æquissimi iudices: iustitia morabatur, vel diuersabatur, manebat, versabatur in ea: nunc autem homicida*. 2. *Quomodo facta est in meretricem cauponam, seu cauponariam ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitabat in ea, & nunc homicida*. Putant loqui prophetam de temporibus Christi, quando Pharisei legem falsis traditionibus ac interpretationibus deprauarunt, vel ut caupones vinum merum, solent aqua diluere: & quæstui inhiantes, variis uti fraudibus ac deceptionibus: sic Ennius apud Ciceronem lib. 1. de officiis dixit. *Cauponantes bellum*. de quo vide Paulum Merulam in Commentario ad 6. An-

nalem Ennij, & Gulielmum Canterum lib. 3. Nouarum Lectionum, cap. 9. Huc pertinent similitudines scoriæ, & vini diluti, sequente versu. Illud autem, & *nunc homicida*. subaudi, habitant in ea. sic accipiunt, quod paulo ante supremum Titi exitium plena fuerit sicariis, ut latè ex Iosepho discas. 3. *Quomodo effecta est meretrix vrbs fidelis? plenissima iure, in qua iustitia pernoctabat, id est, dies noctesque colebatur; eam nunc homicidarum plenam esse? Reprehensio, quam tum demum adhibet Deus, quum Iudæi neque ad respicientiam adducti sunt, neque ad æquam illam disceptationem oblatam à Deo supra v. 17. Est autem tota hæc reprehensio pathetica per comparationem temporum inter se: prius, inquit, fideliter audiebant, sapiebant, officium & ius colebant, aut denique respiscebant moniti; nunc autem ut procacissima meretrix, aut sceleratissimus quisque homicida, penitentiam fugiunt perfricta fronte, monentem Deum non audiunt, ac potius prophetas reuocantes multant, ut de Ioaschio & Amatzia legimus 2. Paralipom. 24. vers. 20. & cap. 25. vers. 15.*

ARGENTVM TVVM, &C. ] Hunc versum de pharisæis & scribis tempore Christi intelligunt, qui puram Dei doctrinam praua interpretatione corruerant. Alij reddunt: *Argentum tuum abiit in scorias, merum tuum inspurgatum est aqua*. Allegoria ostendens vniuersam optimatum corruptionem, & omnium ordinum, quam sequens versus exponit: Sic Ezechiel 22. v. 18 & 19;

PRINCEPS TVI INFIDELES. ] סוררים *soverim, peruersi, contumaces, inobedientes, rebelles, immorigeri, incorrigibiles, intratables, indisciplinabiles, refractarij; qui nulla disciplina regi volunt, sed pro libidine cuncta agunt. Quia reddunt: declinantes ab æquo & iusto*.

SOCIJ FVRVM. ] probatis & participatis furtis, ut Hosee 6. vers. 10. vel qui pretio aut munere accepto furtis & aliis sceleribus conuiebant, synecdoche. Alij: *confortes, partiarij furum*.

OMNES DILIGVNT MVNERA. ] Alij ex Hebr. *unusquisque eorum amat munus*. ut Exod. 23. v. 8. & Deuteronom. 16. v. 19.

SEQVVTVR RETRIBUTIONES. ] Alij: *captant retributiones, vel inhiant muneribus*. quasi dicat, pretio vendunt iudicia. Quidam exponunt. 1. *mutuo sibi vices præstant ac rependunt, ut si hic in gratiam alterius iudicium peruertit: is vicissim ut ei gratificetur, seu gratiam rependat, iudicium pariter corrumpat*. 2. *Facile ob lucrum ac quæstum legitimas iuris pœnas in multas pecuniarias, seu compensationes, ut in lege vocantur, Exod. 21. & 22. conuertunt*.

ET CAUSA VIDVÆ NON INGREDITVR AD ILLOS. ] id est, non auditur, non admittitur ab illis, nullum locum apud eos habet: non curant.

PROPTER HOC. ] Hebr. *Ad sic*. Hispanice: *Assi*. ostendit Deus se inuitum tandem eò pertrahi ut immorigeros, ac ne audientes quidem, & præfractos Iudæos tanquam hostes

stes coniuratos verberet; hoc versu: quorum verborum vsus & effecta sequentibus exponuntur.

AIT [ON] *neum, dictum certum, indubitatum, constans, stabile, sermo fidelis*: vide Notas in Genes. 22. v. 16.

DOMINVS. ] *אדון adon, sustentator, columnæ basis, columna.* commune Deo & hominibus: sed hic proprium epithetum Dei: ob id ininterpretatum reliquimus. Qui se prius non tantum vt patrem, sed etiam vt æqualem Iudæis literat, vers. 8. nunc iam iudicis partes assumit, quas æterna potentia sua exequatur in contemptores sui fœderis grati: quò spectant omnia Dei epitheta.

FORTIS. ] *אביר abir, potentissimi, robustissimi, vel pennigeri*: in Genes. 49. v. 24.

HEV CONSOLABOR SVPER HOSTIBVS MEIS. ] Ex Hebr. exponunt: *Heu, vel eheu, ah,* vt sit particula insultantis, *consolationem capiam de hostibus meis.* Humanitus dictum: ac si Deus ex offensis acceptis contristaretur, & leuamen ex vltionibus perciperet. Sanè in grauitate offensis summa est vindictæ dulcedo ac voluptas, qua animus commotus penitus sedatur ac conquiescit. Vide similem loquutionem Ezechiel. 5. vers. 13. & Deuter. 28. vers. 63. Hispanicus Interpres: *Ea, tomare satisfeco de mis enemigos.* Frigidè alij exponunt, aded dolenter inimicos meos puniam, vt opus sit mihi consolatione. vel, puniam quidem eos, sed me vindictæ pœnitebit. Aut ex Hispanismo, *yo me conortare de mis enemigos.* Id est, ægrè quidem & contra genium meum, sed nihilominus puniam.

VERS. 25.

ET CONVERTAM MANVM MEAM AD TE. ] Alij: *I. Et reducam manum meam super te.* Id est, iterum atque iterum, frequenter, identidem te percutiam & affligam. Hispanicè, *Darte he otra mano, vel otra buelta.* quum rem ne plenè perfectam & absolutam, vel non satis expurgatam ac emundatam significare volumus. 2. *Et admoliar manum meam tibi.* 3. *Nam referam manum meam contra te.* expositio allegorica iudicij & vltionis, quam sumpturum se dixit Deus superiore versu: *subdixeram, inquit, ferulas meas, de quibus supra versu 5. & sequentibus; sed eas & grauioreis eis repetam atque importabo.*

ET EXCOQVAM AD PVRV. ] Heb. & *vram, purgabo, purificabo, conflabo, examinabo, excoquam, fundam.* Variè reddunt: 1. *& expurgabo vt purificatum.* id est, vt res, quæ vim purificandi & purgandi habet, qualis est sapo. 2. *& vram sicut expurgatum.* 3. *& conflabo iuxta puritatem.* 4. *& vram ad puritatem.* vel *ad purum putum.* 5. *vt defœcans scorias tuas iuxta puritati restituam te.* id est, vt maia mea tanquam artifex, eos, qui improbi sunt, à probis separem refundendo totam rempublicam, velut adulterinum nummum: sic Ierem. 9. v. 7. & Malach. 3. v. 3. atque hic generalis est afflictionum effectus, quas denuntiat Deus propter duplicem vsus, qui deinceps exponitur.

AD PVRV. ] *כביר cèbor, secundum puritatem, vel vt expurgatorium.* BOR, *puritas, Maluenda, in libr. Isaïæ.*

*purgatio, purificatio, expurgatio, vt Psalm. 17. v. 25. vel expurgatorium, purificatorium, purgatorium, vt Iob 9. v. 30.*

ET RESTITVAM IVDICES TVOS, VT FERVNT PRIVS. ] Alij: *Et reducam, restituam iudices tuos sicut primum, vel quales olim fuerunt, aut sicut in principio, &c.* Prior vsus expurgationum Dei, instauratio & reformatio totius reipublicæ atque Ecclesiæ disparatis improbis duobus his versibus. *iudices tuos, & consiliarios tuos.* id est, summatum ordines, ad quos vtræque administratio & politica & ecclesiastica pertinet, & quibus corruptis non potest totus etiam priuatorum status non esse corruptissimus. Plerique hunc & sequentem versum ad tempora Christi & apostolorum referunt, quando apostoli & apostolici restituti sunt pro Mose, Iosue, Samuele, & illis antiquis Sanctis iudicibus. Alij, ad tempora Ezechiz regis, reformatio politico & ecclesiastico statu.

POST HÆC. ] Heb. *post sic*: id est, statim, vel postmodum.

VOCABERIS. ] Heb. *vocabitur tibi, vel induetur tibi nomen.*

CIVITAS IVSTI. ] Heb. *Vrbs iustitia.* seu *iusta.* id est, re ipsa eris, & diceris, agnoscerisque ea, quæ ante fuisti, supra vers. 21.

SION, &c. ] Breuis, inquit, occupatio qua propheta docet, nihil esse, quod sibi propterea Ecclesia arroget, aut homines vllinam totum illud opus à Deo esse, qui iudicio suo bonos dispartat à malis, & seruat propter iustitiam suam.

VERS. 27.

IN IVDICIO REDIMETVR. ] illo nimirum, quod denuntiauerat, vers. 25. Alij: *in re redimetur, liberabitur, seruabitur,* id est, non gratis, ac liberaliter: sed pretio Sanguinis Christi, inæstimabili.

ET REDVCENT EAM IN IVSTITIA. ] Hebr. variè accipiunt: à *שוב schub, & reuertentes, conuersi, respicientes, reduces eius.* id est, quicumque à peccatis suis reuertentur ad Deum viuum, abducti iudiciorum sensu & exemplis ad pœnitentiam, *in iustitia.* qua Deus iustissimè præstat bona omnia, quæ promisit, vt Psalm. 50. vers. 16. Alij: *ob iustitiam, quam fecerint.* Vel: *per iustitiam Christi* *כבהב à schabab* vero: *& captiui-abducti, vel captiua-abductio eius.* id est captiui à satana, peccato, morte. Nonnulli: *in iudicio & iustitia.* id est, optimè expensis ac perspectis causæ circumstantiis. quod non placet.

ET CONTERET SCELESTOS, &c. ] Hebr. *Et confractio, contritio, transgressorum.* Quidam: *Fragmenta autem defectorum.* Secundus vsus vindictæ diuinæ contra improbos, qui hoc versu per eandem allegoriam metallorum enuntiat, sequentibus explicatur: nam fragmenta vocat particulas, & reiectamenta scoriæ quibuscum improbi comparantur. Alij allusum putant ad Psalm. 2. vers. 9. Quidam reddunt: *contritio autem prauaricatorum & peccatorum simul veniet, vel fiet pariter.* Transgressores sunt, qui transgrediuntur legem, aut fœdus vt seditiosi. Peccatores, qui studio, & perfrecta fronte peccant, scelerati, vide in Psalm. 1. vers. 1.

VERS. 28.

CONSUMENTVR.] vel deficient. id est cō-  
flagrabit omnino, & grauitate ignis, seu iu-  
dicii diuini consumentur. Quidam hunc ver-  
sum ita reddunt: *Fragmenta autem defectorum,*  
& peccatorum pariter, ac derelictorum seu  
deserentium Iehouam, deficient.

VERS. 29. CONFUNDENTVR ENIM AB IDOLIS,  
QVIBVS SACRIFICAVERVNT.] Ex Hebr.  
alij: 1. *Confundentur, vel erubescunt, propter*  
*quercus vel ulmos, quas concupivistis.* Confusio  
personarum, tertiæ pro secunda, id est, Pudo-  
re enim afficiemini propter, &c. 2. *Quia pu-*  
*dore afficiemini ab ulmis, quas concupivistis.*  
3. *Quoniam confundentur propter ilices, quas*  
*desideravistis.* 4. *Pudescient enim à diis, seu ido-*  
*lis, quibus vos delectati estis.* id est, quos amore  
& honore prosequuti estis. 5. *Nam pudescient*  
*propter arbores, seu lucos, quos desideravistis.* Ex-  
ponunt, *Nam.* ætiologia à vanitate idolo-  
rum, quibus confidunt improbi: consumen-  
tur, inquit, nam non poterunt dii ipsorum iu-  
uare ipsos. propter lucos. diis illorum con-  
secratos, prout legimus Huzzijæ, & aliorum  
temporibus excelsa non amota fuisse 2. Reg-  
um 15. vers. 4. & 16. vers. 4. *quos desideravistis.*  
apostrophe ad populum, grauius exprimens  
ipsius idolomaniam; cuiusmodi apostrophæ  
leguntur in prophetis passim. אלהים *elim, for-*  
*tes, deos,* quidam interpretantur, id est, idola.  
Alij plurale faciunt vocis אלהים *allah, quercus,*  
*robur, ilex,* de qua versu sequente. Iudæos ido-  
lis lucos, & arbores consecrassè notissimum  
est ex Scriptura.

ET ERUBESCETIS.] Hebr. & *infodietis,*  
vel *infectis* eritis; seu *infodiemini.* id est, pudore  
suffundemini. vide de hoc verbo Iob 7. v. 20.  
& Psalm. 34. vers. 4. Aliqui reddunt: & *auer-*  
*tetis oculos ab hortis.* scilicet pudefacti.

QVOS ELEGERATIS.] Hebr. *elegistis.*  
non acquiescentes loco, quem elegi, Deut. 12.  
vers. 5. & 2. Paralip. 6. vers. 6.

QVERCVS.] אלהים *elah,* vide in Genes. 35. VERS. 30.  
vers. 4.

DEFLENTIBVS FOLIIS.] id est, infe-  
licissimè marcescetis, & exarescetis, vt illas  
ipsas arbores, & excelsa, lucosque videtis mar-  
cescere, in quibus idola colitis. Ex ponit enim  
propheta his duobus versibus rationem, qua  
Deus improbos perditurus est: primum, in-  
quit, sua ipsorum infirmitate peribunt, hoc  
versu: deinde qui volent robore experiri  
cum Deo, suo robore se conficiant ipsi se-  
quente versu.

ET ERIT FORTITVDO VESTRA VT  
FAVILLA STVPPÆ.] Heb. variè redduntur:  
1. *Eritque fortis vt stuppa.* id est, fortissimus  
deorum vestrorum, erit imbecillior stuppa.  
2. *Et erit protectio, præsidium, protectorium,* in  
quo fiduciam collocabatis, *in stuppam* seu *ve-*  
*lut stuppa.*

ET OPVS VESTRVM QVASI SCIN-  
TILLA.] Hebr. 1. & *operans eius, vel factor,*  
*fabricator, operator, opifex, artifex, eius,* nem-  
pe idoli, vel præsidij, *in scintillam,* seu *veluti*  
*scintilla.* aut eruptio ignis. 2. & *opus eius,* sci-  
licet ipsum idolum, *in scintillam,* siue *fauillam,*  
vel in flosculum siccum & torrefactum, qui  
facile ignem concipit. Hunc versum quidam  
ita ex Hebr. efferunt: *Eritque fortissimus quis-*  
*que velut stuppa, & opus eius velut scintilla:*  
id est quisquis robore fretus reluctabitur,  
suo ipsius labore incendetur, & conflagrabit  
vt stuppa igne: *ardebuntque ambo pariter, adeo*  
*vt nullus possit extinguere.* id est, peribit ipse  
cum opere suo, & suo ipsius gladio iugu-  
labitur.

## CAPVT II.

*Ad montem domus Domini fluent omnes gentes, & de Sion exhibit lex, nec  
ultrà bello molestabitur: domus verò Iacob ob idololatriam, auaritariam  
& reliqua scelera abiicietur: superbi humiliabuntur, & solus  
Dominus exaltabitur.*

Vulg.

Malu.

Mic. a. i.



**V**erbum, quod vidit Isaias,  
filius Amos, super Iudæ  
& Ierusalem.

2 Et erit in nouissimis diebus prepara-  
tus mons domus Domini in vertice mon-  
tium, & eleuabitur super colles, & fluent  
ad eum omnes gentes.

3 Et ibunt populi multi, & dicent: Ve-  
nite & ascendamus ad montem Domini,  
& ad domum Dei Iacob, & docebit nos  
vias suas, & ambulabimus in semitis



**V**erbum, quod præuidit Ie-  
saghjáhu filius Amotz,  
super Iehudah, & Ieru-  
salaim.

2 Et erit, in postremitate dierum ap-  
paratus erit mons domus IHVH in ca-  
pite montium, & leuabitur<sup>b</sup> collibus: <sup>b</sup> præ  
& confluent ad eum omnes gentes.

3 Et ambulabunt populi multi, &  
dicent: <sup>c</sup> Ambulate, <sup>d</sup> & ascendimus  
ad mōtem IHVH, ad domum ELOHIM  
Iaghakobis, <sup>e</sup> & docuit nos de viis suis,  
<sup>f</sup> & <sup>g</sup>

<sup>c</sup> Agite eja,  
adite  
<sup>d</sup> vt ascen-  
damus  
<sup>e</sup> vt doceat  
<sup>f</sup> & <sup>g</sup>



eius: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.

4 Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad praelium:

5 Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini.

6 Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob: quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthim, & pueris alienis adhaeserunt.

7 Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum eius:

8 & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigae eius. Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.

9 Et incurauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

10 Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius.

11 Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

12 Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem & humiliabitur.

13 Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan.

14 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.

15 Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum,

16 & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

17 Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa:

18 & idola penitus conterentur:

19 & introibunt in speluncas petrarum, & in voragine terra, à facie fortitudinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

& ambulauimus in 8 semitis eius: quia de Tzijone exhibit lex, & verbum IHVH de Ierusalaim.

4 Et iudicabit inter gentes, & arguet populis multis: & contudent gladios suos<sup>h</sup> ligonibus, & hastas suas<sup>i</sup> falculis-putatoriis; non leuabit gens ad gentem gladium, & non discent<sup>k</sup> adhuc<sup>l</sup> incisionem.

5 Domus Iaghakobi<sup>m</sup> ambulate, & ambulauimus in luce IHVH.

6 Quia dimisisti populum tuum domum Iaghakobi; quia impleti fuerunt de oriente, & oculatores sicut Phelithim; & in natis nothorum complodent.

7 Et impleta fuit terra eius argento & auro: & non<sup>o</sup> extremitas thesauris eius: & impleta fuit terra eius equis; & non extremitas<sup>p</sup> vehiculis eius.

8 Et impleta fuit terra eius Elilim: facturæ manuum suarum procumbere-sele facient, <sup>q</sup> quod fecerunt digiti eorum.

9 Et<sup>r</sup> procubuit homo, & <sup>t</sup> humiliatus fuit vir: & non leuabis eis.

10 Veni in petra, & abscondere in puluere de faciebus pauoris IHVH, & de decore superbiæ eius.

11 <sup>t</sup> Oculi excelsitatis hominis humiliatus fuit; & procumbet eleuatio hominum: & exaltabitur IHVH, <sup>v</sup> ad solum eum, in die ipsa.

12 Quia dies<sup>x</sup> IHVH TZEBAOTH <sup>y</sup> super omnem superbum, & eleuatum: & super omnem leuatum, & humiliabitur.

13 Et super omnes cedros Libani eleuatas & leuatas, & super omnes ilices Basan.

14 Et super omnes montes elevatos: & super omnes colles leuatos.

15 Et super omnem turrim excelsam: & super omnem murum munitum.

16 Et super omnes naues Tharsis: & super omnes cogitationes expetitionis.

17 <sup>z</sup> Et procumbet excelsitas hominis & humiliabitur eleuatio hominum: & exaltabitur IHVH ad<sup>a</sup> solum eum, in die ipsa.

18 Et Elilim omnino mutabit.

19 Et venient in<sup>b</sup> cauernis petrarum, & in<sup>c</sup> foraminibus pulueris: de faciebus pauoris IHVH, & de decore superbiæ eius; in surgere eum ad prauelere terram.

f vt embu-  
lentus  
g itiacibus

h in ligo-  
nes, vomer-  
res, cultros  
aratorios.  
darius.  
i darius:  
in falces in-  
cisorias  
vitium  
x amplius,  
vtra, de in-  
ceps  
l bellum,  
praelium  
m vt v. 3.  
n vt v. 3.

o finis, sic  
mox

p curribus,  
quadrigis

q darius  
ei quod, vel  
quam  
r prostra-  
tus, inclina-  
tus, curua-  
tus fuit  
s depressus,  
dejectus, ab-  
iectus. ita  
deinceps  
t vt v. 9.

u soli ei, soli  
sibi solus  
ipse

x darius.

y contra, sic  
in sequen-  
tibus

z vt v. 5.

a vt v. 9.

b speluncie  
c fossis, fo-  
uicis, cauer-  
nis, fenestris  
subterraneis

Osea 10.  
b. 8.  
Luc. 13.  
d. 10.  
Apoc. 9.  
d. 17.

20 In die illa proiciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi ut adoraret, talpas & vesperiliones.

21 Et ingredietur scissuras petrarum, & in cavernas saxorum, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

22 Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.


20 In die ipsa deiiciet homo Elilim argenti sui, & Elilim, auri sui, quæ fecerunt sibi ad procumbere-sefe-facere picis-martiis, & noctuis.

21 Ad venire in<sup>d</sup> foraminibus petrarum, & in prominentiis rupium, de faciebus pauoris I H V H, & de decore superbiæ eius; insurgere eum ad<sup>e</sup> præualere terram.

22 Cessate vobis de homine, cuius halitus in naso eius: quia in quo excogitatus fuit ipse?

<sup>d</sup> cavernis, |  
cauitatibus

<sup>e</sup> violentare  
opprimere



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERBYM ] דָּבָר *dabar*. Rectè obseruant, in huiusmodi loquutionibus prophetarum, quando propheta loquitur in nomine domini, vel ait se vidisse verbum, aut denuntiat verbum ex ore dei, *verbum* significare, integram aliquam sententiam, seu narrationem rei cum omnibus suis partibus & circumstantiis, concionem, prophetiam, ipsi à deo reuelatam, doctrinam diuinitus acceptam.

QVOD VIDIT. ] Quidam: quod visione, seu reuelatione accepit. vt populo denuntiaret, & fideliter Ecclesiæ Christi consignaret. Notant, integram hanc concionem seu prophetiam contineri tribus his capitibus sequentibus.

VERS. 2.

ET ERIT IN NOVISSIMIS DIEBUS PRÆPARATUS MONS ] &c. Heb. *Et erit in extremitate dierum apparatus erit mons &c.* Geminatur verbum *erit*, ob certitudinem rei futuræ. vnde quidam reddunt: *Et erit temporibus postremis, erit*, inquam, *præparatus mons &c.* Alij sic distinguunt: *Et erit* vt hic sistatur, hoc est, istud futurum est: deinde sequatur, *In extremitate dierum erit apparatus mons &c.* sic infra cap. 3. vers. 24. Nonnulli iungunt cum voce verbum præcedentis versus: *Et erit* scilicet verbum hoc, *in postremis dierum firmum*. seu *ratum, erit mons domus &c.* q. d. non breui, nec diebus nostris adimplebitur, sed in postremis temporibus eius firmitudo atque certitudo comprobabitur. vel *Et erit in nouissimum dierum destinatum*. Sed hoc est confundere omnia, nec vllam rationem vocum, aut distinctionum Hebraicarum habere. *in extremitate dierum*. Sic Genes 49. v. 25 nimirum Christi aduentu, & doctrina Evangelij, qua tandem reuelatum est & explicatum totum consilium Dei in Christo. Contineri his tribus versibus doctrinam seu vaticinium de Evangelica vocatione & conuersione gentium ad Christum, Patres omnes & Explanatores vno ore confirmant, & res ipsa perspicuè loquitur.

PRÆPARATUS ERIT MONS DOMINI. ] id est, constitutus, firmus, ratus, stabilis. Ecclesiam proculdubio intelligit.

IN VERTICE MONTIVM. ] id est, Ecclesia dei prædicatione verbi ipsius velut spectanda exhibebitur, & cognoscenda in oculis omnium. Allegoria, qua comparat propheta Ecclesiam dei ciuitati in monte editissimo positæ, vnde fax Euangelij totum orbem, & ipsas montium angustias perlustrare possit, ac proinde omnibus innotescere.

ET ELEVABITVR SVPER COLLES. ] Alij: & editior erit cunctis aliis collibus. vel, & erit exaltatus supra colles alios. q. d. plura signa edentur in eo quam in Sinai, & Moria.

ET FLVENT AD EVM ] Recte notant, verbum נָהַר *nahar* copiam & affluentiam cum celeritate ac lubentia, & pronitate indicare. q. d. magno impetu ac celeriter, & propensione concurrent, confluent, prolabentur. Et mirum quod in montem conflueret dixerit: non sine mysterio, vt indicare tantam vim esse spiritus & gratiæ dei vt ad ardua, difficilia, alta Evangelicæ doctrinæ non minus alacriter, facile, ac promptè gentes concurrerent, quam flumina per præceps labuntur. Quidam hunc versum euidentius ita conuertunt: *Erit ergo vltimis temporibus, vbi constitutus fuerit mons domus Iehoue in vertice aliorum montium, & elatus supra colles, vt confluant ad eum omnes gentes.*

ET IBVNT POPVLI MVLTII. [ Heb. *ambulant, proficiscentur, vadent*: Exponunt, id est, accedent fide per charitatem operante ad deum colendum, audiendum, obsequendum in Ecclesia.

QVIA DE SION EXIBIT LEX, &c. ] Alij: nam Tzijone prodibit, egredietur, doctrina. Etiologia, cur gentes ad Ecclesiam tantum sibi confluendum esse profiteantur: nam, inquit, nusquam alibi doctrina, verbumque Dei salutare exaudiri potest: tantum in Ecclesia est, & ab ea ad impios omnes deriuatur, prout illa est columna & stabilimentum veritatis, 1. Timoth. 3. vers. 15. vide infra in vers. 6. Alij propriè & citra allegoriam: Quia de Tzione, id est, de cœnaculo illo in monte ipso Tzionis sito, vbi Spiritus Sanctus igneis linguis in apostolos allapsus fuit, prodit Euangelium, inde cœptum est prædicari per apostolos. Nam in monte Tzionis constitu-

VERS. 3.

tum

tum illud fuisse cœnaculum, S. Hieronymus Epistola 27. & plures alij tradunt. Vide Psalm. 109. vers. 2. Michæa 4. v. 2.

VERS. 4.

ET IUDICABIT GENTES. ] Hebr. *Et iudicabit inter gentes: & arguet populos multos.* Alij ex Hebr. 1. *Et ius dicet inter gentes, & correctionem adhibebit populis multis.* id est, Iehoua ipso verbo suo Euangelico lites dirimet, controuersias componet, ob quas beligerabant inter se gentes, & quum opus fuerit, alterutros increpabit, per ministros verbi, vt ad pacem redeant, & amicitiam colant: hæc enim omnia præstat Euangelium, feras & barbaras gentes mansuefacit, graues controuersias, & inueterata odia componit, vt in summam pacem ac concordiam coeant. 2. *Qui iudicem ager inter gentes, & corripiet populos multos, &c.* Totius versus sensum ita concipiunt, id est, omnes inter se, quamuis alienissimas conciliabit, abductas ad vnum Deum, vnam fidem, vnum baptisma, vnum corpus & vnum spiritum, id est, Ecclesiam vnam, & vocatas in vnam spem vocationis suæ, Ephesior. 4. vers. 4. quo argumento studebunt seruare vnitatem spiritus per vinculum pacis: quod hic allegoricè pro temporum ratione Isaïas prænuntiat.

ET ARGVET POPVLOS MVLTOS. ] Expouunt: *castigationem, correctionem, institutionem, disciplinam, eruditionem tanquam pedagogus pueris adhibebit, populis multis: vt sumitur id verbum Genes. 24. vers. 14. & 44. tamen in alia constructione.* Quidam: *& arguet pro populis multis.* Similis constructio infra cap. 11. vers. 4. id est, disceptabit, propugnabit, causam ager pro populis multis.

ET CONFLABVNT. ] Hebr. *concidunt, contundent, conterent, cudent, lanceas, vel hastas, cuspides, ferramenta lancearum.*

NON LEVABIT GENS CONTRA GENTEM GLADIVM, NEC EXERCEBVTVR VLTURA PRÆLIVM. ] Alij ex Hebr. 1. *nec feret gens contra gentem gladium, nec vltra bello affuescent, vel operam dabunt.* 2. *non attollat gens vna in alteram gladium, neque discant amplius bellum.* Sed studeant paci Ephesior. 4. vers. 3. Allegorica hoc versu descriptio summæ pacis & tranquillitatis futuræ per Christum, eiusque Euangelium, quod summam animorum concordiam, & omnem odij ac simultatis depositionem suadet ac inducit: vt etiam Michæa 4. vers. 3. Et quamuis hæc præcipue de pace spirituali accipiuntur: at non est dubitum tempore, quo Christus natus est summam omnium gentium pacem in orbe fuisse, bellis extinctis, & vt Ecclesia in Martyrologio 25. Decembris habet, *Toto orbe in pace composito.* De qua re vide Commentarium S. Hieronymi huius loci, Orosium lib. 1. cap. 1. & lib. 6. cap. 20. quando Augustus iam ter Ianum cluserat, auctore Suetonio in Octauiano Cap. 21. de quo vide Lipsium Electorum 1. cap. 20. & Casaubonum in Suetonium.

VERS. 5.

DOMVS IACOB, &c. ] Alij: 1. *Domus Iacob adeste, & incedamus in luce Iehoua.* 2. *Domus Iacob agite, ambulemus in luce Iehoua.* Exhortatio, Iudæos reuocans à viis

fuis prauis ad bene vtendum præsentē luce Euangelij, vt Ioan. 12. vers. 35.

PROIECISTI ENIM POPVLVM TVVM, &c. ] Quidam reddunt: *Quandoquidem deseris populum tuum, &c.* Reprehensio ætiologica, siue causam explicans cum superioris prophetiæ de vocatione gentium, tum hortationis proximè antecedentis ad Iudæos, quæ docet propheta vtriusque causam positam esse in sceleribus illorum, & indignatione Dei ipsos propter scelera reprobante: vide Romanor. 9. 10. & 11. Capitibus. Enuntiatur autem hic locus per apostrophen ad Deum, vel vt certissimum testem, & vindicem scelerum, quæ inficiabantur Iudæi, ad exaggerandam reprehensionem. *deseris populum tuum.* id est, iam iam præsto est, ac velut in procinctu, vt abiicias populum tuum; quod flagellis tuis, de quibus supra cap. 1. ex parte ostendisti.

QVIA REPLETI SVNT, VT OLIM. ] Hebr. *quia impleti fuerunt de oriente.* Habes hunc locum à nobis accuratè explanatum in Paradiso cap. 22. Tremellius & Innius: *quia pleni sunt supra quam oriens malis, & prestigatores vt Pelischthæi.* quasi dicat. Ex omnibus populis finitimis & circumstantibus omne genus scelerum hauserunt studiosissimè, & in regione sua accumularunt: nam Syros & Mesopotamienses (quos nefariis artibus abundasse vel vna historia Bilhemi docet) ab oriente esse, & Pelischthæos ab occidente; docet propheta infra cap. 9. vers. 12. Vide Caietanum hic.

ET AVGVRES. ] *גוֹנִיִם ghoenim, reddunt, oculatores, observatores, prestigatores: vide Leuit. 19. vers. 26. & in Deuteronom. 18. vers. 10.*

ET PVERIS ALIENIS ADHÆSERVNT. ] Multifariam hunc locum ex Hebr. elucidant: 1. Aben Ezra: *& scientia extrinseca sufficient eis. & in illis erit eorum sufficientia.* id est, in prauis ac reprobatis artibus. 2. Kimchi, Sanctes: *& cogitationibus, consiliis, alienorum applauserunt.* 3. apud Kimchium: *& in scientiis alienorum occupabunt se.* id est dederunt operam damnatis artibus, ommissa lege, præceptisque diuinis. 4. apud Kimchi: *& imaginibus, simulacris, alienorum deorum applaudent.* 5. Kimchi, Vatablus: *& in scientiis alienis fuerunt sufficientes.* vel *& in natis alienorum contenti fuerunt, seu sibi satisfecerunt.* Natos more Hebræorum vocat cogitationes, consilia, quasi fœturas, quæ nascuntur ex mente. q. in libris editis ab exteris gentibus de auguriis & maleficiis acquiescunt. 6. Caietanus: *& in natis alienorum sibi sufficient.* vel *dubitabunt.* id est, in his superstitionis, quæ ab exteris gentibus nata sunt & proficiuntur, erunt callentissimi, vel noua dubia ac difficultates, vt peritissimi, exquirent, seu excitabunt. 7. Leo Iudas; Auenarius: *& in filiis, liberis, alienigenarum satagent, vel sategerunt.* hoc est, in libris maleficarum artium ab exteris nationibus editis omnem diligentiam nauarunt. 8. Forsterus: *& in natis alienorum satisfaciunt.* id est, gignunt nothos, seu spurios sufficienter. videtur dicere, quod doctores populi Israëlitiçi hypocristi discipulos gignant.

gnant, qui sufficienter pro ipsorum synagoga. 9. Isidorus Clarius: & studiis alienis adhaerunt. 10. Marinus: & in pueris, seu natis alienorum satisfecerunt. Hebraismus satis ornatus, pro inuentiones extraneas sibi satis esse ad salutem existimant. 11. Forerius: & in natis alienis, siue in filiis nothis satisfaciunt. id est, nothos gignunt sufficienter, hoc est, satis multos. vt notet propheta multitudinem adulteriorum, & filiorum spuriorum. vel multos generant discipulos in maleficis illis artibus, quas colebant. Aut & in filiis nothis seu spuris sibi acquiescunt, satisfaciunt, & placent: vehementer amant procreare, seu habere filios adulterinos. Vel & in natis alienorum deorum. id est, in genealogiis deorum sufficienter instructi & instituti sunt. Viguit hac vanitas mirificè apud gentes, vt genealogias deorum probe callerent. Hinc celebris Hesiodi Theogonia. 12. & in natis alienorum satisfaciunt. id est, miscuntur cum gentibus, ducunt harum filias, & filios gignunt alienigenas. Ita Forerius & Schindlerus. 13. Montanus: & in natis alienorum satisfaciunt. id est, in his, quæ nascuntur & consequuntur ex alienis. q. d. gentes superstitionibus operam dederunt; Iudæi earum imitatione, sectantes id, quod ab illis natum erat, sibi eisdem superstitionibus satisfieri curarunt. 14. Tremellius & Iunius: denique natis alienigenarum acquiescunt. id est, non acquiescunt doctrinæ & verbo Dei, quod gentes amplexuræ sunt, supra vers. 3. sed externa omnia præferunt simplicitati diuinæ legis. 15. Hispanicus Interpres: y en hijos ajenos descansaron. id est, Hizieron aliancas con pueblos estranos contra el mandamiento de Dios. Deuter. 7. vers. 2. 16. Nobis illa aptissima omnium interpretatio videtur, quæ magis cum Hebræo & Nostro congruit: & in natis alienorum complerunt, seu pulsauerunt. Hoc est, adhæserunt, vt notet infandum puerorum concubitum: vide Commentarium S. Hieronymi. Heraclides de Politiis: [Videntur autem primo Cretenses vsi congressibus cum pueris masculis, amoris causa, neque in eo est apud illos aliquid turpitudinis.]

VERS. 7.

TERRA EIVS.] scilicet populi tui. Sic paulo post iterum, terram eius. & versu sequente.

ET NON EST FINIS THESAURORVM EIVS.] Alij: & infinitis thesauris. vel infiniti sunt thesauri eius. Sic paulo post, & non est finis quadrigis eius. Sensus huius versus ita concipiunt. id est, exterorum studiis abducti, non dant operam regno Dei, sed pecuniæ, opibusque, & humanis viribus.

VERS. 8.

IDOLIS.] אֱלִילִים *elilim*, deiculi, deastri, extrema-nihilitates, omnimoda-nullitates: vide Leuit. 19. vers. 4. Sic infra vers. 18. & 20.

OPVS MANVVM SVARVM ADORAVERVNT.] Alij: 1. operi manuum suarum supplices-prosternuntur. vel prostrati-adorant. vel procidentes-adorant: vt vertitur id verbum Matth. 4. vers. 9. & cap. 18. vers. 29. 2. operi manuum suarum honorem habentes quisque incuruant se. Ait hoc versu: Exteris studiis abrepti, & locupletati, sua abundantia in de-

decus Dei & idololatriam abutuntur: vt Hosee 2. vers. 8.

VERS. 9.

ET INCURVAUIT SE HOMO, ET HUMILIATUS EST VIR.] Ex Hebr. alij: 1. Proinde deprimetur, aut deicietur homo, & humiliabitur vir. id est, propter idololatriam abiicientur. 2. Homo se incuruat, & vir se demittit. 3. Et prostratur homo, & humiliatur vir. 4. Et se deprimunt plebeiis homo, & sequitur demittit vir prestans. id est, omnes sunt idololatra, cum infima, tum summa conditione homines. De vocibus istis iunctis seu comparatis, homo, vir, vide in Psalm. 48. vers. 3. sic infra cap. 5. vers. 16.

NE ERGO DIMITTAS EIS.] Hebr. & non leuabis eis. id est, non subleuabis eis onus seu pondus peccati, non remittes, condonabis, veniam dabis, parces. Quidam reddunt: propterea ne parcito istis. Epiphonema patheticum, quo propheta exardescens zelo gloriæ Dei, iudicium ipsius seuerissimum in idololatrias imprecatur, qui non acquiescunt domui Iahakobi, & se ad lucem Iehouæ conuertent. Forsterus ita hunc versum reddit: Incuruat se plebs, humiliant se optimates; ideo illis non leues.

VERS. 10.

INGREDERE IN PETRAM, &c.] Quidam hunc versum ita reddunt: Ingredere in rupem, & absconde te in ipso puluere, propter pauorem Iehouæ, & propter decorem excellentiæ eius. Notant, hinc ordiri grauissimam comminationem iudiciorum Dei in Iudæos pertinaces, & idola ipsorum: incipere autem hanc interminationem à vehementissima apostrophe ad populum, quem propheta per sarcasimum, superbum & præidentem populum exagitat certissima fiducia iudiciorum Dei: quasi dicat, Effuge, si potes, manum horrendam indignantis Dei, aut terribilem conspectum eius; sed non succedet, vt ostendit subiectio sequentis versus.

Ingredere in petram, &c. Quidam ad hunc locum putant allusionem fieri Lucae 23. v. 30. [Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos. & collibus; operite nos.] Nam in summa rerum desperatione solent homines profundissimas rupium rimas, & intimas cauernarum latebras petere.

IN FOSSA HUMO.] Hebr. in puluere. id est, in effossis cauernis subterraneis, vnde egressus est puluis; vt infra v. 19.

ET A GLORIA MAIESTATIS EIVS.] Hebr. & à decore superbiæ, excellentiæ, celsitudinis, seu altitudinis eius. Sic infra versu 19. & 21.

VERS. 11.

OCVLI SVBLIMES HOMINIS HUMILIATI SVNT.] Hebr. ex verbo: Oculi sublimitatis hominis humiliatus est. Singulare verbum humiliatus est, masculinum, est: apte referatur more Hebraico ad proximum suppositum, nempe hominem, id est: homo oculis elatis humiliatus est. vel oculorum elatorum homo depressus est. vel actiue: oculos celsitudinis hominis humiliavit. Deus. tamen aliqui Hebræorum distributinè capiant, oculi. id est, quisque, vel vterque oculorum humiliatus est. Alij per hypallagem: Oculorum elatio altitudo, tumor, humiliata est. vel humiliabitur. Nonnulli:

nulli: oculis altitudinis, seu altis homo deprimetur, &c. Subiectio, superiorem sarcasum explicans, & conatus hominis vanitatem; vt infra vers. 17.

IN DIE ILLA.] id est, tempore illo, quod octo sequentibus versibus exponitur: videlicet, quum in homines iudicia exercent, vsque ad vers. 18. & in idola ipsa vers. 18.

VERS. 12.

QUIA DIES DOMINI.] Hebr. *Quia dies ipsi IHVH.* Subaudi aderit. Alij: *Quum dies erit Iehoua exercituum.* Notant, sumi hic diem pro reuelatione rerum, inspectione, & iudicio, siue pro perspicua inspectione & cognitione causæ, vt 1. Corinth. 3. vers. 13. [*Dies enim Domini declarabit.*] & cap. 4. vers. 3. [*Mihi vero pro maximo est vt a vobis iudicer, aut ab humano die.* id est iudicio. & cap. 5. vers. 5. [*In die Domini nostri Iesu Christi.*] Et Philip. 2. vers. 16. [*Ad gloriam meam in die Christi.*] Sed aptius est: *Quia tempus erit, vel quum tempus erit ipsi Iehoua exercituum.* vt versu præcedente: nimirum exercendi iudicia sua in homines contumaces.

SVPER OMNEM SVPERBVM.] Hoc, & sequentia, epitheta sunt eorum, qui verbo Dei non acquiescentes, extera studia conquirunt, mundo hærent, & idola anteponunt Deo: quod supra exprobrauerat propheta à versu 6.

ET HVMIABIATUR.] Alij ex Hebræo: *vt demittatur, deprimatur, deiciatur;* prout confirmatur infra vers. 17. Alij, nominaliter, seu participialiter reddunt: *& humiliatum.* scilicet ipsis idolis, vt v. 9.

VERS. 13.

SVBLIMES ET ERECTAS.] Hebr. *elevatas & leuatas.* Alij: 1. *elatas, & eleuatas.* 2. *celsissimas & elatissimas.* Sic vers. 14.

OMNES QVERCVS.] *אלונים allonim;* (de voce *אלון elon* diximus abunde in Genes. 12. vers. 6. nam *אלון*, & *עלון*, idem proculdubio sunt) *quercus, ilices, robora, vel querceta, iliceta, roboreta.* Hispanicus Interpres; *alcornoques.* id est, *suber.* vocis sono *alnos*, vel *alneti*, quidam exponunt. Alij, *valles, planities.* Allegoricè significari putant homines quamuis valentissimos, munitissimos, robustissimos, &c. vt vers. 14. & 15.

BASAN.] fertilissima & opulentissima regio trans Iordanem, quam descripsimus in Numeror. 21. v. 33.

VERS. 14.

ET SVPER OMNES MONTES, &c.] Alij: *Et contra omnes montes celsissimos, & contra omnes colles altissimos.*

VERS. 15.

MVRVM MVNITVM.] vel *præcisum, collectum, inclusum.* vide de verbi notione in Genes. 11. vers. 6.

VERS. 16.

NAVES THARSIS.] Alij: *naues Oceani.* vide Notas in 1. Regum 10. v. 22. & in Psal. 47. vers. 8. id est, homines opulentissimos, & ornatissimos: nam naues Tharsis solebant pretiosissimas merces aduehere: allegoria: *Quidam: naues Tharsicas, vel Indicas.* hoc est, onerarias, fortissimas & maximas, longis, ac difficilibus navigationibus idoneas. allegoricè, quosque fortissimos ac potentissimos.

ET SVPER OMNE QVOD VISV PVL-  
*Maluenda, In libr. Isaia.*

CHRVM EST.] variè alij ex Hebr. 1. *Quidam sequuti LXX. & super omnes naues pulcherrimas.* id est, elegantissimas, & summa arte constructas. Fortè *thalamegos.* quæ regibus Alexandrinis plurimæ erant, de quibus Appianus in Procæmio, pag. 6. [*Thalamegi auratis puppibus, rostrisque, quas ad ostentationem in bello, ipsi reges conscendebant, octingentæ.*] Meminit thalamegi Suetonius in Iulio cap. 52. quam accuratè descriptam habes apud Athenæum lib. 5. cap. 9. pag. 204. de Thalamegis quoque vide Strabonem lib. 17. pag. 800. 2. *& super omnia machinamenta pulcherrima, & ornatissima.* 3. Chaldæus: *& super omnia palatia pulchritudinis.* 4. Rabbi Scelomoh: *& super omnia palatia depicta.* seu *strata picturis,* pavimenti marmorei. 5. *& super omnes picturas desiderij.* seu concupiscentiæ, id est, concupiscibiles. Ita Kimchi, Cajetanus, Sanctes, Varablus, Marinus. 6. Leo Iudas: *& super omnia, quæ visu & spectatione desiderabilia sunt.* 7. Forsterus, Mercerus, Forerius, Schindlerus: *& super omnia ingeniose, affabrefacta,* seu *toreunata,* hoc est *tornatas opera, desiderij.* 8. Auenarius: *& super omnia vasa ingeniosa desiderij.* vel *& super omnes apparatus industrios, desiderabiles.* 9. Reuchlinus, Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *& contra omnes imaginationes,* seu *imagines desiderij,* seu *desideratissimas.* 10. Montanus: *& super omnes prospecturas desiderij.* Vide in Leuit. 26. vers. 2.

ET INCVRVABIATUR SVBLIMITAS HOMINVM.] Hebr. *incuruabitur* verbum est masculinum, & *sublimitas* femineum: proinde alij reddunt: *Tunc deprimetur altitudinis,* seu *celsitudinis homo.* siue *altus homo.* Nonnulli: *& incuruabit celsitudinem boninis: & humiliabit altitudinem virorum.*

VERS. 17.

ET IDOLA PENITVS CONTERENTVR.] variè redduntur: 1. *& idola, seu vana penitus concidet, perdet, destruet, exterminabit.* Deus. 2. *Porro idola in vniuersum permutabit.* id est, tollet e medio. 3. *& idolorum vniuersitas immutabitur.* vel *& idolorum vniuersitatem immutabit.* seu *& idola in vniuersum immutabuntur.* id est, conferentur de medio, præteribunt. Sic Paulum vsum voluit 1. Corinth. 7. v. 31. [*præterit enim habitus huius mundi.*] 4. *idolorumque celsitudo penitus transinebit.* id est, mutabitur planè & abolebitur illorum dignitas, in quam falsa hominum opinione erecta sunt. 5. Cajetanus: *& idola in vniuersum concidentur.* maiori emphasi, vnumquodque ex idolis, sigillatim concidetur. Hunc quidem, & tres versus sequentes plerique ad tempora Chaldaicæ deuastationis; alij ad Christi, qui idola sustulit de mundo, referunt. Nonnulli rectius ad tempus, quo Deus exercitatus erit sui iudicia in Iehudæos apostatas, de quibus in præcedentibus, Interpretationes Forerij: *& idola sicut nox,* quæ in diem transit, *immutabuntur.* Eo quod *ELILIM,* idola, sint *di noctis.* Sunt meræ argutiæ, alienæ prorsus ab vsu & notatione vocum Hebraicarum.

VERS. 18.

ET INTROIBVNT IN SPELVNCAS PETRARVM.] Alij: *quum venient homines in speluncas*

VERS. 19.

spelunca rupium. id est, idololatræ fugientes à iudiciis Dei, abiectis idolis suis, vt sequente versu exponit, & ante sarcasticè fuit imperatum vers. 10.

ET IN VORAGINES TERRÆ. ] מַחְלוּחַי me-chiloh, à חָלַל chatal, violare, vim inferre, perforare, perforare: quasi dicas, hiatus, apertiones, perfossiones terræ. quod his veluti vim patitur terra ac violetur, eiusque viscera & interna in apertum publicentur, ac veluti profanentur.

QUVM SVRREXERIT PERCVTERE TERRAM. ] Ex Hebr. alij: 1. in surgendo ipsum ad frangendum terram. 2. quum surrexerit ipse vt concutiat, seu conterat terram. 3. quum ipse surrexerit pravalidare terram. 4. ad violentandum terram. hoc est, vim inferendam terræ. 5. ad opprimendum terram. 6. quum surget ad violenter exagitantum hanc terram. Sic infra v. 21.

VERS. 20. IN DIE ILLA. ] vel tempore illo, quo Deus grauißima iudicia sua exercebit in Iudæos defectores.

IDOLA ARGENTI SVI, ET SIMVLACHRA AVRI SVI. ] id est, quæ visum hominum superstitionum afficiunt dignitate sua & pretiositate materiæ. Ego puto signanter dici argenti sui, & auri sui, vt demonstret, deos suos ipsis stare impendio bonorum suorum, in quos confidens aurum suum & argentum erogent.

QUÆ FECERAT SIBI VT ADORARET, TALPAS ET VESPERTIONES. ] Hebr. quos fecerunt sibi ad adorandum, seu supplicandum, aut prosternendum, se talpis & vesperitionibus. Quidam: quæ fecerunt quisque sibi ad incuruandum se illis, talpis & vesperitionibus. id est, ad incuruandum se illis idolis. appositivè talpis & vesperitionibus. quasi dicat, cæcis & lusciosis, nihil aut perperam videntibus: ironia lepida. Alij, reuera Iehudæos talpas & vesperitiones pro diis adorasse ex hoc Isaia loco existimant: nec mirum imitatos Ægyptios. qui vilissimas quasque bestias, pro sacris habebant: Herodorus lib. 2. Num 65. [ Quæ verò illic sunt bestie, eæ omnes pro sacris habentur. ] Et Virgilius 8. Æneidos:

Omnigenamque Deum monstra.

Facit huc locus Plinij lib. 30. cap. 3. [ Peculiarè vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cæcitate perpetua, tenebris etiamnum altis defossas, sepulchrisque similes: nullis equè credunt extis: nullum religionis capax indicant animal: vt si quis tor eius recens palpitanisque dehorant, diuinationes, & rerum efficiendarum euentus promittant.

TALPAS. ] חַפְּרָוֹת lecheporpheroth. Plerique Hebræorum ac nostrorum disparant, ac duas voces faciunt: ad faciendum foueas, vel ad cavandum canæas, seu fossionem fouearum, & ad vesperitiones. id est, proiiciet homo idola sua, quæ adorabat, ad foueas, & ad vesperitiones. id est, in loca obscura & lucifuga, vt lucem amplius non videant. Componunt à חַפְּרָוֹת chaphar, fodere, & à פְּרוֹת pheroth, pro חַפְּרָוֹת chaphiroth, Rabbiico, per aphæresin, id est, foueas, fossas, fissuras. Sed præstat CHAPHORPHE-

ROTH, vnam esse dictionem, de qua Forsterus hæc annotat: [Nomen, cuius media & vltima littera geminata est talpa sic dicta, quod terram fodiant & sese oculis hominum subducant. Porro geminatio litterarum, vt apud Hebræos non est infrequens, ita non fit temere: notat enim animalculi huius in fodiendo non naturam modo, verum etiam assiduitatem, & quod rarissime apud homines conspiciatur, sed perpetuo ab eorum oculis se subducatur, & vereatur. Legitur semel. ] Profert deinde multa Hebraica vocabula geminata. Istud sequuntur Mercerus, Bertramus, Forerius, Auenarius. At Marinus suspicatur CHAPHORPHEROTH, esse picos maritimos, sic dictos quod rostro fodiant & pertundant arbores vermiculorum, & culicum causa, & ad nidificandum: de quibus vide Aristotelem lib. 9. de Historia Animalium, cap. 9. vel 13. Plinium lib. 10. cap. 18. & Alianum lib. 16. cap. 45. Nec futilis est coniectura, astipulantibus Hebræorum nonnullis, aues esse: composita vox videtur à CHAPHAR, fodere, & à פְּרוֹת pheroth, fructus, arbores.

ET VESPERTIONES. ] חַפְּרָוֹת ghatallephim, de qua voce vide in Leuit. 11 v. 19.

ET IN CAVERNAS SAXORVM. ] Alij: 1. & in cacumina rupium. 2. & in promontoria rupium. 3. & in scopulos petrarum. 4. & in prominentias petrarum. id est, in partes rupium longius excurrentes, quæ sunt velut rami qui egrediuntur è petris. vide in Iudic. 15. vers. 8.

QUIESCITE ERGO AB HOMINE, & C. ] Diuersimode hunc versum ex Hebr. accipiunt. Plerique ab eo sequens caput ordiuntur, eique annectunt: 1. Desinite subaudi, timere vobis ab homine; cuius anima, siue spiraculum seu flatus in naso eius. id est, ab hominibus, quorum vita consistit in aspiratione & respiratione, qui spiritum vitalem per nares hauriunt: qui si comprimatur, protinus extinguuntur: nam in quo æstimatus est? vel quanti enim æstimandus est? vel quid enim reputationis aut æstimationis est ipse? q. d. nihili faciendus est. Ac si dicat: Desinite timere homines mortales qui nullarum sunt virium si cum Deo conferantur, & Deum timete: Babylonios & Assyrios timeris: quanto magis Deum timere debetis: nam ecce, nisi respueritis, ablaturus est à Ierusalem, &c. 2. Cavete. id est, Cavete soletis vobis ab homine, in cuius naribus est spiritus, seu ira id est, per iram stomachante: nihil enim cum delectu operatur. quanto magis iram Dei declinare debetis. Qui hanc expositionem repudiant, haud magnum usum Hebraismi se habere manifestè docent. 3. Caietanus sequutus fermè Hebræos: Desinite vobis ab homine, cuius anima in naribus eius; quia in quo æstimatus ipse? id est, Desinite fiduciam vestram in homine mortali collocare, quod is in nulla re sit reputandus: nullius sit opis ac præsidij. 4. Tremellius & Iunius: Abstinetes vos ab ipso homine. Transitio hoc capite 3. ad locum de iudicio Dei in Iudæos contumaces per dehortationem: q. d. Deo adhærescite, & toti pendete ab eo, non ab hominibus: cui halitus est in naso ipsius. id est, qui infirmissimus est, cuius

VERS. 21.

VERS. 22.

ius vita est fumus, ac proinde nulla ex parte cum Deo omnipotente comparandus: nam quanti æstimandus esset? q. d. quid est homo? quid est homini? aut quid inesse potest tantum, quod non intereat ex se, aut amittatur per voluntatem Dei momento vno? Sic posita thess, deinceps transit Ischahja ad hypothefin, & Iudæis hoc dictum accommodat toto capite. Alij verò huic secundo capiti adiungunt ac de Christo singulariter accipiunt; s. Montanus: *Desinite vobis ab Adam illo primo, terreno, cuiusque operibus desistite: qui spiraculum in nare eius; Genes. 2. vers. 7. liquidem his verbis significat se loqui de primo Adam. nam in quo reputabitur ipse? hoc est, quanti enim fiet ille homo, cum altero nouissimo Adam scilicet Christo, collatus? q. d. illum abiicite cum actibus suis: hunc sequimini & amplectimini: quod mysterium exequitur egregiè Paulus 2. Corinth. 15. à vers. 45. vique ad 50. 6. Forsterus: *Cauete vobis ab homine cuius halitus est in naso eius. id est, qui ispirat ac respirat more aliorum hominum, q. d. est verus homo: loquitur autem de Filio Dei incarnato: vel cuius spiritus est in facie, seu ore eius. id est, Spi-**


ritus Sanctus; Ioan. 20. vers. 22. *quoniam in eo reputandus est ille. vel quoniam in quo reputandus est iste. sive quoniam in hoc reputabilis est.* Loquitur autem de ipsius spiritu, propter quem sit reputatione dignissimus. Quidam admiratione reddunt: *quia in quo et quare æstimandus est ille? q. d. immensum, nam est verus Deus: 7. Forerius: Cessate vobis ab illo homine in cuius naribus halitus est, quoniam excelsum reputatus est. id est, Timeate vobis, religiose cauete ab homine illo Christo, qui licet spiret more humano, & similem cum aliis vitam ducat: est tamen viuum ac verum excelsum, hoc est, sacrarium, altare, sacellum, templum diuinitatis, Ioan. 2. vers. 9. & Colossens. 2. vers. 9. *במהלך* *banneh* vel *במהלך* *bannah*, in quo: & *במהלך* *bannah*, eisdem litteris, sed alijs punctis, *excelsum, sacellum, sacrarium, altare.* Vide Leuitic. 26. vers. 30. & 1. Samuel. 9. vers. 12. atque inprimis Commentarium S. Hieronymi huius loci. Quibus hæc interpretatio displicet certè ij satis produnt patuum se gustum in Scriptura habere. Cæteræ expositiones frigent, aut à nobis adductas non æquant.*

CAPVT III.

*Futura Iudæorum ob sua peccata grauis afflictio ac desertio, & puerorum atque effeminatorum dominium: peccata superiorum arguit: item superbiam & curiosam lasciuiam filiarum Sion in ignominiam vertendam predicat.*

Vulg.

Malu.

1  *Cce enim dominator Domini exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ;*

2 *fortem, & virum bellatorem, indicem, & prophetam, & arxolum, & senem;*


3 *Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliariam, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici.*

4 *Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.*

5 *Et irruet populus, vir ad virum, & unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.*

6 *Apprehendes enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu sua.*

Maluenda, In libr. Isaia.

1  *Via ecce ADON, IHVM TZEBAOTH discedere-faciens de Ierusalim, & de Iehudah sustentaculū & sustentaculum: omne sustentaculū panis, & omne sustentaculum aquarum:*

2 *Prævalidum, & virum incisio-nis, iudicem, & prophetam, & diuinantem, & senem:*

3 *Principem quinquaginta, & leuaturn facierum, & consulentem, & sapientem artificum, & intelligentem musitationis.*

4 *Et dabo excussos principes eorum, & ludicra dominabuntur in eis.*

5 *Et adiget populus, vir in viro, & vir in sodali suo: intumescet, excussus in senem, & leui factus in graue facto.*

6 *Quia capiet vir in fratre suo, domus patris sui: vestis tibi, extremarius eris nobis, & impactio ista sub manu tua.*

*a Præpotentem, hæc roem, gigantem b belli, prælij*

*c pueros d alter in alterum e socio, proximo, amico, familiaris f puer g vilipetius, vilis, ignominiosus h honoratus, glorioso, incluta, splendide*

7 Respondebit in die illa, dicens; Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constitue-  
re me principem populi.

8 Ruit enim Ierusalem, & Indias concidit: quia lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius.

9 Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt, nec absconderunt: va anima eorum, quoniam reddita sunt eis mala.

10 Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinventionem suarum comedit.

11 Va impio in malum: retributio enim manuum eius fit ei.

12 Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatae sunt eis. Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.

13 Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos.

14 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra.

15 Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

16 Et dixit Dominus: Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant.

17 Decaluet Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.

18 In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas,

19 & torques, & monilia, & armillas, & mitras,

20 & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & in aures,

21 & annulos, & gemmas in fronte pendentes,

22 & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus,

23 & specula, & sindones, & vittas, & theristra.

24 Et erit pro suauitate odoris faetor, & pro zona fomiculus, & pro crispanti crine

7 Leuabit in die ipsa, ad dicere: Non ero superalligans, & in domo mea non panis, & non vestis: non ponetis me extremarium populi.

8 Quia impegit Ierusalaim, & Iehudah cecidit: & quia lingua eorum, & ludicra eorum ad IHVH ad mutare facere oculos grauitatis eius.

9 Agnitio facierum eorum respondit in eis: & peccatum suum, sicut Sodom annuntiauerunt, non absconderunt: oī animae eorum, quia retribuerunt sibi ipsis malum.

10 Dicite iustum, quia bonus: quia fructum ludicrorum suorum comedit.

11 Oī improbo malo; quia retributio manuum eius efficietur ei.

12 Populi mei angariantes eius, dehonestans; & mulieres dominatae fuerunt in eo: popule mi, beatificantes tui, errare facientes, & viam semitarum tuarum absorbuerunt.

13 Stans ad litigare IHVH, & stans ad iudicare populos.

14 IHVH in iudicio veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: Et vos depasti fuistis vineam, rapina afflicti in domibus vestris.

15 Quid vobis, oppressionem contretis populum meum? & facies afflictorum commoletis, Fidelis sermo ADONAI IHVH P TZEBAOTH.

16 Et dixit IHVH: Correspondentia quia excelsae fuerunt filiae Tzizonis, & ambulauerunt extentae gutture, & annuentes oculis: ambulare, & paruulare ambulabunt; & in pedibus suis compedient.

17 Et suppurabit ADONAI verticem filiarum Tzizonis, & IHVH pottam earum euacuabit.

18 In die ipsa discedere faciet ADONAI decorem compedum, & circum conclusiones, & lunulas.

19 Guttatoria, & catenas, & tremulas.

20 Decora pileorum, & peris celides, & domos animae, & miffitationes.

21 Annulos, & monilia nasi.

22 Extractiones, & operimenta, & ventralia, & chartas.

23 Volumina, & sindones, & cidares, & velamina.

24 Et erit sub aromate tabes erit, & sub cingulo decisio, & sub factura perple

i erratum,  
delictum  
k calauerūt  
supresserūt

l combustis,  
succendistis  
m pauperis,  
oppressi  
n contumacis  
o Vide Genes. 15. v. 2.  
p Vide 1. Samuel. 1. v. 5.

q infantire  
r compediant,  
compedes ferent,  
vel. compedientur  
s vt v. 15.  
t pudendum

u ostentatum,  
splendorem,  
gloriam

x ornatus,  
ornamenta,  
tias  
y incantationes

z syntheses

a pro loco  
aromatis  
sic mox.  
b cinctura,  
zona  
c discissio



caluitium, & pro fascia pectorali cili-  
cium.

25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio  
cadent & fortes tui in pralio.

26 Et marebunt atque lugebunt porta  
eius, & desolata in terra sedebit.

perplexitatis, d caluitium, & sub phe-  
thighil cinctura facci: adustio sub pul-  
chritudine.

25 Mortales tui in gladio cadent, &  
praualescentia tua in incisione.

26 Et dolebunt, & lugebunt ostia  
eius, & vacuata erit, f terræ sedebit.

d depilatio,  
deglabratio  
e cilicij

f datius  
ad terram



COMMENTARIA.

VERS. I.



V FERET. ] Alij: amoturus  
est, &c. Docet propheta iudi-  
cium Dei longè lateque Iu-  
dæam totam peruasurum, sum-  
mos, infimos, viros, & mulie-  
res, bona, & corpora; viros quidem vsque  
ad vers. 17. mulieres verò inde ad finem vs-  
que: postquam de bonis & rerum omnium  
possessione ac vsu actum est, hoc versu. Hæc  
autem iudicia non vno tantum certo tempore  
effecta suot, cum ea iam indè à suis temporibus  
cœpisse propheta docuerit, supra Cap. i.  
v. 5. & sequentibus; sed ad tempora omnia  
consequentia pertinent, quibus omnia hæc  
mala, mutationesque Iudæi perpelli sunt,  
vsque ad plenun rejectionis tempus ob inter-  
fectum Christum

VALIDVM ET FORTEM. ] משען ומשען  
maschghen vmaschghenab, duo nomina He-  
braica, alterum fœmineum, eiusdem radicis, &  
significationis: quæ variè alij redunt: 1. fulci-  
mentum & fulcimentum. 2. baculum & bacu-  
lum. 3. scipionem & scipionem. 4. fulcrum &  
fulcrum. 5. sustentaculum & sustentaculum.  
6. fulcimentum, & fulcimentam. ficto voca-  
bulò fœmineo, id est, omnis generis fulci-  
menta, 7. fulcientem virum, & fulcientem fœ-  
minam. 8. scipionem, & bacillum, id est, quid-  
quid pertinet ad vitam hominum sustentan-  
dam, & magnum & paruum: metaphora.  
9. sustentatorem, & sustentatricem, alienissime.  
Intelligunt, omne columnen, robur, vigo-  
rem.

OMNE ROBVR PANIS, ET OMNE RO-  
BVR AQVÆ. ] Eadem vox MASCHGHEN, quæ  
superiore versu: id est, omnem cibum & po-  
tum, quibus vita hominum sustentari potest:  
synecdoche.

VERS. 2.

IUDICEM. ] id est, gubernatorem, magi-  
stratum: synecdoche.

ET ARIOLVM. ] Heb. & diuinum. Expo-  
nunt, id est, præscium futurorum, hoc est, eos,  
qui summa prudentia prævident rerum euen-  
tus. Alij: conjectorem, id est, prudentem, qui  
ex circumstantiis causas dijudicat. Quidam  
reddunt: sagacemque. Vide Prouerbior. 16.

ET SENEM. ] iudicio, ac non ætate tan-  
tum, quomodo pueri postea sunt accipiendi  
vers. 4. & 15. nonnulli: senatorem reddunt.

VERS. 3.

HONORABILEM VULTV. ] Heb. leuatum  
facierum, seu eleuatum, prælatum faciebus.  
Vide in 2. Regum, 5. v. 1. & in Iob 22. v. 8.  
id est, qui aliis honore & dignitate præfertur.  
Alij: spectabilem vultu & conspicuum. Non-

nulli: id est, eos, qui valent auctoritate, &  
gratia, suntque in pretio apud populum, quos  
populus honore prosequitur. Hispanicus In-  
terpres: ensalcado de fazes seu hombre de res-  
pecto.

ET SAPIENTEM DE ARCHITECTIS. ] Heb.  
& sapientem fabrorum, vel & peritum artificem.  
Siue & peritum inter fabros. Quidam non re-  
ctè exponunt: & acutum acutissimorum, id est,  
maximè ingeniosum ad excogitanda omnia  
instrumenta bellica. Alij: & sapientem inge-  
niosorum, quos vulgò vocamus, ingenieros.  
Nonnulli: & eximium quemque inter archite-  
ctos. Hispanicus: y excelente artifice.

ET PRVDENTEM ELOQVII MYSTICI. ]  
Varià ex Heb. 1. Caietanus: & intelligentem  
semiprolata, id est, vigentem ingenio ad pene-  
trandum semidicta. 2. Sanctes: & industrium  
oratores. Et in Thesauro. 3. & intelligentem  
mussitationis, id est, loquutionis occultæ,  
ænigmatis, consilij secreti, Id quoque sequit-  
ur Mercerus, & Marinus. 4. Forsterus &  
Forerius: & intelligentem oratoria. 5. Leo Iu-  
das: & oratorem. 6. Vatablus, Tremellius,  
Iunius, Schindlerus: & intelligentem eloquen-  
tia. 7. Vatablus, Montanus: peritum eloquij.  
8. Isidorus Clarius: peritum incantationis.  
9. Buxtorfius: & intelligentem loquutionis, elo-  
quutionis, pronuntiationis. 10. Auenarius: &  
intelligentem orationis. Intelligi volunt homi-  
nes eloquentes, & facundos oratores, qui cum  
primis vsui sunt reipublicæ: vnde Demo-  
sthenes eos canes custodes regis esse dicebat.

VERS. 4.

ET EFFEMINATI DOMINABVNTVR EIS. ] תעלולים  
thagalulim, abstractum faciunt: lu-  
dicra, lusiones, pueritia, infantia, infantilitates,  
puerilitates, puerilia, id est, pueri, infantes,  
puella, ad maius sententiæ incrementum;  
dominabuntur in eis. Et non ad ætatem, sed ad  
mores & ingenium est referendum q. d. qui  
neque ingenio, neque ratione, neque consi-  
liis, aut prudentia pollent, sed pueriliter & lu-  
dicrè in omnibus negotiis & rerum admini-  
stratione agunt, ac se gerunt, vt Ecclesiastæ  
10. v. 16. de rege puero dicitur. Alij: & fa-  
cinora, seu ludificationes, pro facinorosi, ludifi-  
catores, illusores, metonymicè per auxesin, do-  
minabuntur in eos. Describitur hoc versu  
ineptorum regum ac principum institutio ef-  
ficiens ataxiam, versu sequente.

VERS. 5.

ET IRRVET POPVLVS. ] Verbum ex Ni-  
phal נגס nigas, cum sein sinistro omnia ista  
complectitur: Et affligetur, constringetur, arctabi-  
bitur, propriè, angariabitur populus, vide in 1.

Samuel. 13. v. 5. & in Exod. 3. v. 7. Variè alij : 1. & *expilabitur populus.* 2. *actiue, & opprimet, vexabit, violenter-aget populus.* 3. *Fietque exactor populus.* id est, plebeij ipsi vindicabunt sibi potestatem, & dominium, auctoritatemque exactoris, id est, principis. q. d. Fiet confusio, & perturbatio in republica, cum quisvis è plebe sibi vim magistratus & principis vindicabit.

TVMVLTVABITVR. ] Heb. pluraliter, *intumescent, inualescent, superbient, insolescent.*

VERS. 6.

APPREHENDET ENIM VIR FRATREM SVVM, DOMESTICVM PATRIS SVI. ] Quidam reddunt : *Si prehendat quis fratrem suum è domo paterna sua, dicens, &c. vt pendeat tota huius versus sententiam in versum sequentem.* Interminatur hoc & sequente versu anarchiam in populum. id est, Si prehendat quis fratrum suum, &c. ad quem ex lege deferendus erat principatus, Deuter. 17. v. 15. & qui eodem iure tenebatur fratres suo vindicare, multo magis in publicis calamitatibus si facultate instructus esset, quàm in priuatis, quarum præceptum habetur Leuitici 26.

VESTIMENTVM TIBI EST. ] vel, *vestis, seu pallium est tibi.* hoc est ampliore facultate, ac opibus instructus es. Hispanismus : *ropa tienes.* id est adsunt tibi facultates.

PRINCEPS ESTO NOSTER. ] Heb. *extremarius, dux, ductor, capitaneus, gubernator, præfectus eris nobis.* Vide supra Cap. 1. v. 20. Sic versu sequente.

RVINA AVTEM HÆC SVB MANV TVA. ] פִּנְסוּלָה *macschelah, impactio, offensio, offendiculum, scandalum, labefactio, labefactatio, casus, ruina, lapsus, decidentia, deiectio, illisio.* Exponunt : 1. *ruinaque hæc sub manu tua erit.* vt sit hypallage, pro, sitque manus tua sub hac ruina. id est, sustenta patriam iam iam ruinam minantem, suppone manum reipublicæ labenti; sustine, fulci eam manu tua. 2. *labefactatio ista sit sub manu tua.* id est, manu tua ac potestate, auctoritateque compone hanc seditionem, qua alter in alterum impingit, & labefactatur status ac tranquillitas reipublicæ 3. *vt ruina ista sub manu tua sit.* id est, vt manum admoueas ad labem reipublicæ nostræ curandam & instaurandam : & metaphora à structoribus, qui collectis ruderibus faciunt opus rediuuum Hispanicus Interpres : *Sea en tu mano esta perdicion.* id est, *toma à tu cargo esta republica tan perdida.*

VERS. 7.

RESPONDEBIT. ] Heb. *Leuabit.* aut *assumet,* vel sermonem, quod Noster intellexit, vt solet plerumque in Scriptura dici *Leuare sermonem,* seu *parabolam;* pro, proponere, vsurpare, edere : vide Forsterum pag. 524. & Mercerum column. 1688 : vel nomen Dei, vel manus suas, id est, iurabit : vt solet sæpe in Scriptura dici, *Leuare nomen Iehoueh.* vel manus suas, pro iurare. Forsterus annotat, hic *Leuare* absolute positum, intelligi pro *leuare* super os, aut labia, hoc est, eloqui, pro loqui, edicere Idem obseruat, *Leuare* absolute positum vt hic, idem esse quod iurare, quòd leuetur nomen Dei, vel quòd in iuramento manus attollantur in sublime : quam phrasim

vsurpare etiam suos Germanos affirmat. Alij qui exponunt : *Iurabit.* id est, eiurabit magistratum adducta imbecillitate, & tenuitate sua. q. d. neminem inuenient Iudæi, qui defensionem ipsorum in se velit recipere : ita à Deo abiecti, ab exteris pressi, & à seipsis confecti erunt mutuis inter se dissidiis & seditionibus.

NON SVM MEDICVS. ] Heb. *Non ero superalligans.* Quidam : *Non ero dominus, rector, gubernator.* quod reges soleant populum legibus obligare ac coercere. Alij : *Non ero obligans, aut superimponens pharmaca aut emplastra : non ero curator, medicus, aut chirurgus :* Sic sumitur id verbum Iob. 5. v. 18. Hosee 6. v. 2. metaphora à re medica, seu chirurgica, nam medici seu chirurgi solent vulnera alligare, & emplastra superimponere : q. d. non potero curare aut sanare vulnera vestra.

ET IN DOMO MEA NON EST PANIS, NEQVE VESTIMENTVM ] q. d. ne meis quidem domesticis difficultatibus possum consulere, quanto minus suscipere vestras;

RVIT ENIM IERUSALEM, &c. ] Heb. *Quia impegit, offendit, collapsa, deiecta, illisa est Ierusalaim.* Caietanus : *Quia impegit, lapsa est, Ierusalaim ad instar caspianus.* Atque hic mors Caietanum intercepti, natum annos 66. 4. Idus Augusti, in die S. Laurentij, anno Salutis 1534. Cui ethi linguarum atque humanarum litterarum maiora præsidia defuerint : adeo tamen bonitate intellectus, & solido ingenij acumine excelluit, vt vix vllum recentiorum Interpretum eo audeas comparare. Quidam reddunt : *Quum corruerint Ierusalaima &c.* id est, quum status publicus semel labefactatus fuerit : prout factum est in primis indè à temporibus Tzidkiaz regis.

QVIA LINGVA EORVM &c. ] ætiologia, à blasphemis Iudæorum & peccatis in Deum : qua transitus comparatur ad confirmationem denuntiati illius iudicij.

ET AD INVENTIONES EORVM. ] מַעֲלָלִים *maghalalim, cogitationes, adinventiones, consilia, conatus, studia, molimina, exercitia, opera, actiones, mores, facinora, ludificationes.* vide in Deuteron. 28. vers. 20. Hic in malum : infra vers. 10. in bonum.

VT PROVOCARENT OCVLOS MAIESTATIS EIVS. ] Alij ex Heb. 1. *ad mutandum oculos gloria eius.* 2. *ad irritandum, amaricandum, exacerbandum oculos gloria eius.* 3. *ad laudandum oculos claritatis ipsius.* Heb. *oculos granitatis eius.* seu *gloria, honoris, splendoris, claritatis, excellentie, dignitatis.* Exponunt, id est, oculos gloriosissimos, splendidissimos, clarissimos &c. ipsius. Alij : *gloria eius.* id est, Dei illius, qui & in seipso gloriosus est, & glorificandus à nobis, atque aded se in improbis glorificaturus.

AGNITIO VULTVS EORVM RESPONDEBIT VERS. 9. ] EIS. ] הכרת *haccarat* quidam reducunt à נָכַר *nachar, agnoscit :* alij, ab הִכָּר *hachar,* de quo diximus in Iob 19. v. 3. Hinc variè reddunt : 1. *Agnitio, notitia, apertio, manifestatio, facies eorum,* id est, impudentia, quod Latini

ni dicunt, *perfricta fronte*, vel *frontem per fricare*: nam, qui pudefiunt, faciem operiunt; impudentes vero faciem denudatam ostentant, & perfrictam frontem: *respondet contra eos*. id est, eos arguet, conuincet. 2. *discretio, habitus, dispositio faciei eorum respondet contra eos*. id est, proderit, manifestabit eos. q. d. ex vultu eorum conicere licebit quales sint: qui nouit vultum sceleratorum hominum, facile legit in facie eorum, illos esse improbos: ex vultu eorum facile deprehenditur improbitas illorum. 3. *Asperitas, aggrauatio, obfirmatio, obduratio vultus eorum testatur contra ipsos*. Confirmatio iusti illius iudicij Dei, quod propheta denuntiavit, à Iudaorum obduracione in peccatis: quorum proinde damnationem statam esse docet, primum à naturali iudicio, & consensu omnium, Bonis bene esse oportere, & malis male, tribus versibus: deinde à iustitia Dei iam aduersus populum disceptantis opere & verbo, vers. 13. & tribus sequentibus. 4. *Superbia, arrogantia vultus eorum testificabitur contra eos*.

PECCATVM SVVM QVASI SODOMA PRÆDICAVERVNT.] Alij: & peccatum suum sicut Sodomam enuntiant. id est, palam, pertinacissime, & impudentissime, vt de Sodomitis dicitur Genes. 3. vers. 13. & 19. v. 5.

Va anima eorum, quoniam reddita sunt eis mala.] Alij: 1. *anima eorum quoniam rependent eis malum*. id est, Passiue more Hebraico, rependentur eis mala, vel creant sibi calamitatem. q. d. ô infelices, qui sibi ipsis accersunt calamitatem! 2. *Va animo ipsorum, quia afficiunt seipfos malo*. quasi dicat, non possunt itis non euenire mala, qui in mala vitio projecti sunt, & sibi fabricantur mala

VERS. 10.

DICITE IUSTO, QUONIAM BENE.] Variè ex Hebr. explanant: 1. cum sequentibus nectunt: *Dicite iusto, quum fuerit bonus, quod fructum operum suorum comedent*. quique iustorum. 2. *Dicite iusto, quod bene agat, siquidem fructum, &c.* 3. *Dicite iusto, quod bene ei sit, quod felix sit*. 4. *Dicite iusto, quod bonum*. hoc est, prædicate, quod iustum esse sit bonum, id est, amabile, volupe, iucundum, utile, gratum, nam hoc proprie טוב טוב significat. 5. *Dicite iusto, bene esse*. amplificatio proximè præcedentis sententiæ à contrario, qua Ieschajah reprehendit securitatem Iudaorum, secunda omnia sibi pollicentiam: ne dicatis (inquit) vobis bene fore qui iniusti estis: nihil ad vos pertinent promissiones iustis factæ; sed eas potius iusto concedite. Vide Deuteronom. 29. vers. 18. & sequenti 6. possis reddere: *Dicite iustum, quod bonus sit*. quia iustitia ipsa est vera bonitas. 7. Forsterus exponit: *Dicite, prædicate, laudibus euehite iustum quandoquidem bonus est*.

QUONIAM FRUCTVM ADINVENTIONVM SVARVM COMEDET.] Hebr. pluraliter maiori sensu, *comedent*. Singuli iusti, Alij: *nam fructu studiorum, actionum, operum, suorum fruuntur*.

VERS. 11.

VA IMPROBO IN MALVM.] Hebr. *Va improbo malo*. id est, qui malus est, vel malo, id est, lædenti alios. Alij particulam וְ ci ex

superiore versu repetunt: *Va improbo, quod malum sit*. videlicet improbum esse. Nonnulli distinguunt: *Va, improbo male est*: Exponuntque: *Va, exclamatio pathetica denuntiantis grauissimas calamitates, exitiumque iniusto populo, improbo male est*. vrcunque sibi de rebus præsentibus gratuletur.

RETRIBUTIO ENIM MANVVM FIVS TIET EI.] Alij ex Hebr. 1. *nam retributio manuum ipsius conficietur ipsi*. 2. *quoniam secundum opera manuum suarum rependetur ei*.

EXACTORES SVI.] נֹשְׂעִים *nocheshchim, adactores, exactores, angariatores, coarctatores, oppressores*: Vide in Exod. 3. vers. 7. Intelligunt principes & magistratus tam politicos quàm ecclesiasticos, qui se verterant in violentissimos tyrannos.

VERS. 12.

SPOLIAPERVNT.] Forsterus hæc annotat: [Participium præsens מעורל *megholel*, quo pluraliter admodum festiuiter Iesaias vsus est: *Populi mei exactores sunt racemator, seu racematores, qui scilicet pauperi contra ius naturæ & scriptum, sua auferunt, spoliant populum usque ad vltimum quadrantem, per fas nefasque populi bona diripiunt: & vt propheta paulo ante vers. 4. non גְּחֹלֵלִים *gholelim*, sed גְּחֹלֵלִים *ihaghalulim* dicere; ita hic quoque allusione quadam facta, ponere hoc verbum voluit, vt recte imposturas & auaritiam magistratum sui temporis perfringeret, qui etiam vltimos racemos pauperibus eriperent.] Eadem habent Mercerus & Forerius: qui ferè semper Forsterum transcribunt. Alij reddunt: *Populi mei exactores eius, quisque eorum, incommodat, dehonestat, deturpat, defraudat, iniuria afficit*. Vide notionem verbi in Leuit. 19. vers. 10. Auenarius reddit: *Populum meum exactores eius abrumpunt, decerpunt*. id est, racemando spoliant. At Sanctes, Vatablus, Clarius, Forerius, Marinus, Schindlerus, Buxtorfius, exponunt: *populi mei exactores eius*. id est, quisque exactorum eius, *paruulus, puer, puerilis, infans*, est: qui sensus rectè congruit cum sequente membro. Montanus explicat: *Magistratus populi mei, omnes in exactores mutati, quisque eorum inueniliter, temere, pro impetu & libidine, agit puerum incommodantem & petulantem in populum*. Tremellius & Iunius. *Populum meum opprimentium quisque, est paruulus*. consilio iudicioque, vt supra vers. 5. quasi dicat, non magis sapiens, consilio, iudicio, & administratione valens, quàm paruulus: aut suarum cupiditatum potens, quàm mulier, sequente membro. Introducit propheta hoc versu Deum exponentem populo suo indignissimam administrationem publicam, ciuilem & ecclesiasticam, singularemque deprauationem omnium.*

ET MULIERES DOMINATÆ SVNT EIS.] id est, homines non magis consilio, prudentia, mente, administratione valentes, quam soleant mulieres: cum alioqui sciamus & fuisse imperia mulierum probata, vt Zenobia, Pulcheriæ, &c.

QUI BEATVM TE DICVNT, IPSI TE DECIPIVNT.] Forsterus: & qui beatum prædicant te, illi seducunt. Licet alij existiment prophetam

prophetam fecisse antihesi, & sic interpretantur: rectores tui sunt seductores. Etsi sciam prophetas gaudere talibus allusionibus ex antihesi sumptis, bonamque gignat sententiam, si pro rectoribus seu directoribus interpreteris; tamen prior expositio magis arridet, eo quod loquatur de falsis prophetis, qui populum de peccatis non arguunt, nec ad poenitentiam hortantur, quin potius adulantur & securum faciunt, quod propter cultus suos & sacrificia beati sint atque felices, nec ulla eos maneat calamitas. ] Habes similem huic locum infra cap. 9. v. 16. Tremellius & Iunius: qui ducunt te, seducunt. id est, sacerdotes, & Leuitæ, quorum officium esset ducere te in lege, & luce Ichouæ, vt Deuteron. 17. v. 8. & 33. v. 10.

ET VIAM GRESSVVM TVORVM DISSIPANT. ] Heb. & viam semitarum tuarum, seu itinerum tuorum absorpserunt. vel deglutierunt, precipitauerunt, deuorauerunt, absumpserunt, perdiderunt. Tremellius & Iunius: & viam itinerum tuorum tegunt. id est, celant te doctrinam legis, in qua tibi eundum esset, neque recedendum dextrorsum aut sinistrorsum, Deuteron. 5. v. 38. sic accipitur hoc verbum Numeror. 4. v. 20, Ego metaphoram ductam puto ab eluisionibus, & terræ motibus, qui plerumque vias absorbent, atque hauriunt. Hispanicus: y tuercen la carrera de tus caminos.

VERS. 13. STAT AD IUDICANDVM DOMINVS. &c. Heb. Stans ad litigandum, disceptandum, contendendum &c. Quidam: Consistit, seu sistit se ad litigandum Iehoua, qui consistit ad iudicandos populos. Descriptio Dei comparentis ad contestationem Iudæorum, sumpta à re forensi: Iudex, inquit, totius terræ, vt vocat Abraham Genes. 18. vers. 25. iam præsto est vt contendat cum populo:

VERS. 14. CVM SENIBVS POPVLI SVI. ] Alij: contra seniores populi sui. id est, officio & dignitate senatores, quamuis re ipsa cum pueris & mulieribus comparandi, vt dixerat v. 13.

VOS ENIM DEPASTI ESTIS VINEAM. ] Quidam: at vos depastistis hanc vineam. Dei contestantis verba per paralepsin: q. d. vestrum erat seniorum & verorum principum munere perfungi (de quo Exodi 18, & Deuteron. 1.) non autem puerorum modo aut mulierum insolere: At vos depastistis &c. Continet autem hæc contestatio crimina duo, vim factam alienis bonis, & iniuriam personis, sequente versu.

VERS. 15. QVARE ATTERITIS POPVLVM MEVM? ] Hebr. Quid vobis contunderis? Alij: Quid vobis est, aut accidit, quod contundistis, vel quorsum contudistis pepulum meum?

VERS. 16. ET DIXIT DOMINVS. ] Alij: Præterea ait Iehoua; &c. Secundus locus iudiciorum Dei contra mulieres, vt diximus supra vers. 1. in quo exponitur primum causa, hoc versu; mollietis, scilicet, effæminatissima, quæ iudicium est infiniti luxus; vt ostenditur Deut. 28. vers. 56. deinde proponuntur iudicia trium generum: quod delicias suas amittent, versibus septem sequentibus: quod malis grauissimis, durissimisque afficientur, vers. 24. & quod sui erigendi facultatem nullam neque viri,

neque mulieres deinceps consequentur, tribus vltimis versibus.

PRO EO QVOD ELEVATÆ SVNT FILIÆ SION. ] Alij: Quandoquidem superbiunt, vel fastuosa sunt filia Sionis. 2. Propterea quia elatae sunt filia Tcionis. 3. Eo quod altae sunt filia Tzizonis. id est, elatae animo, quod sequentibus figuris ostenditur.

EXTENTO COLLO. ] Hebr. extenta guttur. vel extento gutture. id est, exerto, vt erectis cervicibus ostendent frontem.

ET NVTIBVS OCVLORVM. ] Participium Pihel משקרית mesakkeroth plerique exemplaria cum Sin sinistro scribunt. Kimchius exponit: acuentes oculos: annuentes, nictantes oculis. & vt erat Hispanus, ait, & in vernaculo guignantes. Hinc Doctores Hebræorum dicunt, Mulierem non factam esse ex oculo, ne sit שקרנית sakranith, id est, nictans & circumspiciens. Forsterus: & fallentes, seu fallaces oculis. [Nec te moueat, inquit, quod Sin sinistrum scriptum est; quia aut oscitantia scribarum accidit, aut propheta studio voluit mutare vocem, vt significaret veneritundinem & mollietiam fæminarum in erudiendis oculis.] Displicet istud Mercero: sed non Marino, nec mihi. Leo Iudas vtramque lectionem coniunxit: ac fallaci oculorum nutu. id est, quæ circumspiciunt & pro casibus oculorum nutibus alios in sui amorem pelliciunt, ac decipiunt. Quidam: vagantibusque oculis. Hispanicus Interpres: y los ojos descompuestos. Possis exponere & ipsæ fallentes oculos aliorum, quæ inducta sibi falsa pulchritudinis specie, alios fallunt dum pro vera, fucatam venustatem venditant. Alij: & nutantes oculis. id est, suis nictationibus lasciuiam suam facientes palam. Reuchlinus: gestulationes, signa, seu effectiones oculorum, interpretantur.

IBANT, ET PLAUDEBANT. ] Hebr. sunt duo infinitiua, ambulare & plaudere, vel ambulando & plaudendo, ambulabant. Secundum infinitiuum תפופו taphoph semel hic tantum in Scriptura, ac diuersimodè interpretantur: 1. Reuchlinus: ibant & plaudebant. id est, gestulatione alliciebant. 2. Sanctes ex Kimchio: eundo & plaudendo ibunt, pro ibant. id est, more paruulorum plaudendo saltandoque ibant, impudenter scilicet & petulanter lasciuentes, nulla grauitatis matronalis habitata ratione; nullum pudorem habentes. vel eundo & tympanizando ibant, aut superbe passibus equalibus incedendo, seu tripudiando ibant, vt TAPHOP cum Tet, sit idem quod תפופו taphoph, cum Thau: siue tripudiabant incessum suum fastuose componentes & passibus equalibus temperantes. 3. Forsterus: incedendo & palpando inambulabant. Chaldaeus ita vertit: cum applausu suo ambulabant. [Atque in hoc conuenit inter interpretes, quod gestum significet corporis mulierum festiue incedentium: & dicunt affinitatem habere cum verbo TAPHAPH, quod pulsare, plaudere significat: ac videtur satis comode reddidit verbo plaudendi seu palpandi quod sit pedum seu longioris vestitus in terram festiua, eleganti, & blanda supplausione.] Eadem ad verbum Mercero, & Forerius; qui addit: [Vel est sermo de sonitu, quem excitant vestes

pretiosa ex serico, unde nos *taphetach*, seu *taffetan*, à sono: & congruit vox Hebræa cum sono *taphoph*.] 4. Vatablus: ambulando, & tripudiando iuerunt. id est, more puerorum in publico ac propatulo saltitare solent. 5. Leo Iudas: incedendo molliter & fracte eunt. 6. Marinus: incedendo, & pubertatem imitando ibant. [Verbum TAPHAPH est fictitium à *Q* *taph*, paruulo, infante, satis eleganter, id est, more infantium iuit, molliter vel inconsiderate scilicet; Far vista di non potere sostentarsi in piedi nel andare; farfi dar mano, como si fosse fanciullo: O vero come piu ad altri piace, andare inconsideratamente come fanno i fanciulli.] 7. Auenarius: eundo & supplodendo ambulabunt. [TAPHAPH, supplotit incessu, sonitum edidit ambulando, qui ex impulsu resultat, crepitauit pedibus; unde crepitus pedum, Ciceroni in *Topicis*: significat repercussionem crepidarum.] seu crepitum, à quo crepida Latinis dicta videtur, quamuis Græce à basi dicatur: Hispanicè dicent: *el cruzil de Chapin*, o *Chinela*. 8. Montanus: ambulare & infantire, ambulabant. Molli, inquit, & breui atque frequenti pedum motu infantium gressum imitantur: id enim ad venustatem & gratiam facere existimant: aded omnibus in rebus, actionibus, motibus ad procacitatem sese effingunt, exercentque; idque magnis magistris, exemplisque ediscunt; matribus ipsis, à quibus à teneris, vt aiunt, vnguiculis nihil aliud diligentius edocentur, quam forma & gestuum curam gerere. 9. Tremellius & Iunius: eundo & paruulas agendo incedunt. vel indefinenter minutis passibus incedunt. id est, minutim & numerosè passus conferunt; vt nutare potius summa terra quam ambulare videantur. 10. Buxtorfius: eundo & paruulando (vt sic dicam) incedunt. id est, gressibus suis paruulas agendo, ingressu molli, minutis passibus instar paruulorum vtendo. Et sic Aben-Ezra reiectis aliorum interpretationibus: incedentes incessu paruulorum, exponit. 11. Schindlerus: eundo & lasciuiendo incedent. id est, per plateam more puerorum, sine pudore saltando, garriendo & leuiter se gerendo lasciuiunt, gestu corporis lasciuiam ostendentes.

ET PEDIBVS SVIS COMPOSITO GRADV INCEDEBANT.] Relatiuum suis Hebr. masculinum; fœminis hîc tribuitur non sine causa; forte vt innuat, fœminas Ierosolymitanas vsas eiusmodi lasciuiis nêdum permittis, sed voluntate etiam virorum, patrum, ac fratrum, qui omnes hîcse vanitatibus applaudent. Verbum futuri Pihel pluralis fœminei העכסנה *teghaccasnah* effectum est à nomine plurali עכסנה *ghachasim*, de quo infra vers. 18: & iuxta varias significaciones, quas eidem nomini tribuunt, sic quoque huic verbo. 1. Reuchlinus: & in pedibus suis ornabantur perisphyriis. id est, talaribus. 2. Sanctes: & in pedibus suis ornabantur ornamentis squamarum instar factis. vel & in pedibus suis calceamenta habebant squamata. Non satis percepit, quo significatu vtantur Hebr. voce *KISCHKISCH*, nempe non pro squama, sed pro crepitaculo, vt vers. 18. videbimus. 3. Vatablus: & pedibus suis strepitum crepitaculorum excitant. Gallicè Maluenda, In libr. *Isaia*.

dicunt: Elles battent les sonetes. vel & in pedibus suis calceamenta habebant cum crepitaculis. Hispanicè *cascaueles*. quod Rabbini vocant *קישקיש* *kischkisch* à sono. Taxat, inquit, impudentiam mulierum, quæ saltando more puerorum & puellarum itabant per fora & plateas percutiendo tympana, aut cruribus suis crepitacula excitantes. 4. Forsterus: & in pedibus suis corrigiaz, vel ligaturas ponebant. 5. Forerius: & pedes suos laqueolis vinciebant. 6. Marinus: & in pedibus suis crepitacula agitabant. quod Italicè dicunt, *honagliare*, *fare la moresta*. 7. Mercerus ex Kimchio; resonant & perstreperunt crepitaculis, quæ suis pedibus alligarunt, quæ dicuntur *GHACHASIM*. 8. Auenarius: & in pedibus suis constringent. ornatum, seu talaria, aut periscelides. 9. Schindlerus & Montanus: & in pedibus suis tinniebant, vel tinnitum-facient. per monilia calceamentis affixa. 10. Buxtorfius: & pedibus suis compedant, vel compedita incedunt. vel periscelidibus ornata gradiuntur, hoc est, quibus affixæ erant aureæ catenulæ ad moderandos passus. 11. Tremellius & Iunius: pedibusque suis compeditas agunt. id est, leges numerorum, & gressuum modulòs obseruant; vt in saltationibus cinædi faciunt, quasi compedes semper obtinerent, quibus ad modificandos asturconum, & tolutariorum gressus vtuntur veterinarij, donec modulis affluacti sint: prout hodie videmus heri, quum muli aut equi tolutum incedere docentur. Rabbi Scelomoh, & quidam Hebræorum in Germania, teste Reuchlino, nescio vnde *גבוע* *gbeches* venenum interpretantur: & verbum hîc pro venenum adhibere animis iuuenum, exponunt, dum eos pedum impudicis gesticulationibus accendunt.

DECALVABIT DOMINVS VERTICEM FILIARVM SION.] varie alij ex Heb. 1. Et scabie, vel lepra inficiet verticem, &c. 2. Et distringet, id est, deglubet, de caluabit. Nos suppurabit diximus: nam verbum effectum est ex nomine *תפוח* *saphachath* de quo vide in *Leuit.* 13. v. 2. Aliene quidam & imperitè: humiliabit, de primet verticem, &c. 3. Id circo scabie afficiet Dominus verticem filiarum *Tz'ionis*. quem superbè extollunt, & ornant molissime. 4. Aptè reddes: Et depilabit, pelada afficiet Dominus verticem, &c. dignum supplicium mulierum, quarum maioris gloria præcipuâ in capillis, nec vlla maior cura aut ornatus, 1. *Corinth.* 11. v. 15.

CRINEM EARVM NVDABIT.] *תפוח* *poth*; quidam à *פנה* *panah* deducunt: angulum capitis earum nudabit. id est, crinem seu comam. Valentine dicimus *les polseres*. id est, capillos seu cincinnos crispòs, qui magis propendent ab angulis capitis id est, temporibus, quos nunc *rizos* vocant, in quibus fœminæ magis exultant, quos Iehouah denudabit, id est, depilabit; vel effluere ac decidere-faciet. Alij à *תפוח* *pothath*: frustum; fragmentum; particulam, portimiculam; buccellam earum effundere faciet. Turpè rem honeste significauit: partem seu buccellam earum, os vteri appellat; sic Hispanice, *sus partes* appellamus. Aut fœminas Ierosolymitanas perpetuo vultu defluuio laboraturas;

VERS. 17.

boraturas, quo fædo morbo, & illis crura inficientur, vt non amplius motibus ad illecebram compositis exerceri queant; & ineptæ conceptui, viuisque odibiles & importunæ redduntur! Alij, vel radicem per se faciunt, vel à *פחבב* *phabab* allicere deducunt, quod ea parte mirè alliciantur homines; *verendum, pudendum mulieris, cumnum*, interpretantur; consonat vox Italica *potta* quæ est ipsissima Hebraica. Nonnulli, *cardinem fœminam*, seu *cardinem vulua* exponant. Aliqui: *nates, podicem, anum, culum*, earum nudabit. id est, efficiet vt nudæ in captiuitatem abducantur, obscœnis corporis partibus omnium oculis & derisui expositis. quod supplicium fœminæ omnium grauissimum reputant. Et sanè non dubito, Nostrum non aliud nomine *crinis* indicasse, quam muliebte pudendum, quo loquendi genere etiam Hispani vtuntur. Tremellius & Iunius: *pudendum earum nudabit*, ac non tantum pedes, quos suis modulis, & sua arte dissimulabant incredentes. Non capio cur Forsterus pag. 625. exponere voluerit: *fascias earum nudabit*, nisi forte cestum respiciat.

VERS. 18.

CALCEAMENTORVM. ] *כסית* *ghachasim*, plurale nominis *כסית* *gheches*, quod nomen à verbo transposito *כסית* *ghacas*, prouocauit, irritauit, quidam deducunt, quod molestiam adferat. Forsterus: [ *GHACHASIM*, *compedes, quas ornatus causa mulieres pedibus adhibent, vt sint illecebræ & irratamenta libidinis, viris ac inuenibus. Græci vterunt, perisphyria.* ] Eadem totidem verbis penè Foreritis. [ *Quanquam meo iudicio, inquit Mercerus, ad Dominum potius refert: quod obscœnis pedum gestibus Deum irriterent, & impudico incessu.* ] 2. Reuclinus: [ *GHACHASIM, monilia calceamentorum, variegata & squamata, ac ornamenta pedum, quæ Iunius Pollux lib. 5. Nominarij sui, cap. 16. appellat perisphyria.* ] Quæ plerique *talaria* interpretantur: Virgilius 4. *Aeneidos* de Mercurio:

— & primum pedibus talaria nectit

*Aurea, &c.*

nempe fascias seu ligamenta, quibus malleoli pedum cinguntur & circumligantur. 3. Sanctes, Vatablus: *ornamentorum pedum instar squamarum, vel squamatorum.* Cum Hebræi vocem *GHACHASIM*, per verbum *כסית* *kis-tes*, exponerent, existimauit Pagninus eos id verbum in significatione purè Hebraicæ, *squamarum* accepisse: cum tamen ipsi potius per onomatopœiam verbum *כסית* *kis-tes* effinxerint, id est, *tinnuit, resonuit*, nimirum à sono: & ipsi hinc *GHACHASIM* magis *tinninabula* seu *crepitacula*, quæ Hispanicè voce consona, *cascaueles* vocamus, interpretentur: vide Comm. in Prouerb. 7. v. 22. 4. Vatablus & Montanus: *crepidarum*. quas Hispanicè vocamus *plantuflos*, vel *chinelas*, aut *chapines*. quibus forsitan appendebant, paruula tintinnabula, aut campanulas, seu crepitacula, aut cascaueles: quibus in saltatione vterentur. 5. Auenarius, Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *periscelidum*. quid sint periscelides infra vers. 20. dicemus. Notant Hebræi his peris celidibus assutas fuisse catenulas aureas ad moderandos gressus fœminarum, quas gestare in sabbatis non licebat, quod esset ornamentum paulo

profanius: vide Buxtorfium in Lexico. Tremellius & Iunius exponunt: *Tempore illo amouebit Dominus ornamentum istud periscelidum.* de quo supra vers. 17. id est, ornamentorum crutulium, quibus ad pedes alligatis discebant modificare gressus, vt diximus v. 27. Nos aptius *compedum* diximus: nam hunc etiam Romanis fœminis olim fuisse pedum ornatum Plinius Lib. 33. Cap. 12. ita prodit: [ *Argentum succedit ex re, aliquando & auro, luxu fœminarum plebis, compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos\* tristior vitat.* ] eas anreas fœminis equestis ordinis fuisse, superius Cap. 3. dixerat.

\* tritior

*שכבית* *schebisim*. ] Huic voci nulla in Nostro respondere videtur, vnde prætermisam existimant. De qua Forsterus: [ *Quidam putant idem significare quod שכבית* *schebitzim* propter litterarum, quam inter se habent, affinitatem: & fuit genus ornament i habens appellationem à circumcirculatione, circumconclusionone. Aliqui fibulas, alij, vitas. LXX. *καρσύμβου*, id est, luccinctoria, vel vestes sibilatas, transtulerunt. Ego rotulas, vertam, seu circulos. *Isaia 3, & circumconclusionones.* ] Eadem Forerius, & Mercerus. Sanè Leo Iudas & Auenarius, fibulas reddunt, nempe ornamentum instar circuli, quo aliquid sibilatur & includitur Vatablus, Buxtorfius, & Montanus, *vela reticulata & ocellata* quibus capita tegebant, & crines cohæbebant, *reticula*: Sanctes, *vitæ instar retis*. Et in Thesaurò: *Vestes Phrygionicas, seu acupictas oculatas.* quod sequitur Marinus. At Tremellius & Iunius: *ocellataque opera.* vt sunt reticula, & quæcunque raro textu confecta sunt, vt sint vitrea atque translucida impudicarum ornamenta, vt ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant, quemadmodum loquitur Seneca. Schindlerus vertit, *ocellatas vestes*, quæ ubiis applicantur.

ET LVNVLAS. ] *שחרונים* *saharonim*, vide in Iudic. 8. v. 21. hæc aiunt esse ornamenta in modum bullarum seu lunularum, quæ ex collo appensa ferebant, Hispani vocant, *patenas*. Alij, fibulas calceorum in modum lunularum ex ebore, seu auro, aut pretiosa alia materia, quæ insigne nobilitatis erant: nam apud Romanos, qui nobilitate generis aliis præstare videbantur, lunulas in calceis gestabant, vt scribit Romanarum 76. Et vetus Iuuenalis Scholiastes ad Satyræ 7. ad versum.

— nobilis & generosus

*Appositam nigra lunam sibi texit aluia.*

PATRICIVS SENATOR EST, LVNA NAM ASSVTA CALCEIS DISCERNVNTVR PATRICII A NOVITIIS. ] Vide Isidorum lib. 19. Originum, Cap. 34. Cœlium Rhodiginum Læctionum Antiquar. lib. 20. Cap. 27. & 28. Ioannem Rosinum lib. 5. Antiquitatum Romanarum, Cap. 36. & Thomam Dempsterum in Paralipomenis eius Capitulis, Hadrianum Iunium Adagiorum Centuria 3. Ad *ET TORQVES* ] *נשפת* *netiphob*, de qua voce vide in Iudic. 8. v. 26. Hispanicus Interpretes, *buxetas*

VERS. 19.

ET MONILIA. ] *שחרות* *scheroth*, plerique idem esse volunt quod geminatum *שחרות* *scharschâ*

*sebarscherath*. Exod. 28. vers. 4. vnde *catenas*, seu *catenulas* exponunt. Alij putant esse Chaldaicum à *שׁוֹבֵר* *schir*, & *torques* seu *armillas* interpretantur. Nonnulli, *monilia hamata*, seu *hamis similia*. Quidam, *catenas-tortuosas* reddunt. Fortasse erit quod Hispanice vocant, *entorchados*. Tremellius & Iunius: *catellasque* pendentes de collo, aut pro cingulis impositas. Non alibi legitur.

ET ARMILLAS. ] *רֶגְהָלוֹת* *reghaloth*. Semel hic tantum in Scriptura ponitur, de qua voce Sanctes in Thesauris: [Ornamenti genus. Rabbi David in Libro Radicum, scribit, quod quidam dicunt, esse instrumenta, quae vulgo dicuntur Tambores. Alij dicunt esse mulierum velamina quibus praeter oculos totam faciem operiebant, & inferne erant ligatae, quae dicuntur Arabicè vocari gheratz. Rabbi Abraham scribit, quod erat ornamentum maxillarum. Rabbi Scelomoh, quod erat species chlamydam, aut velaminum, quibus se operiebant. Nihil certi haberi potest de hoc ornamenti genere: in qualibet enim provincia foemina propria habent ornamenta.] Forsterus: [Significat ornamentum muliebri: & recte significare arbitror, mitram, quae bracteis aureis tremunt.] vnde reddit: & *tremulas*. vt etiam Forerius, & Marinus. At Auenarius: & *vittas habentes tremulas*. Vatablus: & *mitras*. De mitra subiicit locum Seruij opportunum, in illud Aeneidos 4. *Mæonia mentum mitra, &c.* [Mitra, hoc est, incuruo pileo; de quo pendebat etiam baccarum regimen. Sanè quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur: multa enim lectio mitras proprie meretricum esse docet.] Vide Turnebum lib. 4. Aduersariorum, cap. 14. & lib. 29. cap. 25. & Baysum de Re vestiaria. Sed ad institutum: Buxtorfius: [R E G H A L O T H, bracteola, quae collaribus, vittis, ac peplis muliebribus addi solent; sic dicta quod semper tremula appareant. Hispanice vocamus, *lenteinclas*. a figura lentium. vel argenteria, Valentine, *bolletes*, vel *bollateria*. Synecdochicè *peplum*, *velaun*, quo faciem velant, & bracteolis ornatum esse solet: tenue etiam ac facile mobile ac tremulum. Id etiam amplectitur Marinus. Schindlerus reddit: & *pepla*, quae bracteis aureis tremunt. Montanus & *velamina*. seu *velatoria*; capitis velum, quo facies velatur, interdum occultandi, interdum pulueris aut caloris vitandi causa. Tremellius & Iunius reddunt: & *bracteolas*. siue *roramenta* auri & argenti, vt Capitolinus vocat in Aelio Vero; id est, tenuia velut foliorum segmenta ex auro vel argento, quae vestibis ita appenduntur, vt quasi stellae in oculis micent continuo motu: vnde nomen apud Hebraeos habent. Quamuis in Capitolino non *roramenta*, sed *ramenta*, legendum, Casaubonus. Salmasius, & alij annotarunt. At eas auri bracteolas seu ramenta, ab Anastasio Bibliothecario in vita Siluestri dici trimmam auri, & in vita Leonis, aurum trimmae, idem Salmasius annotauit: vide Iulium Caesarem Bulengerum lib. 2. de Donariis Pontificum, cap. 67.

ET MITRAS. ] *פְּהֵרִים* *pheerim*, proprie, *decores*, *ornatus*, *decora*, *ornamenta*. Ferè omnium Maluenda, in libr. Isaia.

nes capitis ornamenta intelligunt, vt *pileos*, *petasos*, *galeros*, *tiaras*. De *tiara*, & vt differret à *mitra* plura reperies apud Briffonium lib. 1. Persicorum, pag. 38. & sequentibus, & lib. 3. pag. 309. & sequentibus. & Bulengerum lib. 1. de Vestibus Pontificum, &c. cap. 5. Sanè ex locis Ezechiel 24. v. 25. & cap. 44. vers. 18. constat, capitis ornatum fuisse. Exodi verò 39. vers. 28. iungitur hæc vox cum *pileis*, seu *galereis*: & plane videtur esse ornamentum additum pileo, vel mitræ, aut tiaræ, seu tiara pulcherrima, ornatissima, qualis Persis, recta dicebatur, quae solis regibus vti fas erat: vt hic etiam subaudienda videatur vox *pileorum*. vel pro *tiaris* accipienda.

ET DISCRIMINALIA. ] Si voces Latinae ordine Hebraeis respondent, quod tamen dubito; Noster *discriminalia* dixit, quod Hebræum est *רֶגְהָלוֹת* *reghaloth*, vox proculdubio dicta ab incedendo. Forsterus, Mercerus, Marinus, & Forerius: *imbrias* exponunt, aiuntque esse ornamenta crurium, seu circumferentias in parte inferiore vestium circa crura, quae in incellu propelluntur, vel quae incellum pompaticum reddunt. Aben-Ezra, Tremellius & Iunius: *armillas*. Leo Iudas, Auenarius, Schindlerus: *tibialia*, *cruralia*. Fortè quae Hispanice dicimus, *medias*, quas ex serico textas & auro iam foeminae maximo luxu deferunt. Sanctes, Vatablus, Montanus, Buxtorfius: *periscelidas*. q. d. circumcruralia. Horatius lib. 1. Epistol. 18.

*Nota refert meretricis acumina, sese cauellam,*

*Sape periscelidem raptam sibi flentis.* —

Vbi Porphyrio: [*Periscelis* ornamentum pedum circa crura.] Aiunt esse quam vulgò *iarretetas*, aut *ligas*, aut *senogilles* appellant. Ac dici non potest quanto sumptu & ornatu hæc in Hispania constent petulantioribus foeminis. Sanè cum multis eruditis facile crediderim, *רֶגְהָלוֹת* esse crurum ornamenta, cum *רֶגְהָלוֹת* *reghaloth* sint brachiorum, Numeror. 31. vers. 50. & 2. Samuel. 1. vers. 10. Porro *discriminale*, Latinis dicitur, *acus*, quae capillos mulierum ante frontem diuidit. S. Hieronymus Apologia in Rufinum: [*Fecerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem: quia veritatem non poterant audire, linguam veriloquam discriminale acu confoderunt.*] Hanc Nonius cap. 1. §. 155. ex Lucillio, *discerniculum* vocat. vt etiam cap. 4. §. 128. & M. Varro lib. 4. de lingua Latina cap. 29. *acum crinale* Apuleius.

ET PERISCÉLIDAS. ] Hanc vocem putant plerique in Nostro respondere Hebraicæ *רֶגְהָלוֹת* præcedenti, sed si voces Latinae eodem ordine, quo Hebraicæ, sunt positæ, potius respondet voci *רֶגְהָלוֹת* *reghaloth*, non abludente notione Hebraica, nam *כִּי־שֶׁחֶרֶת*, à *ligando* dicuntur, & *periscelidas* Hispanice *ligas* vocamus, quod crura ligent. Cæterum aperta est significatio *כִּי־שֶׁחֶרֶת*, *ligamenta*, *ligamina*, *ligacula*, *alligamenta*, *ligatura*. Aiunt esse ornamenta, quibus virgines & sponsæ sese ornant, & pro tæniis commodè accipi posse: vnde reddunt: & *tæniis*. scilicet *strictiores*. Alij volunt esse

ornamenta capitis aut colli, vt torques, vel murenulas. Nec desunt, qui vestes strictas exponant. Nonnulli, redimicula vertunt. Virgilius 9. Æneid.

— & habent redimicula mitra.

videtur esse ornatus molliorum & delicatiorum fœminarum. Ego non dubito esse, quæ Hispani vocant, *lazos, cintas, flores de cintas*. quibus nostro tempore elegantiores fœminæ mire superbiunt. Legitur tantum hîc; & Ier. 2. v. 32. & *tanias*, cum aliis nos reddidimus. Virgilius 5. Æneidos:

*Puniceis ibant euincti tempora taniis.*

Vbi Seruius: [Puniceis taniis. *vittis roseis. Taniis autem, modo vittis: alias vittarum extremitates dicit, vt 7. Æneid.*

— fit longa tania vitte.

ET MURENVLAS. ] Aut huic voci nulla responder in Hebræo: aut vocem *בחי bathe* accepit Noster pro *murenulis*, separatam à *נפש nephesch*: aut versu 18. *שכבים schebisim* exposuit *lunulas*, & *שדדונים schabaranim*, *torques*: seu traiecit has duas voces: & inde Latina nomina Hebraicis ordine respondent; vt hîc *murenula* respondeant voci *קישב schurim*, de qua paulò antè. Ordo vocum Hebraicarum per suos versus distinctissimus est: collatio Latinarum cum Hebraicis obscurior.

ET OLFACIORIOLA. ] *BATHE NEPHESCH*, domos, seu domunculas anime. Kimchius, Sanctes, Vatablus: & pectoralia. [Erant, inquit, monilia quedam dependentia à collo inter vbera super pectus: ita dicta quod muniant locum anime, id est, cor.] Leo Iudas, fasciculos redolentes. Vatablus: [Quidam vitas sericas, quibus mulieres alligant capillos capiti, interpretantur.] Forsterus: & domos anime. id est, capsulâ spirationis, in quibus bene spirantia & refocillantia inclusa erant. Vel & domunculas anime. id est, fragrantia. ita quoque Mercerus. Forerius: & capsulas odoris. [Id est, capsulas fragrantia, suauiter spirantes, in quibus bene spirantia inclusa erant. Solent autem nobiles mulieres & delicate inter ornamenta habere quedam minutula vasculâ aurea, qua secum deferunt inter vbera dependentiâ, qua odoriferis rebus implentur. Forte non tam est genus ornamentis, quam quibus inter ornandum se, vtuntur.] Marinus: & domos anime. id est, ornamenta quedam odorifera, quibus refocillatur anima. Auenarius: & domunculas spiramenti. id est, bullas, seu & domicilia respirationis. Tremellius & Iunius: & domos anime, seu bucculasque. id est, superbâ illa aulicarum instrumenta, quibus os suum contegunt velut pastomidibus: est enim os meatus animæ siue anhelitus, cuius obex propterea Hebræis domus animæ appellatur. Fortasse est, quod Hispanicè dicimus: *reboços*. Montanus exponit: *domos anime*. id est, ornamenta aurea argenteave inter mamillas pendentia, quibus cura, amor, cupiditas, aut similis affectus indicatur ex consuetudine. Forte quod vulgò nuper appellatur *firmezas*.

ET INAVRES. ] *לחשים lechaschim*, inquit Forsterus, *inaures*, ornamenta aurium quibus significare voluerunt oratoriam ad aures

permulcendas accommodandam esse: vel quòd fœmina illis contra imprecationum & incantamentorum prestigia aures non modo ornarint, sed etiam pramunierint. [Eadem Forerius, Mercerus, Marinus, Auenarius: & susurrations, id est, in aures susurrantes. Aben-Ezra scribit, fuisse characteres auro vel argento scriptos, forma vel modo incantationis. Tremellius Iunius, Buxtorfius: & amuleta. [Hebræa vox ab incantando & excantando dicitur: quod cum ea criminatione conuenit, qua propheta vsus est supra cap. 2. vers. 6. quapropter amuleta visum est reddere.] In aures, passim reddunt sic dictas, quòd carminibus afficiantur.

ET GEMMAS IN FRONTE PENDENTES. ] Hebr. & *monilia nasi, vel faciei*. De voce *נזעם nezem*, quam hîc *gemmas*, Noster exposuit, vide in Genes. 24. vers. 22. *nasi* autem vel *faciei*, dixit, quòd à fronte in faciem seu in nasum propenderent, vt Noster etiam intellexit, & faciem magnopere decorarent. Tremellius & Iunius: *monilia naso impendentia*. id est, fronti imposita, cuiusmodi fere baccata gestari solent. Leo Iudas: *froniales insulas*. Vatablus: *ornamenta narium*. more orientalium fœminarum. Compertum est, Indos & Indas orientales & occidentales Noui orbis perforatis nasibus, ac etiam labiis gemmas inferere solitos, ornatus causa.

ET MUTATORIA. ] *מחלצות machalatzoth*, inquit Forsterus, *extracta*, id est, vestes extracta, & pretiosa seu festiua, & delecta à communi & vulgari vsu, vt sunt Latine dicta paludamenta: quidam mutatoria; alij, festiua verterunt: vnde reddit: *extracta*. id est, paludamenta. cuiusmodi fuit illud Agrippinæ; de quo Plinius Lib. 33. cap. 3. [Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prælij spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili, sine alia materie.] Eadem quæ Forsterus, habent Forerius, Marinus, & Mercerus, qui addit: [Sed ego mutatoria simpliciter intelligo, seu noua vestimenta: sic dicta quod nunquam illa sumerentur, alia exuerentur.] Marinus: *lumbaria*. Auenarius: *indusia, lumbaria, suppara*, vestes laxas regentes lumbos. Leo Iudas: *suppara*. De *supparo*, vide Festum, & Animaduersiones Scalligeri in eum, ac Nonium cap. 14. §. 20. Schindlerus: [Indusia, vestes, quarum alia exuuntur, alia induuntur.] Buxtorfius: [Mutatorias vestes, vestimenta festiua & splendida, quorum diebus sacris ac festis vsus est.] Tremellius & Iunius: *syntheses vestium*. id est, multiplicem mundum muliebrem vestimentorum ad varietatem & mutationem frequentem. Hispanicè dicimus *guarda ropa*. De *synthesi* plura te docebunt Turnebus lib. 23. Aduersariorum, cap. 19. & lib. 27. cap. 18. Baysius, & Carolus Stephanus de Re vestiaria, Brodzus lib. 6. Miscellaneorum, cap. 7. Henricus Stephanus in Thesauro Tomo 3, colum. 1514. Fungerus, in Etymologico. Nos *extractions* vestium diximus: vide in Iudic. 14. vers. 19. & 2. Samuel. 2. vers. 21. & placet multum vertere *syntheses*. Quamuis Sanctes, Vatablus, & plures alij cum nostro *mutatorias-vestes*. interpretentur.

ET PALLIOLA. ] *מגטפוח maghataphoth*, exponunt,



exponunt, *operimenta, tegumenta, pallia, vela, velamina, amacula*. Hispanicus Interpres, *los manteos*, vel *mantehuolos* exponit. Nonnulli Hebræorum, *tapetia*; alij *fœminalia*, reddunt: nomen à tegendo, & operiendo dicitur.

ET LINTEAMINA. ] מִיִּפְחוֹב miphchoob, de hac voce vide quæ annotauimus in Ruth 3. v. 15. Hic *linteramina, vela, pepla*, plerique exponunt. Montanus inquit: *Velaminis genus esse constat magnum, quo caput & totum corpus amicitur, qualis Latinis palla fuit.* ] Forte illud genus vestis fuerit, quod Hispanæ fœminæ bombycinum pretiosum aliis vestibus superinducunt, quum in publicum prodeunt, vulgo, *manto*. Nec alienè quidam Hebræorum, *chirobecas* reddunt, quod nomen à palma manus deducatur, & hæc sint ornamenta manuum. Sed id loco Ruth non congruit. Hispanicus Interpres: *las escofias*. Nos cum aliis *ventralia* diximus, vt in Ruth: & mirum quàm pulchra & elegantia eiusmodi vètralia fœminæ nostræ Valentinae gestent, quæ ipsæ appellant, *auantales*, aut *deuantales*. Quidam, *suppara*.

ET ACUS. ] חַרְטִיִּים charitium. Mirum quàm variè exponunt: 1. cum Nostro Reuchlinus, Sanctes in Thesaurò, Vatablus, Marinus, Leo Iudas, Forsterus, *acus*. Metcerus: [*Acus autem vulgo intelligunt fibulas vestium muliebrium: intelligendum potius videtur instrumentum, quo vtuntur mulieres ad ornandos & discernendos capillos, seu etiam crispandos, quod & discriminale, & discerniculum vocant Latini, iunc & acum.* In Isaia apparet esse ex ornamentis muliebribus.] Et sane Hispanæ fœminæ solent deferre huiusmodi acus maiores, seu stylos ex auro, capillis in fronte immisos, ornatus causa, vnde eos passim extrahunt ad componendum capillitium. Forerius: [*Quale ornamentum fuerit, ignoramus: forte pro instrumentis illis accipitur, quibus mulieres vtuntur ad discriminandos, concinnandos, vel etiam crispandos crines, quæ calamistros vocant Latini.*] vide Marinum. Aliud Latinis est *calamistrum*, & aliud *discerniculum*. Plerique vulgares *acus* intelligunt, Hispanicè *alfileres*, in quibus ad ornatum mulierum magnum momentum est 2. *crumenas, marsupia, sacculos, peras* Kimchius, Sanctes, Vatablus, Monranus, è 2. Reg. 5. v. 23: & solent fœminæ inter alià ornamenta, pretiosas crumenas à latere pendentes gestare. 3. Auenarius: *infulas-frontales, laminas, membranulas, chartulas*. Forte quod vulgo vocant *apretadores*, vel quas appellant, *cartillas, illuminaciones*. 4. Buxtorfius: *loculos*. Forfan quos Hispanicè vocamus, *scriptorios, arctumefas, contadores*, in quibus pretiosa quæque sui cultus & mundi nobiliores fœminæ reponere & collocare solent. 5. Tremellius & Iunius: *aciaria*, siue vt Græci vocant, *raphidobecas*, quibus acus & aciculæ infigi aut includi solent. 6. Nos nomen CHARITIM voce consona *chartas* reddimus: quæ notio huic loco optime congruit: & *chartas*, & puto significare chartacea illa pectoralia ex membrana seu papyro glutino compacta, quæ instar

thoracis aheni fœminæ sibi pectoribus applicant, vt recto ac tereti corpore incedant, non sine tormento: quorum vsus frequentissimus nunc in Hispania.

ET SPECVLA. ] גְּבִילְיוֹן gbiljonim, ferè VERS. 23. consentiunt esse *specula*. Sic dicta quod euoluunt, & reuelent obiecta, alioquin nos latentia. De luxu speculorum multa Seneca lib. 1. Naturalium Quæstionum, Cap. 17. & Plinius lib. 33. cap. 9. Marinus maule ista: *vela tenuissima* exponi, sic dicta, quod celare carnem nequeant. quod rectè conuenit lasciuia veterum fœminarum, de quibus Seneca 7. de Beneficiis, cap. 9 [ *Video sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est, quod defendi aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit: vt matrona nostras, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.* ] Et Epistola 90. [ *Telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.* ] Possis apte reddere: *conuolutiones, volumina*. id est, ille a peplorum ac velorum inuolucra, & crispaturas, quibus fœminæ cultius compræpassim vtuntur.

ET SINDONES. ] סִדְיָיִם sedinim vide de hac voce in Iudic. 14. v. 12. Tremellius & Iunius: & *sindones*. id est, *suppara* è lino Ægyptiaco: quamobrem etiam *Tyriae sindones* veteribus poetis, dictæ sunt. Hispanicus Interpres: *los pasizuelos*. Montanus, *Sudaria*.

ET VITTAS. ] צִנִּיפּוֹת zeniphob, plurimè *cidares, mitras* interpretantur: idem quod מִצְנִפּוֹת miznephob, de quo vide in Exod. 28. vers. 4. Nonnulli: *vittas*. Alij: *calyptras*. id est, quæuis capitum mulierum ornamenta. Hispanicus Interpres, *las tocas*. Montanus: *redimicula arte contexta, aut acupicta capiti addita*.

ET THERISTRA. ] רֵדִידִים redidim, vide de hac voce in Cantico. 5. vers. 7. Quidam hîc: *vestimenta subtilia æstiuæ* interpretantur: alij: *carbasa*. Virgilius 8. Æneidos.

*Eum tenuis glauco velabat amictu.*

*Carbasus.* —

vide Nonium, Cap. 14. §. 28. forte fuerit, quam Latini dicunt *ricam*, aut *ricinum*, de quibus vide Festum, & Nonium Cap. 14. §. 15. & 16.

ET ERIT PRO SVAVI ODORE FOETOR. ] VERS. 24. Alij ex Hebræo 1. *Euenietque vt pro aromate putredo sit, vel dissolutio, aut liquefactio*. subaudi, *carnis earum*: q. d. putrescent tandem corpora earum neque aromatibus asserentur à putredine. 2. *Eritque pro musco tabes*. 3. *Eritque loco arovnatis*, id est, vnguentorum, & odoramentorum quibus distillant: *vt existat tabes*. cum loco mollis vnguenti corpora eorum infestans, cum aërem fetore corrumpens odoramentorum loco.

ET PRO ZONA FVNICVLVS. ] Alij ex Heb. 1. & pro *cingulo, excisio, vel confractio, ruptura*. id est, in ea parte vestis in qua est zona, erit ruptura: ac si dicat, *vestes earum vsque ad nates præcidentur ab hostibus in ignominiam, vel percussura*. id est, cato percussa, vt

non possint se accingere super eam. 2. & pro *cinctura scissura*, illa quæ familiaris erat Hebræis in lectu, quando vestes discindebant. 3. & pro *cinctura defluxio*, qua vestes defluent. 4. & loco *cinguli*, *dissolutio*, nimirum *cinguli*, ita ut laceræ sint mulieres: nudæ, atque turpes.

ET PRO CRISPANTE CRINE CALUITIVM. ] Variè alij ex Heb. 1. & pro *crinium dispositione equali caluitium*, id est, pro *cinnis*, seu *crinibus arte & industria compositis*. 2. & pro *factura crispitiei*, seu *crispitudinis caluitium*. 3. & pro *opere calamistri, caluitium*, vel *depilabuntur*, nam calamistris crines circabant, annulabant, crispabant, vibrabant: huiusce operis artifices Latinis *cinerarij*, & *cimiflones* dicuntur. 4. & loco *operis continentis*, seu *pexi*, id est, ita pexi ut continens esse videatur, *caluitium*, id est, deformitas summa: quia coma mulieri est gloriæ, 1. Corinthio. 11. v. 15. quasi dicat, tam graves erunt arumæ & calamitates publicæ pxiatæque, ut puellæ comam sibi auellant præ lectu, & vltro gloriam suam, & ornamentum à se abiciant. Olim quoque decaluationem, seu capitis abrasionem fuisse ignominiosam pœnam, nimis est peruagatum: vide Notas in Nehemiæ 13. vers. 25. De significacione vocis מִקְשֵׁב mikscheb, vide in Exod. 25. v. 18. 5. pro *facta crispitudine, caluitium*. 6. pro *opere pressionis*, id est, quo premuntur capilli, *caluitium*.

ET PRO FASCIA PECTORALI, CILICIVM. ] Hebr. פֶּתִיחִיל pethighil, quam auditis aliorum interpretationibus, operosius peruestigare par est. Reuchlinus: [ *Fascia-pectoralis*, seu *stola muliebris*. ] Sanctes: [ *Fascia-pectoralis*, Rabbi David in libro Radicum, scribit genus esse vestis, quam induebant ad gloriam, & decorem, qua vocatur Alghilala. [ *Suspitor voluisse exprimere vocem Hispanicam, degala, aut galana* ] Et sunt, qui exponunt *cingulum*, quo se accingebant mulieres, quod vocant Iazila. Rabbi Abraham, pro veste tenui ac subtili, atque arte Phrygionica acupicta, qua ponebatur super omnes vestes. Rabbi David in Commentariis pro *cingulo serico lato*. ] Eadem omnino Vatablus, qui addit: [ *Vestem inquam, breuem, qua superiorem tantum partem corporis tegebat, nempe usque ad partem inferne proximam pectori, qua etiam regine videntur olim fuisse ornata: ut etiam nunc regine Francorum*. ] Forsan est, quam Hispani vocant, *mantellina*. Forsterus cum reculisset eadem penè, quæ Sanctes ac Vatablus, addit: [ *Ego, si diuinare liceret, dicerem ex פתחיל pethighil esse factum, quod fasciam significat ex multiplicibus filis contextam, & vocari à Latinis clauum lanam, ut sit contrarium cincture sacci, id est, vili alicui cingulo, seu cinctorio: & pro lato clauo cinctorium sacci, id est, cinctorium vile*. ] Hanc diuinationem Forsteri, ipsiusmet verbis parum ingenuè sibi Forerius tribuit: nec potuit sanè ipse diuinare, quod à Forstero didicerat. Meliori fide Mercerus transcribens verba Forsteri, [ *Quidam, inquit, diuinant, fieri ex PATHIL, quod diximus significare fasciam ex multiplicibus filis contextam,*

&c. ] Marinus: [ *Nec satis certum est quid propriè significet, quamuis ex coniectura loci videatur esse quoddam indumenti vel cinguli genus, quo viebantur mulieres ad decorem. Nostri fasciam pectoralem interpretati sunt. Ego nihil certi, quod proferam adhuc habeo: fortassis componitur ex פתחיל pethah, & חיל ghil, quasi gaudium simplicis. ] Forerius: [ *Vel est dictio composita ex nomine predicto PATHIL & ex verbo duplicato חלחל ghilghal, quod voluere significat, quasi circumuoluens fasciam, ut optime reditum sit ab Hieronymo fascia pectoralis, quam Latini strophium dicunt: hanc enim virgines non semel ad vbera circumuoluunt, ac circumcingunt, qua est ex delicata materia lino vel serico, opponitur quo cilicio. ] Auenarius: [ *PE-THIGHIL, fascia exultationis, cuius usus est in diebus lætitiæ & solemnitationum. Componitur ex PATHIL, fascia, & GHIL exultauit: atque ex duobus Lamed fit unum per contractionem, ne syllabarum numerus excreseat. Rabbi Scelomoh dicit esse compositum ex פתחיל peth, cardo, & חלחל galah, reuelauit: sed significatio minus huic conuenit. ] Pomarius satis habuit recitare sententias Kimchi, & Aben-Ezræ. Schindlerus, *Cinctorium*, simpliciter exponit. Alfonso Zamorensis, Leo Iudas, Montanus cum Nostro, *fasciam-pectoralem*. Buxtorfius habet: [ *PHETHIGHIL, toga, mulieribus exterior: vestis tenuis ac subtilis Phrygionica, qua ponebatur super omnes vestes, scribit Aben-Ezra. Rabbi Scelomoh cum Talmudicis semicinctium, seu ventrale exponit. Tremellius & Iunius hic reddunt, & exponunt: & loco segmentata cycladis, cinctus cilicij. [ *Hanc interpretationem ipsa nominis Hebraici notatio nobis subministrat. Est enim compositum ex nomine frustrum siue segmentum significante, & altero significante orbem siue rotunditatem: quamobrem intelligimus hac voce, illa mulierum luxuriosarum ornamenta, qua quum induenda sunt à capite primum inferuntur, & demissa inde supra femora ita constringuntur in speciem cingulis, ut tota cyclas, id est, segmentatus ille orbis ad imos usque talos dependeat ex angusto latius, & ima sui parte velut quoddam tintinnabulum spatium amplissimum circumscribens: quod genus vestimentorum nouum non esse, ex Græcis auctoribus constat nam barathron, siue berethron Aristophanes in Thesinophoriazusis appellauit. ] Hanc vestem nos Hispani *vasquina*, seu *verdugado* vocamus. Conemur & nos, fortasse fuerit *cestus*, cingulum varium pulcherrimumque, quod antiquis censebatur ad amorum & gratiarum illecebras, efficax, quo Venus sibi Martem conciliauit apud Homerum: vnde dicitur & *Cestus veneris*, & *Cestus Iunonis*. Martialis lib. 6. Epigrammate 13:*****

A te Iuno petat ceston, & ipsa Venus.  
& lib. 14. Disticho 206:

Ceston de Veneris sinu calentem.  
Vide Angelum Politianum Miscellaneorum, cap. 11. Sic dictum à ΠΑΘΑΗ, *allicere*, & ΓΑΛΑΛ *circumvoluere*, vel sit compositum à ΠΟΤ, *puendo muliebri*, de quo supra vers. 17. & *circumvoluere*, ut indicet, cingulum illud, seu zonam virginalem, qua virgines pudenda

puerenda constringebant, quamque vir in lecto soluebat, de qua vide Festum in Cingulo, & in Cinxie Iunonis, & e recentioribus Rosinum lib. S. Romanarum Antiquit. Cap. 37, & Dempsterum in Paralipomenis eius capit. 3.

PVLCHERRIMI QVOQVE. ] omisit dictionem תחת tachath, pro, & postremam vocem huius versus יופי jophi in initium sequentis versus retexit, & plurali syntactico legit: יופי jophe pulcherrimi virorum tuorum. Hebraea sic habent: adustio pro pulchritudine. כי כי, adustionem reddunt, a verbo כוה cuuah. Alij pro causali accipiunt, & sequenti versui iungunt: quia pro pulchritudine, viri tui in gladio cadent. vel subaudiunt, quia omnia ista hoc versu praedicta, nempe tabes, decisio, caluitium, saccus illis euenient, pro pulchritudine, seu vice pulchritudinis vel eo quod pulchritudinis & elegantiae studiosiores erant. Sed rectius est: adustio pro pulchritudine. Quidam: vstio loco pulchritudinis, id est, pro eo quod colebant faciem suam venustatis causa, & a solis, calique iniuriis studiosè defendebant, trahentur & rapiuntur foras ab hostibus, reiectaque soli exponentur atque torrefient. IOPHI, forma, formositas, pulchritudo, venustus, elegantia.

VIRI TVI GLADIO CADENT. ] Pronomen tui est femineum, & ad Tzizonem refertur: secundum iudiciorum Dei genus, vt obseruatum est supra in vers. 16. per apostrophem ad Tzizonem.

ET FORTES TVI IN PRAELIO. ] Hebr. etiam potentes tui, bello.

ET MAEREBUNT. ] Quidam reddunt: Et afficientur, seu impellentur, graui causa & necessitate ad luctum. vel & dolebunt. Possis reddere: Et natabunt in luctu. vt abundantiam luctus & mæroris ostendat. Sic infra cap. 19. vers. 8.

ET LVGEBVNT PORTÆ BIVS. ] infrequentia scilicet populi: nam tum erunt pauci intrantes & excentes. vel destituentur publicis conuentibus populi & iudiciis: nam ista in portis vrbium apud Iudæos peragebantur.

ET DESOLATA. ] Hebr. & euacuata erit, scilicet, ciuibus & habitatoribus. Quidam: & vacua in terra sedebit. Plerique Hebraeorum huic versui annectunt versum i. sequentis capit. aptissimo sane sensu, quod sententia coniuncta esse videatur: vnde quidam reddunt: Quamobrem mærentibus & lugentibus portis illius: id est, finibus omnibus Iudææ: Synecdoche; quum expurgata, id est, exhausta incolis & bonis, dirutaque aedificiis, quomodo affecta terra lugere dicitur per prosopopœiam: desidebit in terra: nimirum Tzizon lugens calamitatem suam; prosopopœicos, ab vsu lugentium, qui solebant in terra sedere atque recumbere, vt 2. Samuel. 12. vers. 16. Iob 1. vers. 20. & 2. vers. 13. [Prehendent septem mulieres, &c.]

CAPVT IV.

Septem mulieres vnum maritum appetent: germen Domini exaltabitur: & reliquæ Israel ablutis earum sordibus saluæ erunt, magnique securitate & felicitate affluentur.

Vulg.

Malu.

**I** apprehendens septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tanquam modo inuocaueris nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

2 In die illa, erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.

3 Et erit: Omnis per relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vitula Ierusalem.

4 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit ed

**I** apprehendent septem mulieres in viro vno in die ipsa, ad dicere: Panem nostrum comedemus, & vestibus nostris vestiemur: veruntamen vocabitur nomen tuum super nos, collige probum nostrum.

2 In die ipsa erit germen IHVH nobilitati & grauitati: & fructus terræ, d superbiæ, & e decori, euasione Israelis.

3 Et erit relictus in Tzizone, & superrelictus in Ierusalaim, sanctus dicitur ei: omnis scriptus f vitis in Ierusalaim.

4 Si abluerit g ADONAI h exitionem filiarum Tzizonis, & sanguinis Ierusalaim

a obtinebunt, probauerunt se  
b cibum  
c gloria, honori, splendoris, excellentiæ  
d datus, in superbiâ, excellentiam  
e ornatus, ornatus, pulchritudini  
f datus, in vitas  
g Vide Genes. 15. v. 2.  
h honeste, stercus, excrementum

in medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.

5 Et creabit Dominus super omnem locum Montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio.


6 Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab aestu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.

laim impellet de intimo eius; in spiritu iudicij, & in spiritu depascere.

5 Et creabit IHVH super omnem firmam-sedem montis Tzijon, & super conuocationes eius nubem<sup>i</sup> die & fumum, & splendorem<sup>k</sup> ignis flammæ nostræ: quia super omnem<sup>l</sup> grauitatem protectorium.

6 Et<sup>m</sup> absconsio erit umbræ<sup>n</sup> die, de siccitate, &<sup>o</sup> protectioni, & absconsioni de cataracta & de pluuia.

<sup>i</sup> tota die  
<sup>k</sup> ignemque  
<sup>l</sup> ut r. 2.  
<sup>m</sup> vide c. 1.  
<sup>n</sup> v. 8.  
<sup>o</sup> tora die  
<sup>p</sup> receptui,  
per fugio,  
receptaculo



## COMMENTARIA.

VERS. I.



T APPREHENDENT SEPTEM MULIERES VIRVM VNUM, &c.] Quidam: Præbent septem mulieres virum eundem tempore illo. id est, tanta erit penuria virorum, tanta desolatio mulierum, vt ne vnus quidem vir in septenas fœminas inueniri possit. Amplificatur autem hæc desolatio tribus conditionibus iniquissimis: vna, quod mulieres ambituræ sint & prehensuræ virum; quod ex lege naturæ contra fieri debuit: altera, quod victum & res necessarias ipsi oblaturæ, quod propriè virorum officium est: tertia, quod plures contra jus, morem, & ingenium in virum vnum consensuræ. Congruit id rectè cum præcedentibus: *Homines tui in gladio corruent.* erunt igitur pauci viri, & multæ mulieres.

SEPTEM MULIERES.] id est, multæ, numerus finitus pro infinito: & septenarius, passim est numerus vniuersitatis.

TANTVM MODO INVOCETVR NOMEN TVVM SVPER NOS.] Alij: *tantummodo vocemur de nomine tuo.* id est, duc nos, maritus esto nobis, dicamur vxores tuæ.

AVFER OPPROBRIVM NOSTRVM.] Hebr. *collige probrum nostrum.* Possis exponere: *sana probrum nostrum.* id est, sterilitatem: sic sumitur id verbum 2. Reg. 5. vers. 3. & 6. q. d. fac vt liberos suscipiamus ex te: nam probrosa olim erat atecnia, id est, orbitas.

VERS. 2.

IN DIE ILLA.] sive *tempore illo.* Notant esse iam hîc conclusionem elegantissimam totius concionis, quæ cœpta est indè à cap. 2. continentem duo promissionum genera: vnum de iustitia, sanctificatione, redemptione, & gloria quam Ecclesia percipit in Christo, vsque ad vers. 5. alterum de æterna fide & defensione eius, duobus sequentibus. Tempus autem illud intelligunt, quo Christus iudicia ante denuntiata effecit, & suo aduentu populum suum purgavit, infra v. 4.

GERMEN DOMINI.] seu *germen Iehouæ.* Aliqui exponunt, id est Christus Filius Iehouæ, & verus Iehoua, infra cap. 5. qui inter mortuo regno Dei propemodum, excitatus est à Deo Patre & submissus, velut germen è radice repullulans. Alij verò pro Ecclesia re-

pullulante accipiunt ex reliquiis Israelis, hoc sensu, Ecclesia ex reliquiis Israelis collecta, erit ornatissima. Alij pro donis spiritualibus quæ Iehoua in Ecclesiam profundit. Sed cum proprium apud prophetam nomen Ecclesiæ sit Israel, aut reliquiæ Israelis, hoc versu & sequente; præterea gratiæ siue dona Dei euidētissimis verbis exprimantur; deinde hoc proprium sit attributum Christi, quod deinceps procedente tempore copiosius exposuit idem propheta infra cap. 11. cuius summam hoc caput continet; interpretationem hanc, inquit, aliis prætulimus: denique ipsa quoque verborum consequutio simplicius ita construitur, quàm si dixeris; *Erit germen Iehouæ reliquiis Israelis*, id est, germinabunt à Iehoua reliquiæ Israelis: dona verò nusquam sic appellantur, sed Christus ipse hanc appellationem, & cognatas obtinet, infra cap. 11. Jerem. 23. & 33. Zachar. 3. & 6.

*Germen Iehouæ.* *Crescentia, succrescentia, germen, surculus,* quo nomine Christus æternus Dei Filius passim in prophetis vocatur, quod vnicum Patris ab æterno sit germen, & vnicum matris virginis in tempore sit germen & quod ex tenuibus initiis ad summum vsque excreuerit eius regnum in terris: vide Galatinum lib. 3. cap. 16.

IN MAGNIFICENTIA.] De voce צרי *zebi* vide in 2. Samuel. 1. vers. 19. Quidam hîc: *in decorem: in iucunditatem: in gloriam.* id est, decentissimum, iucundissimum, & gloriosissimum. Nos diximus: *in nobilitatem.* id est, nobilissimum ac præstantissimum.

ET GLORIA.] *vel honore.* hoc est, inclutum, honoratissimum.

ET FRVCTVS TERRÆ.] Quidam: *fructus ipse terræ.* epitheton Christi, qui ex radice pene mortua sobolescens, cum surculo comparatur, qui è terra nascitur, quod infra cap. 11. copiosius exponitur.

IIS, QVI SALVATI-FVERINT DE ISRAEL.] Hebr. *euasione Israelis.* id est, iis, qui euaserint, Israelitis. Quidam: *superstitibus Israelis.* id est, Ecclesiæ, quæ ex oppressione peccati, mortis, & satanæ salua euasit.

ET ERIT: OMNIS QVI RELICTVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt:

1. Et

2. *Et fecit, ut qui reliquus fuerit in Tzijone, id est, qui infidelitate non fuerit interfectus aut abductus à Satana; & qui residuus manserit Ierusalaimis, Sanctus vocetur, vel imponatur ei nomen sanctus, nam sanguine Christi purificabitur: Omnis scilicet, qui Ierusalaimis inter viuos scriptus fuerit, vel in vitam ascriptus fuerit, id est, qui præordinatus ad vitam æternam ex decreto Dei, vt loquitur Lucas Actor. 13. vers. 48. sit de Ecclesia, & numero credentium in ipsum. 2. Erit enim, vt qui relictus fuerit Tzione, & residuus Ierusalaimis, sanctus dicatur, quisquis ascriptus fuerit vite Ierusalaimis, Expositio rationum, quibus Christus gloriã collaturus est in Ecclesiam suam. Sunt autem duæ, iustitia & sanctitas, quam Ecclesiã contulit ad vitam æternam hoc versu: & remissio peccatorum, atque abolitio versu sequente.*

VERS. 4.

SI ABLVERIT DOMINVS SORDES FILIARVM SION, &c. ] Alij: *Quum, vel postquam abluerit, seu lauerit Dominus excrementum filiarum Tzijonis, & cedes Ierusalaimorum abluerit de medio ipsorum, id est, malum ex Ecclesia sustulerit, cum paleam exurendo igne inextinguibili, tum suorum peccata ventilando atque perpurgando Spiritu Sancto, & igne: vt Ioannes prædicabat Matt. 3. & alibi.*

ET SANGVINEM IERUSALEM LAVERIT DE MEDIO EIVS. ] Verbum *לָאָח* *duach*, in Hiphil propriè reddunt, *impulerit, depulerit, propulerit, dispulerit*, vt vi & impetu eiectionum peccata significet: metaphoricè, *abluerit*: lauando enim dispelluntur sordes. Quidam reddunt: *lauando-eiecerit, expiauerit.*

IN SPIRITV IVDICIJ, ET IN SPIRITV ARDORIS. ] Postrema vox Hebr. est infinitiuus pro gerundio, seu nomine & in spiritu accendi, seu accensionis, vel in spiritu depascendi, seu depastionis. Alij: *excisionis, consumptionis, eiectionis.* Exponunt, in spiritu iudicij, seu discretionis, quo scilicet separabit granum à paleis, triticum à zizaniis, & in spiritu adustionis, quo exuret & paleas & zizania igne inextinguibili, vel in spiritu iudicij, id est, iustitiæ & sanctificationis, iustificando & sanctificando suos fideles: & in spiritu accensionis, quum in die pentecostes spiritus sanctus in igneis linguis apparuit. Aliqui reddunt: *spiritu iudicij, & spiritu sublationis.* id est, spiritu diuino suo, qui vnus omnia scrutatur ac diiudicat, 1. Corinth. 2. vers. 10. ac proinde solus iustissimo iudicio omne malum tollet è populo Dei: quamobrem ignis in Scripturis appellatur ab officio suo. Nec desunt, qui exponant: *in spiritu incendiij, id est, charitatis.* Nonnulli: *in spiritu iudicij & eiectionis, vt sit illud Ioann. 12. vers. 31. [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eieciatur foras.*

VERS. 5.

ET CREABIT DOMINVS, &c. ] Notant, describi hoc & sequente versu alterum genus gloriæ, nimirum fidem & defensionem æternam, quam obtinemus in Christo, ne vnquam de vita, cui æterno prædestinationis decreto ascripti sumus, decidamus: sed sine Maluenda, In libr. Isaia.

metu de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus ipsi cum sanctitate & iustitia in ipsius conspectu cunctos dies vitæ nostræ, Luca 1. vers. 74.

SUPER OMNEM LOCVM MONTIS SION. ] Alij: 1. *super omnem habitationem montis Tzijonis. 2. super vnumquodque habitaculum montis Tzijonis. 3. super totam sedem montis Tzijonis.* Propriè: *super omnem, seu totam firmam sedem, basim, machinam, certam stationem montis Tzijonis.* id est, Ecclesiam, quæ est columna & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3. vers. 15. Aliqui exponunt: *super omnem paratum, idoneum, dispositum, per fidem & penitentiam.*

ET VBI INVOCATVS EST. ] Hebr. & *super conuocationes eius.* Alij: 1. & *super loca conuocationis eius.* id est, loca, in quæ conuocantur homines ad colendum Deum. 2. & *super consilia, conuentus, cætus eius.* id est particulares Ecclesiã, ab vniuersali dimanantes, eiusque membra, vel singulos cætus ecclesiasticos, qui omnes ad Tzionem spiritualem pertinent.

NUBEM PER DIEM, &c. ] Alij ex Hebr. *nubem interdiu summumque, & splendorem: ignemque flammantem noctu.* Allegoria inquit, respiciens ad signum illud aspectabile præsentia Dei, quod præiuit Israëlitis proficiscentibus ex Ægypto, Exod. 13. vers. 21. pro eo, quod est, dux erit & defensor Ecclesiarum singularum; quæ vndeque confluent ad cælestem Ierusalem. q. d. Deus non minus aderit Christianis quum Christus aduenerit, quam olim ad fuit Israëlitis, quum illos à seruitute Ægyptiaca liberatos deduxit in terram promissam.

SUPER ENIM OMNEM GLORIAM PROTECTIO. ] Variè hunc locum ex Hebr. accipiunt. 2. *quia super omnem gloriam erit protectio.* Gloriam pro viris gloriosis accipit, Super omnem locum, inquit, in quo fuerint viri gloriosi & sancti in Christum credentes, erit diuina protectio. 2. *nam super totam gloriam erit protectio.* id est, super omnem decorem, excellentiam, ornatum, præstantiam præstitutam Ecclesiis, supra vers. 2. erit diuina protectio: sensus est, proteget in Ecclesiis suis gloriosum ornatum suum, & dona sua propter nomen suum conseruabit. Alludi ad tegmina, quibus totum opus tabernaculi contextum erat, quod exponit sequente versu. 3. possis exponere: & *super omnem gloriam erit thalamus, seu nymphaum.* id est, omnem gloriam superabit thalamus Christi seu cubiculum nuptiale eius, in quo nuptias cum sponsa sua celebrat. vide de voce *חַפּוּת* *chuppah* in Psal. 18. vers. 6.

VERS. 6.

ET TABERNACVLVM ERIT IN VMBRACVLVM, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. diuersimodè reddunt: 1. *Et tegumentum erit in umbram per diem ab astu, & in protectionem & in latibulum ab imbre, & à pluuia. 2. Eritque tabernaculum in umbram interdiu ab astu, & in suffugium ac receptum à nimbo & pluuia. 3. Cuius protectionis ingutium erit umbraculo interdiu ab astu; & receptum atque latibulo ab inundatione & à pluuia.*

E Id

Id est, quemadmodum tabernaculum olim circumtectum erat ab omnibus caeli iniuriis; ita vnaquaeque Ecclesia (prout tabernaculum est, & templum sanctum Domino) plane circummunitur aduersus omnia mala, studio, prouidentiaque Dei.

A B Æ S T V. ] Hebr. propriè : à siccitate.


tate. Sed metonymicè ponitur effectus pro causa, scilicet *astu*, quod siccitas ab astu cansetur.

A T V R B I N E. ] vel ab inundatione, defluxu rapido, & repentino, à *cataracta*. De voce צרעם *zerem* vide in Iob 24. v. 8.

## CAPVT V.

Sub figura vineae sterilis in direptionem tradita prophetat iudicium & desertionem Iudeorum, ipsorumque peccata describuntur: auaritia in coadunandis possessionibus: ebrietas & contemptus scientiae Dei: inferni dilatatio: humiliatio superbiorum, & exaltatio Dei: felicitas quoque iustorum, & va diuersis peccatorum generibus denuntiatur: & signum in nationibus eleuandum contra Iudeos.

Vulg.

 Antabo dilecto meo canticum patruelis mei vineae suae. Vineae facta est dilecto meo in cornu filio olei.

2 Et sepauit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & adificauit turrinam in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit ut faceret uuas, & fecit labruscas.

3 Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam.

4 Quid est quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei? an quod expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas?

5 Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineae meae: auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.

6 Et ponam eam desertam: non habitabitur, & non fodietur, & ascendent vepres & spina: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

7 Vineae enim Domini exercituum, domus Israel est: vir Iuda, germen eius delectabile: & expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor.

8 Va, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terrae?

Malu.

 Antabo, euge, charo meo canticum chari mei, vineae eius: Vineae fuit charo meo in cornu filio olei.

2 Et circumuiuuit eam, & elapidauit eam, & plantauit eam vite generosae; & adificauit turrinam in medio eius; & etiam lacum excudit in ea: & expectauit ad face uuas, & fecit foetores.

3 Et nunc habitans Ierusalem, & vir Iehudah, iudicate, euge, inter me, & inter vineam meam.

4 Quid ad facere adhuc vineae meae, & non feci in ea? quid cognationis expectaui ad facere uuas, & fecit foetores?

5 Et nunc cognoscere faciam, euge, vos, quod ego faciens vineae meae: discedere facere sepimentum eius, & erit ad depascere; rumpere sepem eius, & erit calcationi.

6 Et posui eam barathrum, non incidetur, & non congregabitur: & ascendet senticetum, & spinetum: & super nubes praecipim de pluuere super eam pluuiam.

7 Quia vinea IHVH domus Israel est, & vir Iehudah plantatio oblectationum eius: & expectaui iudicio, & ecce adiectio; iustitiae, & ecce clamor.

8 Hoi tangere facientes domum in domo, agrum in agro appropinquare faciet usque ad defectum loci; & habitare sibi ad solum vos in intimo terrae.

a datus. in vineam, de vinea

b torcular

c ultra, amplius, deinceps  
d caula

e mex facturus sim  
f amouere  
g maceria, septum

h vepretum

i vide 1. Sa. mel 2. v. 5. sic deinceps.

k datus. ad iudicium  
l datus. ad iustitiam

9 In auribus meis sunt haec, dicit Dominus exercituum: Nisi domus multa deserta fuerint grandes, & pulchra, absque habitatore.

20 Decem enim iugera vinearum facient lagunculam unam, & triginta modij sementis facient modios tres.

11 Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino astuetis.

12 Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiujs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

13 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.

14 Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino: & descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.

15 Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur.

16 Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

17 Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in ubertatem versa advena comedent.

18 Va qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustris peccatum.

19 Qui dicitis: Festinet, & cito veniat opus eius, ut videamus: & appropiet, & veniat consilium Sancti Israel, & sciemus illud.

20 Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Pro. 3. a. 7.  
Rb. 1. 2. d. 16.

21 Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.

22 Va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

23 Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.

24 Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flamma exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum ut puluis ascendet. Abieci-

Maluenda, In libr. Isaia.

9 In auribus meis IHVH TZEBAOTH: si non domus multae afflacioni erunt, grandes & bonae de non habitante.

m stupēda-  
desolationi

10 Quia decem coniugationum vineae facient batum unum, & semen Chomer faciet epha.

n decas, de-  
narius  
o iuga, iu-  
gera

11 Hoi manicantes in mane, ebriamen persequentur: posteriorantes in crepusculo, vinum accendet eos.

12 Et erit cithara, & nobilium, & tympanum, & P tibia, & vinum contitium eorum: & opus IHVH non respicient, & facturam manuum eius non viderunt.

p fistula

13 Ad sic reuelatus fuit populus meus, de nequaquam cognitione: & grauitas eius, mortales famis: & multitudo eius candida sitis.

q genitius

14 Ad sic dilatauit infernus animam suam, & aperiet os suum ad nequaquam constitutum: & descendet decor eius, & multitudo eius, & obruitio eius, & exultans in ea.

r ornatus,

15 Et procubuit homo, & cecidit vir & oculi excelsorum humiliabuntur.

16 Et excelsus fuit IHVH TZEBAOTH in iudicio, & EL sanctus, sanctificatus fuit in iustitia.

s splendor

17 Et pascentur agni secundum verbum eorum, & siccitates medullantium tracti comedent.

f Fortissi-  
mus, Po-  
tentissimus

18 Hoi trahentes prauitatis in funibus praecipitantiae, & sicut rudentem plaustrum erratum.

s vastitates  
u peregrini,  
advenae  
x curuita-  
tis, distor-  
tionis, per-  
ueritatis  
y temeri-  
tatis  
z funem in-  
tricatum,  
intortum,  
densum

19 Dicentes, Accelerabit, festinabit facturam suam correspondentiae videbimus: & appropinquabit, & venit consilium Sancti Israelis, & cognouimus.

a delictum,  
peccatum  
b factura,  
opus, factu,  
eius  
c datiuus ad  
correspon-  
dentiam  
d obscurita-  
tem, tene-  
bram, sic  
statim, &  
ves. 30.

20 Hoi dicentes malo bonum, & bono malum: ponentes tenebrositatem luci, & lucem tenebrositati; ponentes amarum dulci, & dulce amaro.

21 Hoi sapientes in oculis eorum, & praesentia facierum eorum intelligentes.

22 Hoi praualidi ad bibere vinum, & homines strenuitatis ad infundere ebriamen.

23 Iustificantes improbi calce muneris: & iustitiam iustorum discedere facient de ab eo.

24 Ad sic sicut comedere quisquam lingua ignis, & stramen flamma remittetur, radix eorum sicut tabes erit; germen eorum sicut puluis ascendet.

E 2 quia

runt enim legem Domini exercituum, & eloquium Sancti Israel blasphemaue-  
runt.

25 Ideo iratus est furor Domini in popu-  
lum suum, extendit manum suam super  
eum, & percussit eum: & conturbati sunt  
montes, & facta sunt morticina eorum,  
quasi stercus in medio platearum. In his  
omnibus non est auersus furor eius, sed  
adhuc manus eius extenta,

26 Et eleuabit signum in nationibus  
procul, & sibilabit ad eum de finibus ter-  
ra: & ecce festinus velociter veniet.

27 Non est deficiens, neque laborans in  
eo: non dormitabit, neque dormiet, neque  
soluetur cingulum renum eius, nec rum-  
petur corrigia calceamenti eius.

28 Sagitta eius acuta, & omnes arcus  
eius extenti. Vngula equorum eius ut si-  
lex, & rota eius quasi impetus tempesta-  
tis.

29 Rugitus eius ut leonis, rugiet, ut ca-  
tuli leonum: & frendet, & tenebit pra-  
dam: & amplexabitur, & non erit qui  
eruat.

30 Et sonabit super eum in die illa sicut  
sonitus maris: aspiciemus in terram, &  
ecce tenebra tribulationis, & lux obtene-  
brata est in caligine eius.

quia fastidiuerunt legem IHVH TZE-  
BAOTH, dictum Sancti Israelis e inces-  
serunt. e laceffive-  
runt, inces-  
tati sunt

25 Super sic exarsit nasus IHVH in  
populo suo, & extendit manum suam  
super eum, & percussit eum, & com-  
moti-fuerunt montes: & fuit cadauer  
eorum sicut purgamentum in intimo  
platearum: in omni isto non reuersus-  
fuit nasus eius, & adhuc manus eius  
extenta.

26 Et leuabit vexillum gentibus de  
longinquo, & sibilabit ei de extremi-  
tate terræ: & ecce festinantia leuis ve-  
niet.

27 Non defatigatus, & non impin-  
gens in eo, non dormituriet & non  
dormiet: & non apertum-fuit cingu-  
lum lumborum eius, & non abrupta-  
fuit corrigia calceamentorum eius.

28 <sup>f</sup> Quod sagittæ eius s dentatæ, &  
omnis arcus eius viati; vngulæ equo-  
rum eius sicut petra <sup>h</sup> excogitatæ fue-  
runt, & rotæ eius sicut turbo. f cuius  
g acutæ, vel  
acutissimæ  
h reputatæ,  
estimatæ

29 Rugitus ei sicut leonis-cordati, &  
rugiet sicut leones-iuuenes, & saluam-  
euadere-fecit, & non eripiens.

30 Et fremuit super eum in die ipsa  
secundum fremitum maris: & respi-  
ciet <sup>i</sup> terræ, & ecce tenebrositas, coan-  
gustatio, & lux obtenebrata-fuit in de-  
ceruicationibus eius. i datus.  
in terram



## COMMENTARIA.

VERS. 2.



ANTABO.] Heb. Cantabo,  
euge, cia, iam, nunc vel quasos,  
obsecro. sic infra vers. 3. 5.

DILECTO MEO.] Heb. Charos,  
amato, dilecto, amatori, amico meo.

CANTICVM.] Videtur Isaia compofuisse  
canticum istud ad imitationem Moſis Exod.  
15. & Deuteron. 32. non quidem certa lege  
& ratione verorum carminum, quæ poſtea in  
uſu fuit; ſed tinnula quadam rythmi conſon-  
antia; quales olim apud veteres uſurpaban-  
tur verſus inconditi, ac rudes, ante exortam  
artificioſam poetice, de quibus Ennius  
Annali 1.

ſcripſere alij Rem

Verſibus quos olim Fauni, vatesque canebant,  
Quum neque Muſarum ſcopulos quiſquam  
ſuperarat,

Nec dicti ſtudioſus erat.

M. varro lib. 6. de Lingua Latina, cap. 3.  
[Verſus, quos olim Fauni, Vatesque canebant.  
Fauni, dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna  
ſunt in verſibus, quos vocant ſaturnios.] Vide

Scaligerum in hunc locum. Vide quoque de  
his verſibus Ennij Ciceronem de Claris Ora-  
toribus, & de perfecto Oratore. Virgilius 2.  
Georgicorum: 6. Verſibus incomptis ludunt.  
Vbi Seruius: [Id eſt, Carminibus ſaturnio me-  
tro compoſitis, quod ad rythmum ſolum, vulgares  
componere conſueuerunt.] Quintilianus lib. 9.  
Cap. 4. [Ante enim carmen ortum eſt, quam  
obſeruatio carminis: indeque illud: verſibus, quos  
olim Fauni vatesque canebant.] Feſtus in Sa-  
turno dies feſtus. [Verſus quoque antiquiſſimi,  
quibus Faunus ſata hominibus ceciniſſe videtur,  
ſaturnij appellantur, quibus & a Nauio bellum  
Punicum ſcriptum eſt, & a multis aliis plura com-  
poſita ſunt.] Atque etuſmodi rythmicis car-  
minibus videtur quoque uſi ſacri vates Mo-  
ſes, Iob, Dauid, Salomon, Iſaia, &c. Vide  
Notas in Exod. 15. v. 1.

PATRVELIS MEI.] דודי dodi, poteſt eſſe.  
patru mei, vel patruelis mei, vel dilecti, chari,  
adamati, ſeu amatori mei. Haud alienè exiſti-  
mant nonnulli Iſaia fuiſſe patruum aliquem  
quem vel patruelem, ſtibilem, & inſignem  
cui



eui hæc paræmia, seu parabola, aut allegoria vineæ, quam hic ponit, frequens in ore fuerit. Sed plures Christum intelligunt; qui sensus rectior videtur: unde locum variè ex Heb. conuertunt. 1. *Cantabo nunc dilecto meo Christo.*

CANTICVM DILECTO MEO. ] id est, eius, antecedens pro relatio: de vinea sua. 2. *Cantabo nunc propter dilectum meum canticum dilecti mei propter vineam eius.* 3. *Cantabo, eia, dilecto meo canticum patrum meo de vinea ipsius.* 4. *Age canam dilecto meo cantilenam patrio meo vinea eius.* 5. *Cantabo dilecto meo canticum, amatori, in quam, meo propter vineam suam,* id est, cantabo in honorem amatoris mei, inquam, mei, quam infeliciter amauerit vineam suam. Olim enim res maximas carminibus complectebantur, vt perpetua illorum seruarietur memoria. 6. *Accinam nunc dilecto meo canticum dilecti mei,* id est, canam Christo sponso Ecclesiæ, cuius amicus & administrator sum, canticum ipsius, id est, quod ipse cantaturus est; de vinea ipsius. Summa totius argumenti allegorica.

IN CORNU FILIO OLEI. ] Nonnulli Hebræorum nomen proprium loci esse putant בן כרן *keren benschemen*. Alij, epithetum terræ Iudææ esse volunt, quod instar cornu esset edita, alta, sublimis, eleuata, vt-pote fere montosa: & esset fertilis, pinguis, ferax. Nonnulli singulariter Ierolymam sic dictam existimant, ob regnum & sacerdotium, quæ in ea erant, quod cornu regnum significet, & oleum, sacerdotium: quod vtrique & reges & sacerdotes sacro oleo inungentur. Recentiores variè reddunt: 1. *in colle loco pingui.* 2. *in loco sublimi,* & *valde pingui.* 3. *in cornu pinguedinis.* 4. *in angulo terre pinguiissima.* Habet enim Palæstina, si situm spectes, cornu seu cuspidis similitudinem, multo enim longior, quam lata est. 5. *in edito ac feracissimo loco,* quod terra Iudææ magna ex parte montosa esset ac lacte & melle disfluere. 6. *in cornu filio olei,* id est, oleoso, & pingui, vel *in cliuo vberissimo.* 7. Hispanicus Interpres: *en un recuesto lugar fertil.* Chaldaus: *in monte excelso, & in terra pingui.*

VERS. 2. ET SEPIUIT EAM. ] Verbum *פיר* *ghazaki* nullibi alibi reperitur in Scriptura. Hebræi exponunt: & *fodit eam,* id est, coluit. Alij *munivit, circummunivit,* maceria vel sepi; *circumvallauit.* Putant Interpretem Matthæi 21. v. 33. vertisse: & *sepem ei circum posuit.*

ET LAPIDES BLEGIT EX ILLA. ] Alij: *collegit.* *לפס* *sikkal* in Pihel constructum cum propositione *Mem* proprie est, *lapides, remouit, abstulit, elapidauit eam.* Verum cum hæc constructio hic non sit, sed infra Cap. 62. v. 10. nonnulli malunt reddere: & *lapidauit eam,* id est, lapidibus circumsepit, circummunivit, vt solent vineis sepes ex lapidibus circumponi. Atqui more Hebraico videntur duo verba pro vno construi: *Et circummunivit eam, & lapidauit eam,* id est, circummunivit eam lapidibus & plantauit eam electam. Diuersimodè alij ex Heb. 1. & *plantauit eam vite selectissima, optima, laudatissima, seu plantis viuis optima.* 2. & *plantauit*

*eam sarculo, seu palmite pulchro.* 3. *conscuitque eam vitibus generosis, seu nobilissimis.* De voce *פיר* *forek* vide in Genes. 49. v. 11.

ET FECIT LABRUSCAS. ] *בנשיים* *benschim,* proprie *foetores,* id est, vvas foetidæ, putridæ, putidas, insuauës. Alij, *omphacas.* Hispanicus, *agrazes.* Noster aptè *labruscas* dixit. Virgilius Ecloga 5.

*Siluestris varis sparsit labrusca racemis.*

Vbi Seruius: [ *Labrusca vitis agrestis: quæ quia in terra marginibus nascitur, labrusca dicitur à labris extremitatibus agrorum, vel quod sapore acerbo labia ledat.* ] Hispanicus interpres: *vvas montefinas* Aliqui Hebræorum sequuti *lxx. spinas.* Sic infra vers. 4. Notant hoc versu contineri narrationem facti duplicis, nimirum curæ, quam adhibuit Christus in informanda, satrianda, augenda, & perficienda veteri Ecclesia: & indignitatis qua Ecclesia vetus prouocauit Christum.

HABITATORES IERVSALVM, ET VIRI VERS. 3: I V D A. ] Heb. maiori sensu, *habitorum Ierusalem, & viri Iehuda.* id est, singuli habitatorum & virorum. Ex argumento superioris parabolæ adigit eos hoc versu, & sequente, ad damnandum factum ipsorum; & probandum suum: qua ratione Nathan apud Dauidem vsus est 2. Samuel. 12:

IUDICATE INTER ME, ET VINEAM MEAM. ] quasi dicat, appello conscientiam vestram, vos ipsi cognoscite, & bona fide stultite, per vtrum steterit, quo minus fructum dignum conditione sua protulerit: si vel tantillum meritò à me desiderabitur, ego præstabo: sed cum partibus meis plenè perfunctus sim, quid superest nisi vt vinea in culpa dicatur esse?

AVFERAM SEPTEM EIUS. ] Heb. infinitiuus, *amouere, tollere,* vel. *amoue, tolle.* quod hæc formula loquendi indignationem quandam præferat: sic statim,  *rumpe.* Plerique tamen infinitum pro futuro accipiunt: *amouebo.* Alij infinitum more Hebraico & Latino absolute positum volunt: sic enim Liuius, & alij passim per infinitiuos loquuntur. De voce *מסוכה* *mesuccah,* quam *sepem* hic Noster vertit, vide in Prouerb. 15. v. 19. Quidam hic vertunt: *auferri, seu remouere-faciam spinetum eius, vel sepem eius spineam.* Solent enim supra macerias & sepimenta vinearum spinæ poni, ne fures transcendant. Alij versum ita reddunt: *Iam itaque notum faciam, quæso, vobis, quid facturus sim vineæ meæ, amouendo septem eius, vt sit depassioni, dirumpendo maceriam eius vt sit conculcationi.* Expositio sententiæ aut iudicij allegorica, pro eo, quod est, abijciam stultitiam, nudabo præsidio, bonis, & ornamentis meis, exponamque omnibus iniurijs.

ET ERIT IN DIREPTIONEM. ] Heb. & *erit ad depascendum, vel in depassionem,* id est, depascetur eam homines, vel animalia. Non tam rectè alij: & *erit ad conflagrandum, vel vt exuratur.*

ET PONAM EAM DESERTAM. ] Alij: *va. vastam, desolatam, vel in desolationem, vastitatem.* Quidam: *vastitatem profundam, seu vastitatem in loco profundo & aquoso.* Nonnulli: *concauitatem, vacuitatem, vel vacuum.* Nec desunt qui:

*effossionem*, qualis est, quæ post euulsas arbores, aut plantas manet, vel cuiusmodi in torrentibus post delapsas aquas apparent, infra Cap. 7. v. 19. Ego consona voce *barathrum* dixi. Festus: [ *Barathrum* Græci appellant locum precipitem, unde emergi non possit, dictum ab eo quod est *βάρυς*. ] vel *βαρύς*, vt Scalliger legendum censet: vide Seruium in 3. *Aeneidos*, & latè *Suidam*.

ET NON FODIETVR. ] Heb. & non congregabitur, contrahetur, coacernabitur. Aiunt verbum *גָּבַד* *ghadar* in Niphal esse instrumento aliquo terram contrahi in vnum cumulum, vt fit circa vites, ad quas terra sarculo contrahitur, & vt etiam fit arando, vbi terra in aream congeritur: & certe huiusmodi tumuli in vineis formam habent gregis hinc inde gregatim pascentis: nam id verbum factum videtur à nomine *גָּבַד* *gheder*, *græc.* Aliqui hinc reddunt, & non sarrietur, vel resarrietur, sarculabitur pastinabitur. sic infra Cap. 7. vers. 25.

ET ASCENDENT SVPER EAM VEPRES. ] Heb. & ascendet, id est, assurgit, succrescet, *vepris*. *שְׂחָמִיר* *schamir*, aiunt esse nomen collectiuum, *sentietum*, *vepricetum*, seu *vepretum*, sic dictum, quod suis aculeis seruet, retineatque homines aut pecudes, prout est de rubo, aut vepribus in *Æsopi* Apologo, de vulpe & rubo: & in altero de vespertione, & rubo, & mergo: aut sanè fata detineat ac suffocet.

VERS. 7.

GERMEN FIVS DELECTABILE. ] Alij ex Heb. 1. *plantatio delectationum eius* 2. *plantatio lætitiarum*, seu *voluptatum eius*. id est, planta gratissima. 2. *planta deliciarum eius*. 4. *plantula eius delicata*. 5. *Forsterus*: *plantatio amabilem*, seu *blandorum amplexuum*, aut *basiarum eius*. ipse legit, *שְׂחָגְחַיִן* *schaghafschahain*, abiecta secunda Littera *Ghain*, & triplicata littera *Sin*, quæ triplicatio sensum augere videtur, quasi dicat, plantula quam ipse Deus ardentissimè amplexus est, ac suauissimis basiis dignatus: sed quot quot videre licuit exemplaria *שְׂחָגְחַיִן* *schaghafschahain*, cum *Ghin* habent. Equidem pluralis numerus sententiam auget.

VT FACERET IVDICIVM. ] id est, ius suum vnicique tribuerent. Aliqui: & quamvis expectauerit officium, id est, vt missa natiua sua conditione ( quæ sterilis est, & malarum duntaxat rerum ferax ) facerent officium suum.

ET ECCE INIQVITAS. ] *מִשְׁפַּח* *mispbach*, idem omnino est quod *סִפְחָח* *sephachach*, & *מִשְׁפַּחַת* *mispbachath*, *Leuit.* 13. v. 2. & 6. hinc recte vertes, *adiectio*, *aggregatio humoris putridi*, *suppuratio*, *abscessus*, *apostema*. Aliis est, *scabies*, *lepra*, *pelada*, vel *scabies capitis* quam medici *achorem* vocant, *Hispanice*, *siña*. Nonnullis, *vulnus*. q. d. omnia sunt corrupta, perdita, deprauata, cancerosa: Quidam Hebræorum: & ecce aggregatio, adiectio, nempe cumulatio peccati ad peccatum. *Auenarius* exponit: & ecce est districtio. hoc est, distringunt, spoliant, deglubunt alios. *Leo Iudas*: & ecce conciliabulum, quo coeunt in perniciem insontium. *Tremellius* & *Iu-*

nus, & *Buxtorfius*: ecce *inherentia*, *contumacia*, *pernacia*. nimirum in vetere homine, & corruptione naturæ, quæ amplificatur demonstrandi particula. Forerius qui vertit: *humiliatio*, & id nomen ab ancillando, humiliando, & deprimendo deduxit, noluit animum aduertere aut oculos, scribi semper cum *Sin* sinistro vel *Samech*, & nomen & verbum, vt supra Cap. 3. v. 17.

ET IUSTITIAM, ET ECCE CLAMOR. ] Videlicet afflictorum, & oppressorum ab illis: vel clamor, & antecedentia scelera causæ clamoris: *metalepsis*, vt *Genes.* 18. vers. 20. Obseruant Hebræi pulchram paronomasiam, qua vsus est elegantissimus propheta in duplici *xynoride* quatuor harum vocum, *מִשְׁפַּח* *mischphat* & *מִשְׁפַּח* *mispbach*, *iudicium* & *suppuratio*: & *צֶדֶקָה* *zedakah*, & *קֶרֶב* *zaghakab*, *iustitia*, & *clamor*.

VÆ QUI CONIUNGITIS DOMVM AD DOMVM &c. ] Variè alij hunc versum ex Heb. efferunt. 1. *Væ peringere-facientibus domum in domum, agrum in agrum appropinquare facient vsque ad defectum loci; & constituemini soli vos in interiori terra.* 2. *Væ iis qui coniungunt domum domui, agrum agro continuant vi aut fraude, adeo vt non sit locus pauperi: & putatis quod habitabitis vos soli in medio terra.* 3. *Væ qui peringere faciunt domum ad domum, agrum ad agrum appropinquare faciunt, donec nihil loci super sit, quod non occupent: & habitatores constituamini soli vos in medio terra.* 4. *Væ coniungentibus domum domui, agrum agro admonentibus, donec nihil amplius sit loci, & efficiamini habitatores vos soli in media hac terra.* q. d. quorum avaritia adèd est insatiabilis, vt ne tunc quidem satis habituri sint, quum nihil amplius supererit acquirendum, & totam terram soli omnibus expulsis possederint arbitrato suo. Hunc locum adducti distinctionibus Hebraicis sic interpretantur. Illud, *in media hac terra*, exponunt, cuius possessiones neque vendendæ, neque acquirendæ erant lege mancipij, *Leuit.* 25. v. 25. & *Numeror.* 36. v. 7. hoc enim iudicium est publici status deprauatissimi, vt 2. *Regum.* 21.

IN AVRIBVS MEIS SVNT HÆC, DICIT DOMINVS EXERCITVVM. ] Heb. *In auribus meis Iehouah Tzeboth*. Quidam: *Me audiente, Iehoua exercituum dixit: Ne viuam, nisi domus multa desolationi sint &c.* Hactenus peccatum: sequitur conueniens pœna, iuramento Dei confirmata, ac proinde inuitabilis: quam se non ex opinione tantum, aut communibus minis complehensis lege cognouisse docet propheta; sed ex singulari reuelatione Dei, prout manifestum est ex singulari illi denuntiatione quæ ponitur sub finem capituli. Sunt autem duo denuntiationis membra, vt in exprobratione versu præcedente; vnum in prædia vrbana hoc versu; alterum in rustica versu sequente. Subaudiunt autem verbum *dixit*, nam est ellipsis frequens, vt infra. Cap. 47. v. 4. & 1. *Reg.* 20. v. 34.

NISI DOMVS MVLTÆ &c. ] Heb. *si non*. Formula frequens iurandi, seu imprecandi aposiopetica, quæ vel ira vel religione reticetur, ac si dicam, *Non viuam, dispeream, male mihi*

*mibi sit, aut aliquid eius modi, vt Psalm. 88. vers. 36. & 94. v. 11.*

VERS. 10.

LAGVNCVLAM VNAM.] Heb. *barum vnum*, de bato mensura liquidorum vide in Reg. 7. vers. 26.

ET TRIGINTA MODII SEMENTIS.] Heb. *& semen Chomer*, vel *sementis cori*. De *חומר chomer* vel *coro*, vide in Leuit. 27. v. 16.

VERS. 11.

FACIENT MODIOS TRES.] Heb. *facient epha*. De *epha* vide in Exod. 16. v. 36. Magnam vini & tritici penuriam praedicit.

V A Q V I C O N S V R G I T I S M A N E A D E B R I E T A T E M , & C . ] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Va maturantibus in mane*. vel *ijs, qui summo mane surgunt, vt inebriatina sectentur; & qui imminuantur vsque ad crepusculum, donec vinum aestuare faciat eos*. id est, donec incaluerint vino. 2. *Va manicantibus diluculo, temetum sectantur; postea in crepusculo-vesperino vinum inflamat eos*. *מאחר מאחבא*, non faciunt participiunt Pihel, forma syntactica, posteriori uates; cum hic nulla sit syntaxis: sed diuidunt in duas dictiones, *de post*, quod Hispanice dicimus *despues*. 3. *Va qui mane surgunt vt sequantur siceram, protrahentes, vel morantur-facientibus in crepusculum vsque, donec vinum inflamat eos*. 4. *Va iis, qui mane se accingunt, vt sectentur siceram, prorogantes id ad crepusculum vsque, vino eos incendente*. 5. *Va surgentibus summo mane, vt potum inebriantem sectentur, prorogantibus ad crepusculum vsque, vt vinum incendat ipsos*. Si crepusculum matutinum accipimus, plenior erit sensus, vt indicet eos ab vno mane ad alterum mane perpotasse, hoc est, totum diem noctemque potando consumpsisse, quod a luxu veterum non est alienum. Aperte hic Hebraei exponunt: vinum persequitur, infectabitur eos. q. d. ipsi sectantur vinum, & vinum infectatur eos ac corruiere facit.

VERS. 12.

ET OPVS DOMINI NON RESPICITIS & C . ] Alij ex Heb. *opus autem Iehoua non inuentur, & factum manuum eius non considerant*. id est, nihil respiciunt, nihil audiunt, nihil denique sapiunt nisi luxum suum, & ad nihil eorum, quae facit Deus, animum aut sensus aduertunt: vide Hamos 6. v. 6. & sequentibus. Quidam exponunt, & quae I-huh in eos effecturus sit propter eorum scelera, non animaduertunt.

VERS. 13.

PROPTEREA CAPTIVVS DVCTVS EST POPVLVS MEVS.] Heb. *Idcirco reuelatus est populus meus*. id est, detectus, & expositus ignominiae. Alij: *migravit, exulauit, ductus est in captiuitatem*. vel deuolutus est, euolutus sedibus, statu, fortunis. Quidam exponunt: *Idcirco migrat populus meus*. id est, pergunt Iudaei summi & infimi cum eisdem calamitatibus constrictari, quae ceperunt Ioaschi & Amatzia temporibus vt ipse ostenderit supra cap. 1. v. 5. & sequentibus, & repetit infra vers. 25. sunt autem calamitates istae exilij, mortis, & abiectiois omnimodae, his tribus versibus.

QVIA NON HABVIT SCIENTIAM.] Heb. *ex non scientia*. vel *absque scientia*, seu *cognitione* id est, per dementiam & imprudentiam

suam. Alij: *quod expers sit scientia*. id est, nulla praeditus cognitione aut animaduersione factorum Dei, sed brutus est, vt loquitur Dauid Psalm. 91. v. 7. Aliqui *absque scientia*, accipiunt, pro eo quod est, inopinato, insperato, nihil minus cogitans.

ET NOBILES EIVS.] Hebr. *grauitas eius*. vel *& homines grauitatis, gloria, honoris, dignitatis eius*. id est, quique grauissimi, inclityti, honoratissimi, clarissimi, splendidissimi eius.

INTERIERVNT FAME.] Heb. *virii homines, proprie, mortales famis*. quidam reddunt: *& honoratissimi eius homines sunt famelici*. nimirum pro eo, quod cibo & potu luxuriosissime abusi sunt.

SITI EXARVIT.] *צרחה* *ziche*, plerique cum Nostro praeteritum Pihel faciunt: alij nomen constructum: *arens, arida, nitida, limpida, sicca, candida sitis, vel siti*.

VERS. 14.

PROPTEREA DILATAVIT INFERNVS ANIMAM SVAM.] Quidam: *Idcirco dilatat sepulcrum seipsum*. q. d. multi morientur, multos hauriet sepulcrum: prosopea, qua infatibilem conditionem sepulcri comparat cum luxu Iudaeorum infatibili.

ANIMAM SVAM.] alij exponunt: *concupiscentiam, appetitum, ingluuiem, voracitatem suam*: vt infra cap. 56. v. 11. Nam infernum seu sepulcrum Hebraeis dici ab infatibilitate notum est.

ET APERVIT OS SVVM ABSQVE VILLO TERMINO.] Alij ex Heb. 1. *& dilatauit os suum praeter statum, seu morem*. 2. *& distendit os suum absque statuto, vel sine modo, seu ultra praescriptum*. 3. *& ore suo praeter modum dehiscit*. 4. *& distendit os suum ad non modum, seu in immensum*.

ET DESCENDENT FORTES EIVS & C . ] posterius hoc hemistichium varie ex Heb. reddunt: 1. *& descendet decorus eius*, id est, quisque e nobilibus & inclitytis eius: *& multitudo eius, & turba eius*, hoc est, vulgus & plebs: *& exultans, seu letans: aut gaudens in ea*. id est, quotquot in ea diuitiis & voluptatibus sunt dediti. 2. *& descendet splendor eius, & turba eius, & strepitus eius, & exultabit in eo*. id est, nobiles & ignobiles Iudae, & totus ille strepitus tripudiantium in conuiujs descendet in infernum seu sepulcrum, & in eo tripudiat & choreas aget. Ironia grauis. Heb. *ib ea*. Sed *חשך* *scheol*, infernus, plerumque est femineum. 3. *vt illo scilicet in infernum, descendat splendor eius, & multitudo eius*, id est, nobiles & plebeij terrae sanctae: *& opulencia eius, & qui in his letantur*. 4. *vt descendat decor illius, & multitudo illius*, id est, summi & infimi, patitij & plebeij: Hypallage: sic enim accipiendum esse ostendit praecedens versus: *cum tumultuatione sua*, id est, strepitu suo, qui comestationibus & perditio luxu personare solet: *& qui exultat in illa*. videlicet vrbe & regione tota.

ET SVBLIMES.] *חשך* *schaon*, aiunt, proprie esse ruinae, irruptionem, interitum, praecipitium; & per metalepsim, sonitum, fragorem, tumultum, strepitum, fremitum, sonum, qui vbi profunditas est, & praecipitium rui-

nam

nam subsequitur. Congruit huic loco, ut indicet eum fragorem, qui ex ruina illa & præcipitio punitorum in infernum resultat. Nonnulli: *concussionem, tumultum, seu tumultuationem reddunt, id est, vulgus, quod facile concutitur ac tumultuetur.*

GLORIOSI QVE. ] *הוֹי גְּבֹהֶז, vel est verbum, & exultabit, tripudiabit, gaudio gestiet: vel nomen, & exultabundus, exultans, tripudians.*

VERS. 15. ET INCURVABITUR HOMO, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Hoc pacto incurvatur homo, de primitur vir, & oculi sublimium concidunt.* 2. *Ita deprimitur homo plebeius, & demittitur vir præstans, oculique celsorum deprimuntur.* id est, his iudiciis domantur improbi quicumque sint, hoc versu: Dei gloria asseritur, versu sequente; & piis prospicitur, vers. 17.

VERS. 16. ET EXALTABITUR DOMINVS, &c. ] Alij: 1. *Iehoua autem exercituum altus fit in iudicio, vel exaltabitur ob iudicium, quod in improbos exercuit: & Deus sanctus sacrosanctus fit, seu apparet, in iustitia.* vel *ob iustitiam.* quod scilicet iustissime puniat contumaces. 2. *Et exaltatur Iehoua exercituum iudicio suo, & Deus fortis sanctissimus sanctificatur iustitia.*

VERS. 17. ET PASCENTUR AGNI IUXTA ORDINEM SVVM, &c. ] Hunc versum diuersimodè alij ex Hebr. explanant: 1. *Et pascuntur agni iuxta morem suum, & in desertis terra pingues agni incolentes comedent.* id est, desolabuntur domus adeo ut in illis pascant agni, ut solent in pascuis. 2. *Et pascuntur agni iuxta ductum suum, siue ducatum.* id est, iuxta locum, ad quem ducuntur & congregantur, hoc est, iuxta caulam seu ouile: ac desolationes pinguium aduena comedent, vel desolatis medullarum aduena fruentur. seu & deserta pinguium. id est impiorum, qui voluptatibus deliciisque vacant, pauperes, qui venient ad habitandum in illis, comedent ea. q. d. tum pauperes. qui patria sua & agris pulsi fuerunt, reuertentur, & fruentur fructibus agrorum derelictorum à diuitibus, qui tum in captiuitatem abducti fuerint. pingues & medullatos vocat diuites. Quidam exponunt: & *deserta medullarum aduena comedent.* q. d. pinguium pascuorum. 3. *Tum pascuntur agni iuxta demensum suum, & arietes palantes solitudines detondebunt.* 4. *Et pascuntur agni,* id est, pij innocentes iuxta verbum ipsorum, hoc est, prout voluerint & optauerint in pascuis vberimis à Domino, Ioann. 10. vers. 9. & *gladij medullata ruminantia comedent.* id est, vtres autem illos pingues, qui ab alio propheta vocantur vacca pingues, homines vino & crapula deditos gladij deuorabunt & absument. At præterquam quod alienum & remotum est *חֶרֶבֶת* choreboth pro gladiis sumi, non est satis apta constructio CHOREBOTH, gladij comedent, cum gladij sit fæmineum, & comedent masculinum. Sicut nec quod addunt: & *siccitates comedent, consument medullantia, pingua, ruminantia.* id est animalia pingua, quæ ruminant, siccitate assumentur. nam constructio

non congruit. 5. *Et pascunt agnos, vel pascuntur agni, iuxta ordinem eorum, & siccitates medullantium aduena comedent.* 6. *Ut pascant agni pro more suo.* id est, pij, qui agnis in Scriptura passim comparantur: *vastitibus pinguium aduena fruuntur.* id est, pij restituti in possessionem terræ, quam improbi occupauerant, & inimici exhauserant, ut supra cap. 2. vers. 7. dixit propheta. Aliæ expositiones frigent.

VÆ QUI TRAHITIS, &c. ] Alij: *Væ trahentibus, vel iis, qui trahunt ad se iniquitatem funibus mendacij & veluti perplexo fune plaustrum trahunt peccatum.* id est, qui rationibus illicitis, aut præsentibus, aut illecebris, addunt peccata peccatis quasi ea condensantes, complicantes, constipantes, ac sese in illis obstinant. 2. *Væ, qui trahunt iniquitatem funibus temeritatis, & veluti catena trahit plaustrum, peccatum trahunt.* Contra rationem punctorum regimen vocis *עֲבֹרֶיךָ* ghaboib, catena, tollunt, & iniquitatem ac peccatum, pro pœna, non culpa accipiunt, ut alibi solent sensumque esse volunt: *Væ vobis, qui damnationem vestram aduersum vosmetipsos trahitis, & magna vi nitimini ut ad vos accedat, velut, qui plaustrum onustum funibus trahunt: trahitis autem perditionem vestram funibus temeritatis, id est, vestra temeritate, audacia, protervia.* 3. *Væ, iis, qui iniquitatem funibus vanis, & peccatum veluti vectibus-plaustrum procendunt.* 4. *Væ trahentibus iniquitatem, & veluti densofune plaustrum peccatum.* id est, nihil agitantibus nisi malum omni studio suo. Describit hoc versu, & sequente, malitiam & obfirmationem Iudæorum, hoc est, studium accumulandi peccata, quæ vtuntur hi, qui ludificantur Deum.

QUI DICITIS, FESTINET, ET CITO VENIAT, &c. ] Alij hunc versum dilucidius ex Heb. reddunt: *Dicentibus, Festinet, acceleret opus suum, & appropinquans adueniat consilium sancti Israelitarum, ut experiamur.* verba ludificantium Deum, & irrisorum, qui in suis ipsorum cupiditatibus incedunt, ut vocantur 1. Petri. 31. 3. *Opus suum, & consilium.* id est, sententia, decretum, & vindicta Dei in improbis.

VÆ QUI SAPIENTES ESTIS IN OCVLIS VESTRIS. ] Heb. *Væ sapientibus in oculis suis.* id est, iudicio suo qui sibi sapientes esse videntur: sic Prouerbior. 3. v. 7.

VÆ QUI POTENTES ESTIS &c. ] Hunc versum alij ex Heb. 1. *Væ potentibus ad bibendum vinum, & hominibus roboris, seu robustis ad miscendum inebriatiua.* q. d. qui summam strenuitatem esse putant in comotationibus & in illis gloriantur. 2. *Væ qui gigantes sunt ad hauriendum vinum, & viri strenui ad miscendum siceram.* 3. *Væ valentibus potare vinum, & strenuis ad miscendum potum inebriatiuum, vel inebriantem.*

QUI IUSTIFICATIS IMPIVM PRO MERITIBVS &c. ] Nostra Translatio hunc versum verbatim ex Heb. reddidit, alij variè: 1. *Qui iustificant impium.* id est, qui pronuntiant ac declarant impium esse iustum, qui dicunt causam impij esse iustam: iustitiam au-

tem-iustorum auferunt ab eis. 2. *Iustificanti-  
bus impium mercede muneris, & iustitiam iusto-  
rum amoueunt ab eo.* id est, ab vnoquoque  
eorum. 3. *Absoluentibus improbum propter mu-  
nus, & iustitiam iustorum abiudicantibus ab  
vnoquoque eorum.* id est, iustas causas euertentibus.

PRO MVNERIBVS.] Hebr. *calce muneris.*  
Alij: *præmio, mercede, emolumento muneris.*  
Alij: *sine muneris.* id est, intuitu, intentione  
muneris: vide in Proverb. 22. vers. 4. *Mihi  
vox calcis, seu calcanei aptissima huic loco vi-  
detur, quod munus sit veluti calix, qui iudi-  
cium calcet, pessundet, euertit.*

VERS. 24.

PROPTER HOC SICVT DEVORAT  
STIPVLAM, &c.] Hunc versum diuersimode  
ex Hebr. conuertunt, 1. *Propterea, sicut  
exedit, absumpsit stipulam lingua ignis,* id est,  
flamma, quod ea speciem linguæ præ se fert,  
nam rubet & in acutiem tendit: & *quisquillas  
flamma debilitat: sic radix eorum veluti pu-  
treto erit, & germen eorum veluti puluis ascen-  
det: spreuerunt enim legem Iehoua exercituum,  
& eloquium sancti Israël contempserunt.* 2.  
*Quapropter, sicut ligna ignis stipulam deuorat,  
& culmus flammâ residet: vel quisquilia, aut  
palea vi flamma flaccescit, vel absuntur: sic  
radix eorum putrescet, & flos eorum ut puluis  
euanesceat, hoc est, florentissimi quique eo-  
rum: quoniam repudiarunt legem Domini  
exercituum, & verbum sancti Israël contu-  
meliose blasphemarunt.* 3. *Propterea, sicut  
absunt quisquillas lingua ignis, & stramen  
flamma dissoluit, radix eorum quasi putredo erit,  
& germen eorum quasi puluis ascendet: quia  
reiecerunt institutionem Iehoua exercituum, &  
sermonem sancti Israël execrati sunt.* 4. *Id-  
circo ut absunt stipulam lingua lignis, id est,  
extrema flamma in speciem linguæ seipsam  
protendens: metaphora: & torridum-gramen  
flammâ deficit: q. d. Contumaces isti, qui sibi  
tam graues visi sunt ad exuendam pietatem &  
humanitatem, erunt aptissimi incendio, at-  
que leuissimi, vt nullo negotio iudiciis Dei  
consumantur: radices istorum quasi tabes inerit,  
& flos istorum ut puluisculus abibit: id est, ab  
imo ad summum disperdentur, extirpabun-  
tur, consumentur radicitus. Quia contemnunt  
doctrinam Iehoua exercituum, & sermonem san-  
cti Israëlitarum spernunt. Quod quidam red-  
dunt: *Et quisquillas flamma debilitat, vel &  
stramen flamma dissoluit.* constructio Hebr.  
non satis congruit, nam flamma est fœmineum,  
& dissoluit masculeum; nisi subaudiatur è  
præcedente membro *lingua flamma.* nam lin-  
gua interdum est masculeum: aptius reddetur:  
& *quisquilia, seu stramen flammâ dissoluetur.*  
vt flamma sit ablatiuus: siquidem *quisquilia*  
est masculeum, & verbum intransitiuè rectè  
accipitur. *וַיִּחַשְׁחָשֶׁח* *chaschafsch,* aiunt esse stramen,  
*stuppam, fomitem, stipulam, paleam, quisqui-  
liam, glumam, gramen torridum, cremium,* aut  
aliam similem materiam aridam, & siccam;  
sic dictam à *וַיִּחַשְׁחָשֶׁח* *chusch,* festinare, quod ce-  
lenter ignem concipiat, & festinanter absumatur.*

VERS. 25.

IDEO IRATUS EST FVROR DOMINI  
IN POPVLVM SVVM.] Quidam: *Propterea  
Maluenda, In libr. Isaia.*

*accensusest ira Iehouah in populum suum.* Sin-  
gularis explicatio & accommodatio iudicio-  
rum Dei aduersus Iudæos, cum eorum, quæ  
prius fuerant perpeffi, vt Ioaschi, & Amatzia  
temporibus, de quibus supra cap. 1. in vers. 7.  
diximus, & hoc versu agitur: tum eorum, quæ  
in posterum erant perpeffuri ab Assyriis, Chal-  
dæis, finitimisque aliis gentibus, versu se-  
quente.

PERCVSSIT EVM, ET PERTVRBATI  
SVNT MONTES.] Alij: *percussit eum ad eò ut  
commoti fuissent & ipsi montes.* id est, grauissi-  
mè percussit, & tantis malis affecit, vt ipsi  
montes fuissent sursum deorsum abituri; si  
Deus in eos tantam indignationem deonerare  
voluisset: sic per comparisonem durities  
plusquam saxea populo exprobratur.

ET FACTA SVNT MORTICINA EO-  
RV M QVASI STERCVS IN MEDIO  
PLATEARVM.] Hebr. *& fuit cadauer eorum.*  
collectiuè pro, cadauera eorum. *quasi stercus,*  
*וְהָיוּ כַסְּוּחָה* *casuchah,* quidam vnã dictionem  
faciunt: & *fuit cadauer eorum excisum.* id est,  
& *fuerunt cadauera eorum excisa;* lacera, con-  
fecta plagis & vulneribus iacuerunt in pla-  
teis. Nonnulli exponunt: *fuitque cadauer isto-  
rum succisum in mediis plateis.* tam bellis ex-  
teris quàm ciuilibus: quia exteris Ieruschalaima  
bis capta sunt, primùm à Syris 2. Paral. 24.  
vers. 23. deindè à Ioascho rege Israëlitarum  
2. Regum 14. & 2. Paralip. 25. ciuilibus verò,  
occisi sunt reges ipsi, & occisores multati.  
Alij duas voces esse putant: & *fuit cada-  
uer eorum tanquam purgamentum, cœnum,  
stercus.*

SED ADHVC MANVS EIVS EX-  
TENTA.] vel ad feriendum: vel vexillo  
sublato accersens hostes, & iudicia sua exe-  
quens.

ET ELEVABIT SIGNVM IN NA-  
TIONIBVS, &c.] Quidam hunc versum ex  
Hebr. reddunt: *nam quum attollens vexillum  
ad gentes è longinquo, & sibilans aduocauerit  
ad se ab extremo terra, nempe Syros, Assyrios,  
Ægyptios, & Chaldæos; quos excitauit Deus  
vt perficerent iudicium ipsius, tanquam datis  
signis militaribus: ecce cito velox adueniat  
exercitus.*

VERS. 26.

NON EST DEFICIENS, NEQVE  
LABORANS IN EO, &c.] Alij ex Hebr:  
*Nullus erit fessus, nullusque impingens in eo.*  
exaggeratio interminationis per descriptio-  
nem exercitus cuiusque, qui in Iudæam erat  
irrupturus, primùm à constitutione militum,  
armorum, equorum, & omnium ad militiam  
pertinentium, duobus versibus; deindè ab ope-  
re ipsorum, effectisque, duobus reliquis: *non  
dormitabit, neque dormiet:* id est, nonaget se-  
gniter, sed ipsas potius noctes in obsidione oc-  
cupabit, vt Ierem. 6. vers. 5. *etiam non soluetur  
zona lumborum eius, neque auelletur corrigia  
calceamentorum eius.* id est, indefinenter in  
armis erit, & sine impedimento in expeditione  
perget. 2. *Non est lassus, neque impingens,*  
seu *corruens vel deficiens.* subaudi, præ lassitu-  
dine, inter eos. q. d. nemo eorum fatigabitur  
de via, ad eò alacres venient: nullus soporo-  
lentus aut somniculosus: balteum renum suo-

VERS. 27.

F. IUD.

rum nullus aperit, neque soluit corrigiam calceamenti sui. Vel *neque soluetur cingulum lumborum eius*, subaudi, militis, *neque abrumpetur corrigia calceamentorum eius*. Ac si dicat, Perpetuo miles erit accinctus, etiam cum dormiet: neque exuet calceos, somni longioris causa, ne cum mora illos postea induere cogatur. Hoc dicendi genere utitur, quod sæpè abrumpamus ansulas calceorum quum illos exuimus. Exprimit studium & diligentiam, quibus præditi venient externi hostes ut oppugnent Ierusalem.

ET OMNES ARCUS EIVS EXTENTI.] Alij: *tensi, calceasi, adducti*. propriè. *viati*, id est, directi, intenti in hostem, ut in scopum.

VNGVLÆ EQVORVM EIVS VT SILEX.] Alij: *sicut petra*. scilicet angusta & acuta. Nonnulli: *similes rupi*. id est, infractæ atque durissimæ, quæ nullo itinere aut cursu atterantur.

ET ROTÆ EIVS QUASI IMPETVS TEMPESTATIS] Quidam ex Hebr. *& rotæ curruum eius similes turbini*. id est, velocissimæ,ocyores Euro: ut Virgilius

— *volat vi feruidus axis.*

VERS. 29.

RUGITVS EIVS VT LEONIS.] Hebr. *ut leonis cordati, animosioris, annosioris*: vide in Genes. 49. vers. 9. altera pars descriptionis, exponens mala, quæ efficiat exercitus: nimirum quodd sola voce consternabit, fremitu superabit, vi depopulabitur & deportabit prædam; denique omnem sui eripiendi facultatem oppressis adimet.

ET AMPLEXABITVR, ET NON ERIT QUI ERVAT.] Alij ex Hebr. 1. *& abducat, nec erit, qui ei eripiat*. 2. *saluamque apportabit, & nemo eripiet*. id est, prædam raptam saluam domum apportabit, nullusque de manu eius eripiet.

VERS. 30.

ET SONABIT SVPER EVM.] Hebr. *Et fremet, rugiet, super eum*. vel *aduersus illum*. nimirum, qui se aut populum eripere conatus fuerit è manu Chaldæorum: prout factum est in posteris Ioschijæ, & iis, qui Gadaliam interfecerunt, ut in Ægyptum transfugerent; 2. Reg. tribus vltimis Capitibus, & 2. Paralip. vltimo, & Ierem. 41. & sequentibus.

IN DIË ILLA.] seu *in tempore illo*. quoties; rebellionem molietur.

SICVT SONITVS MARIS.] vel *quasi fremitu maris*. id est, grauissimo & horren-

do, prout sequentia verba exponunt, allegoricè.

ASPICIEMVS IN TERRAM, ET ECCE TENEBRÆ; &c.] Hanc partem variè alij ex Hebr. elucidant: 1. *& aspiciet*, populus ipse *in terram*, hoc est, circumferet oculos per terram, ut videat siqui sint, qui veniant ad ferendam opem. vel *aspiciet in terram*, ut solent tristes & mæsti oculos defigere in terram: *& ecce tenebræ, angustia, & lux obtenebrescet in calis eius*. subaudi terræ sanctæ. Relatiuum eius est fœmineum. id est, in ea parte cæli sub qua sita est terra sancta. 2. *& aspiciet*, seu *aspicietur in terram*. Solent enim Hebræis tertix personæ actiux futuri impersonaliter sumi; *& ecce tenebræ, angustia, & lux obscurabitur in influentiis suis*. 3. *Intuebimur tunc terram, & en tenebræ & angustiam, & lux obtenebrescet in calis eius*. terræ Iudææ. 4. *quumque intuebitur in hanc terram, ecce tenebras, tenebras angustia simul ac collustrauerit, contenebrantes seu effundentes se in ruinis eius*. in quibus istæ tenebræ diu perduraturæ sunt. Allegoria, qua propheta vires hostium, effectaque depingit elegantissimè, quibus Iudæj quasi in perpetuas tenebras detrudentur. Tanta, inquit, eorum potentia futura est, ut non solum fremitu consternaturus sit, verum etiam solo velut aspectu perditurus & obrüturus grauissimis calamitatibus (quæ cum tenebris in Scriptura plurimum comparantur) vniuersam Iudæorum gentem. Quum ergo intuebitur, id est, fermè ad solum aspectum eius, inhorrescet terra tenebris, ut sequens repetitio docet exegeticè.

IN CALIGINË EIVS.] ערפיים *ghariphim*, Nonnulli Hebræorum exponunt, *calos*, sic dictos ab influendo in hæc inferiora. Alij: *stillationes, influentias, stillatoria, stillatores*. Alij: *destructiones, ruinas*. Qui reddunt: *& lux obtenebrata fuit in calis*, vel *in ruinis eius*. intelligunt, id est, terræ Iudææ. Qui vero: *in stillationibus seu influentiis eius*. vel *in suis*. scilicet lucis, quasi non destillatura sit lux è cælis, sciant, discrepantiam generis esse in affixo; nam est fœmineum, & lux masculinum. Nos ex genuina verbi notione apte diximus: *in deceruicationibus eius*. quodd tunc terra Iudææ quasi deceruicata & iugulata iacebit; tot iugulatis; & abscissis ceruicibus: Vide de significatione verbi ערף *gharaph* in Deuteron. 32. vers. 2.

CAPVT VI.

Isaia visa Domini maiestate condemnat se quod tacuerit, sed mundatis labijs suis offert se ad predicandum: praedicitur excacandus populus vsque ad desolationem ciuitatum Iudae, & eius quae derelicta erat futura consolatio.

Vulg.

Malu.

**I**N anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & ea quae sub ipso erant, replebant templum.

2 Seraphim stabant super illud: sex ala vni, & sex ala alteri: duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.

3 Et clamabant alter alterum, & dicebant: Sanctus sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.

4 Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, & domus repleta est fumo.

5 Et dixi: Va mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.

6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.

7 Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

8 Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.

9 Et dixi: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere.

10 Excaca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos eius clauda: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum.

11 Et dixi: Vsquequo Domine? Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta.

**I**N anno <sup>a</sup> mori regem Ghuzijahu, & vidi <sup>b</sup> ADONAI sedentem super solium eleuatum, & leuatum, & fimbriae eius implentes <sup>c</sup> basilicam.

2 Seraphim stantes <sup>d</sup> de supra ei, sex <sup>e</sup> alae, sex alae vni: in duabus cooperiet facies suas, & in duabus cooperiet pedes suos, & in duabus volabit.

3 Et vocabit iste ad istum, & dicet: Sanctus, Sanctus, Sanctus, IHVH TZEBAOTH, plenitudo omnis terrae <sup>f</sup> grauitas eius.

4 Et mouerunt postes liminum de voce <sup>g</sup> vocante: & domus implebitur fumo.

5 Et dixi: O mihi, quia in silentium redactus fui, quia vir taminatus labiorum ego, & in medio populi taminati labiorum ego <sup>h</sup> sedens. quia regem IHVH TZEBAOTH viderunt oculi mei.

6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius <sup>i</sup> pruna: in <sup>k</sup> acceptoriis accepit de super altare.

7 Et tangere fecit super os meum, & dixit: Ecce tetigit iste super labia tua: & discedet <sup>l</sup> prauitas tua, & <sup>m</sup> erratum tuum <sup>n</sup> expiabitur.

8 Et audiui vocem ADONAI dicentis: Quem mittam, & quis ambulabit nobis? Et dixi: Ecce me, mitte me.

9 Et dixit: Ambula, & dices populo isti: Audite audire, & non intelligetis, & videte videre, & non cognoscetis.

10 Oleosum fac cor populi istius, & aures eius aggraua, & oculos eius diuertere, nequando videbit in oculis suis, & in auribus suis audiet, & cor eius intelliget: & reuertetur, & medebitur ei.

11 Et dixi: Vsque ad quando, ADONAI? Et dixit: Vsquequo si obruta fuerunt vrbes de non habitante, & domus de non homine; & humus obruetur <sup>o</sup> afflatione:

<sup>a</sup> mortis  
<sup>b</sup> vide in Genes. 15. v. 2. sic postea

<sup>c</sup> regia, palatium, templum, dominicum, aula.  
<sup>d</sup> superne.  
<sup>e</sup> alis.

<sup>f</sup> honor, gloria.

<sup>g</sup> clamante vel clamantis

<sup>h</sup> habitans, manens

<sup>i</sup> carbo accensus  
<sup>k</sup> forcipibus: vide in Exod. 25. v. 38.

<sup>l</sup> curuitas, distortio, peruersitas  
<sup>m</sup> peccata, delictum  
<sup>n</sup> purgabitur, purificabitur

<sup>o</sup> stupenda desolatione

Apoc. 4. b. 5.

Matt. 13. b. 14.  
Marc. 4. b. 12.  
Luc. 8. b. 10.  
Ioan. 12. f. 40.

Act. 28. f. 19.  
Rd. 12. b. 8.

12 Et longè facies Dominus homines, & multiplicabitur quia derelicta fuerat in medio terræ.

13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

12 Et elongabit IHHV hominem; & multa de relectio in intimo terræ.

13 Et adhuc in ea decima; & reuertetur & erit ad depascere: sicut ilex, & sicut ilicetum, quæ in Salecheth statua in eis, semen sanctitatis statua eius.



## COMMENTARIA.

VERS. I.

**I**N ANNO QVO MORTVVS EST REX OZIAS. ] Reste annotant, id dictum esse, pro eo quod est, in anno quo rex Iotham, mortuo patre Huzziæ, regnare cœpit: sic autem potius definisse à morte Huzziæ, quàm à Iothami regno, quia Iotham viuo adhuc parente regnum administrauerat, 2. Regum, 13. v. 5. itaque hac loquutione omnem dubitationem sustulisse: vt non inaniter quidam suspicentur quinque præcedentia capita sub Huzziæ fuisse prophetata. Hanc tam insignem visionem S. Hieronymus hac chronologia consignat Epistol. 142. [ *Post cuius [ Huzziæ ] mortem Isaias propheta hanc visionem vidit, id est, eo anno quo Romanus Romani imperij conditor natus est &c.* ]

VIDI DOMINVM. ] Heb. & vidi Dominum. Quidam: *Tum vidi dominum.* id est, Iesum Christum Verbum seu Sermonem æternum Patris. cui Deus omne iudicium dedit, vt interpretatur Ioannes 12. v. 41.

SEDENTEM SVPER SOLIVM EXCELSVM ET ELEVATVM. ] Alij: *insidentem solio excelso & elato.* Nimirum, vt regem iudicemque potentissimum & magnificentissimum effectum à Patre.

EXCELSVM ET ELEVATVM. ] vel sunt synonyma ad significandam ingentem magnificentiam solij, voce duplicata: vel prius indicat fuisse magum thronum; posterius, fuisse maximè eleuatum à terra, in ipso aère sublimem.

ET EA QUÆ IPSO ERANT. ] Heb. & fimbria eius. ] Quidam notant, non tantum hic denotari propriè ipsas fimbrias, seu limbos vestium, sed inferiores vestium partes, quas *faldas* Hispani vocant: quæ eò prolixiores ac laxiores fieri solent: quo quisque maiorem fastum ac pompam præferat. Quidam exponunt: *cuius fimbria complebant templum ipsum.* id est, regem, iudicemque non solum potentissimum & magnificentissimum, sed etiam gloriosissimum & sanctissimum. Nam gloria dispanis illis fimbriis, id est, regali ornatu, synecdochicè: sanctitas verò habitatione templi designatur; vt postea declarant Seraphim, ex quorum verbis interpretamur hoc visionis genus. Nec desunt qui: fimbrias eius, ad solum referant, quod tapetia, seu peristromata, quibus instratum erat tribu-

nal, templum ipsum implebant.

SERAPHIM. ] Propriè. *alati-comburentes.* seu *volantes vrentes*: vide Numeror. 21. v. 6. id est, electi angeli è celo, è supremo angelorum ordine, vt Theologi affirmant, vrentes tanquam ignis, ac proinde purgaturi bonos per vocationem Dei, & consumpturi malos: nam visiones quas Deus exhibet, ad rerum suarum argumenta accommodandas esse pro certo habemus: propterea Deum cum iudice, angelosque flammantes cum satellitibus comparari.

STABANT SVPER ILLVD. ] Heb. *stantes de desupra ei.* Quidam: *stabant iuxta illum.* vel *astabant illi.* aut supernè imminabant ei. Ambiguum est, *ei*, vel Domino, vel tribunal: sed sensus eodem recidit. Alij: *astantes supernè erant ei.* id est, in eodem loco celso & elato vbi inspexi solum Dei.

SEX ALÆ VNI, SEX ALÆ ALTERI. ] Heb. *sex ala, vel alis, sex ala vni.* Quidam: *senis alis unusquisque.* vel *senæ ala unicuique erant.* hoc est, singuli senas alas habebant, seu tria alarum paria. Non vnus aut alter Seraph, sed plurimi & innumeri Domino astabant, cingentes solum maiestatis, vt Daniel. 7. v. 10.

DVABVS VELABANT FACIEM ELVS. ] Heb. *in duabus cooperiet faciem suam,* vel *eius.* nam affixum reciprocum est ambiguum. Sic mox, *pedes suos,* vel *eius*: sed prior sensus est aptior. Alij: 1. *duabus obvelabat unusquisque faciem suam.* quòd in Deum ob splendorem non posset intendere oculos. 2. *quarum binis tegebatur faciem suam.* ob reuerentiam tantæ maiestatis, dans omnem gloriam Deo; & hoc signo publicè testans, à sua tenuitate non posse ferri aspectum infiniti splendoris gloriæ, & maiestatis Dei.

ET DVABVS VELABANT PEDES EIVS. ] Alij: & *binis tegebatur pedes suos.* Quidam notant, hoc signo indicasse verecundiam suam ac tenuitatem, tegendo inferiores partes corporis, ne nudus coram tanta maiestate conspiceretur. Alij, vt ostenderet, angelos ab hominibus naturaliter cognosci non posse. Nonnulli, quasi hominum infirmitati consulens, qui ad aspectum emicantis illius scintillæ suæ particulæ, quam angeli de gloria diuina consequuti sunt, planè deficerent.

ET DVABVS VOLABANT. ] vel volabat, quisque eorum. id est, quam celerrimè ad iussa

VERS. 2.



iussa capessenda expeditus erat. Alij, intelligunt, non quod inde duabus alas auolarent, sed quod ibi circum Dominum alas agitant: seu volitarent: quod summum videndi & cognoscendi desiderium ostendit.

VERS. 5.

ET CLAMABANT ALTER AD ALTERVM, &c.] Quidam hunc versum ita ex Hebr. explanant: *Et clamans alter ad alterum, dicebat: id est, vno ore conclamantes, & hymnum Deo concinnantes: nimirum postquam decretum Dei acceptum est de his exequendis, quæ deinceps narrantur: paraplesis in Scripturis ad vitandas repetitiones frequens.*

SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS EXERCITVVM.] Breuis hymnus iste, quem angeli dixerunt Domino, accepto decreto de iudiciis ipsius contra Iehudæos, continet duas partes. vnam, qua sanctitatem Dei infinitam ipsi, viisque ipsius omnibus & iudiciis inesse in sempiternum asserunt: quod genus affirmationis, vt nonnulli putant, triplici eiusdem vocis enuntiatione ostenditur, vt Ezechiel. 21. vers. 27. quasi dicat, omnino omnium sanctissimus est Deus, & sanctificandus ab omnibus: alteram, qua iustitiam confirmant illius iudicij, quod prophetæ huic erant indituri, & per ipsum populi denuntiaturo: quasi dicat, oportuerat populum hunc sanctificare gloriam Dei sui, prout præceperat Exod. 19. vers. 8. & 24. vers. 3. Sed recta est prisca Ecclesie interpretatio, quæ ipsum trisagionem ad tres S. Trinitatis personas distinctè censuit pertinere in vnitæte essentiæ: *implet totam hanc terram gloria eius.* id est, quæ Dei est peculiari quodam iure, & in qua coram habitat.

PLENA EST OMNIS TERRA GLORIA EIVS.] Hebr. *plenitudo, abundantia, copia, multitudo, vniuersitas totius terræ, gloria, maiestas, splendor, dignitas, excellentia eius.* Aliqui exponunt, id est, creaturæ, quæ terram implent, suppeditant materiam amplissimam laudandi potentiam & bonitatem Dei.

VERS. 4.

ET COMMOTA SVNT SVPERLIMINARIA CARDINVM.] Alij: 1. *Tunc mouerunt se, seu concussa sunt, aut intremuerunt superliminaria postium. vel superliminaria cum postibus, vel postes cum superliminaribus.* 2. *Quin & commouebantur postes cum liminibus.* 3. *Et commoti sunt postes superliminarium.* Propriè. *Et mouerunt, seu moti sunt postes liminum.* אמת, propriè, *cubiti.* sed hinc *postes,* sic dicti à firmitate, & fortitudine quibus certò innititur superliminare. sicut etiam ab eadem firmitate iidem *postes* dicuntur אמתים *omenoth* 2. Reg. 18. vers. 16. Nonnulli reddunt: *frontes, seu frontifricia liminum.* Aliqui exponunt: *Tum commoti sunt postes liminum a voce inclarante.* id est, templum ipsum, synecdochicè, & res in animæ audito angelorum clamore cohorrerunt, postquam eieci sunt Iudæi, & præcepta seueritas iudiciorum Dei in illos.

ET DOMVS REPLETA EST FVMO.] Aliqui: *& domus ipsa impleta est fumo.* id est, nebula, signo præsentia Dei exardescens in iustissimam ultionem Iudæorum: vt alibi præsentiam suam testatus est nube, ad gratiam

& pacem testificandam populo 1. Regum 8. vers. 10.

ET DIXI.] Quidam: *Quam obrem dixi.* VERS. 5. conspecto Deo, & audito ab angelis decreto eius.

VÆ MIHI, QVIA TÁCVI.] Forsterus exponit: *Væ mihi quietatus sum, obmutefactus sum, in quietem & silentium redactus sum:* atque huiusmodi loquutionem semper esse pœnæ, atque idem Hebræis valere quod Latinis, *Actum est de me, perij, disperij.* Hispanicus Interpretres: *Ay de mi, que soy muerto.* Alij: *Væ mihi, quia excisus sum, vel quia excindor, breui tollar de medio.* Tangit vetustam opinionem in populo Dei receptam, vt quicumque Deum, vel angelum vidisset, statim esset moriturus, vide in Genes. 16. vers. 13.

QVIA VIR POLLVTVS LABIIS FGO SVM.] Exponunt, id est, qui ne verbo quidem ritè sanctificauit gloriam Dei, neque adhuc comparatus aut aptus ad sanctificandum eam: synecdoche. Alij: *eo quod homo sim polluta habens labia.* id est, peccator: synecdoche: Iacob 3. vers. 2. *[In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir.]* q. d. Breui moriar, quia cum sim peccator, & inter peccatores habitans, Deum oculis meis vidi.

ET VOLAVIT AD ME VNVS DE SERAPHIM.] Iam hinc vocatio prophetæ describitur, quomodo ad vocationem suam comparatus, & aptatus sit. Ratio comparandi siue informandi prophetæ est, duplex, vna, quod absumptæ & amotæ sunt infirmitates eius, duobus versibus: altera, quod functio nominatim fuit ipsi imposita, vers. 8.

Vnus de Seraphim. administer voluntatis Dei ad confirmandum prophetam, vt sequentia ostendunt: nam non amplius hic verbo, & quasi sacramento in propheta efficit per se ipsum, quam ministri Dei in Ecclesia: sed vnus est Spiritus, qui operatur omnia in omnibus. Reddunt: *Sed aduolauit ad me vnus de istis Seraphim.*

ET IN MANV EIVS CALCVLVS.] Quidam: *habens in manu sua prunam.* id est, in signo illo, igniculum virtutis, donorumque Spiritus Dei, ad repurgandum, illustrandum, & confirmandum me.

QVEM FORCIPE] Hebr. *forcipibus* TULERAT, seu *acceperat, sumpserat, DE ALTARI.]* vel holocaustorum, vel suffitus, figurâ Christi, ex cuius plenitudine haurimus omnes per spiritum ipsius, Ioann. 1. vers. 16.

ET TETIGIT OS MEVM.] Hebr. *Et tangere fecit super os meum.* Alij: 1. *Et attingere fecit, vel peruenire fecit ad os meum.* 2. *Et applicuit ori meo.* 3. *Et adhibens hunc ori meo.* 4. *Admouitque ori meo.* 5. *Et pertigit super os meum.* VERS. 7.

ECCE.] Demonstratio, inquit, quæ angelus ad Sacramentum adhibita, ostendit tam certum esse donum Dei intrinsecus, quam extrinsecus est signum.

TETIGIT HOC LABIA TVA.] Sic Ier. 1. vers. 9. & Daniel. 10. vers. 16.

ET AVFERETVR INIQVITAS TVA,

ET PECCATVM TVVM MVNDABITVR.] Quidam: iam amouetur iniquitas tua, & peccatum tuum expiatur. id est, tuus ille metus, & pollutio labiorum, de qua conquestus es, penitus amouetur & purgatur, vt fortissimus sis impostero in tua hac functione contra Israëlitas: non enim hic primum Ieschahia vocatur ad prophetandi munus cum illud iam exercuerit prioribus quinque capitibus sub Huzija: sed denuo confirmatur propter grauitatem sequentis prophetiae, ne perspectis difficultatibus animum abiiceret, vt Iechzecheli persapè factum est.

VERS. 8. ET AVDI VOCEM DOMINI, &c.] Alij: Deinde audiri vocem Domini. scilicet, Postquam me confirmauit Deus ad munus prophetandi.

QVEM MITTAM? ] Vel quem missurus sum? videlicet, Quem hominem missurus sum? quia visum est Deo hos thesauros suos in testaceis vasculis collocare, vt eius virtutis praestantia sit Dei, & non ex nobis 2. Corinth. 4. vers. 7.

ET QVIS IBIT NOBIS.] Nam consilium est Dei Patris, & Filij & Spiritus sancti, vt Genes. 1. vers. 26. Sic supra vers. 3. acclamatum est Trisagion.

VERS. 9. ET DIXIT: VADE, ET DICES POPULO HVIC.] Alij: Tum dixit, vt dicas populo isti. Vfus prophetiae, quam Ieschahia imperauit Deus, & sequentibus omnibus prophetis, vsque in aduentum Christi, nimirum vt auditione verbi; (quod pij odorantur ad vitam) impij obdurentur, & ipsis fiat odor mortis ad mortem suo ipsorum vitio: quamobrem eadem ratione à Christo atque apostolis duo ij verus permultis locis contra Iudæos adducuntur.

AVDITE AVDIENTES, ET NOLITE INTELLIGERE, ET VIDEDE VISIONEM, ET NOLITE COGNOSCERE.] Heb. ad verbum: Audite audiendo, & non intelligetis, & videre videndo, & non cognoscetis. Quidam volunt esse imperatiua pro futuris: Audietis audiendo, id est, omninò plenè, perfectè audietis, & non intelligetis, & videbitis videndo, id est, omninò, perspicuè, videbitis, & non cognoscetis q. d. praedic huic populo futuram cæcitatem & obstinationem, praesertim aduersus Christum: vt exponi videtur Math. 13. vers. 14. & Actor. 28. vers. 26. Nonnulli reddunt: Audite indefinenter, at ne intelligatis, & videte indefinenter, neque cognoscatis. Imperandi modus, inquit, in hac prophetia, cum sanctam prophetarum audaciam in prophetando de monstrat. q. d. Audite ô scelerati, velitis nolitis, verbum Dei iudicis, tum praesentissimam veritatem & efficaciam verbi; quod ita verberat impiorum aures, vt animus obstupescat, prout in Iudæis factum est, donec planè se ipsos resciderunt à Christo, at ne intelligatis. q. d. quandoquidem vitio corruptæ & deprauatæ voluntatis vestrae verbum Dei non emendauit vos, sed potius attonitos haecenus reddidit, & nunc quoque perstatis in ista deprauatione voluntatis vestrae; stat sententia Dei iudicis seuerissimi, vt quisquis non habet, aut cui non est datum

nosse mysterium regni dei, etiam, quod haberet tollatur ab eo; ac proinde vos non magis respiscatis aut percipiatis verbum eius, quàm desperati fontes, qui nullis iudicum documentis, promissionibus, minis, euictionibusque ad officium suum adducuntur: sed potius vos ipsos aduersus omnia obfirmetis, versu sequente. Nam quaecunque hic dicuntur ad formam iudicalem pertinent; quasi Deus sceleratos populi animos, cum verbo, tum flagellis non edomaret, sed ipsi se aduersus iudicem, & omnia flagella obfirmarent.

EXCACA COR POPVLI HVIVS.] Heb. VERS. 10. Impingua, pinguescit, sagina &c. Quidam reddunt: Crassam-redde, obduc pinguedine. q. d. suffoca cor populi huius nam cor nimia pinguedine suffocatur. Alij: Fac, vt pinguescat cor populi istius. Exponunt, Fac, amplificatio, q. d. Effice tu propheta praedicatione verbi, & denuntiatione iudiciorum meorum, vt non tantum contineat se in eodem statu malitiae, non intelligendo; sed vt omnibus modis augetur malitia ipsius, irritata verbo, omnibusque modis obfirmetur, vt de Pharthone legimus, & idem propheta reperit infra. cap. 29. vt pinguescat cor populi istius. id est, obesum reddatur, occallescat, & obduretur magis ac magis: metaphora à rebus corporeis, in quibus omne pingue sensus experts esse contentiunt physici. Hispanicus Interpres: Engruessa el corazon de aqueste pueblo. id est, Embaia, ennucece. Nonnulli exponunt: Inunge, seu obline, siue obtura unguento pingui cor populi istius. id est, excaca mentem & intellectum.

ET AVRES EIVS AGGRAVA.] Exponunt, velut mole aliqua obtura, sordibus aut re aliqua imple, ne possint audire, sed penitus obsurdescant. aliqui: & aures eius fac ingruescant &c. id est, quemadmodum, qui tonitru grauissimè percissentur, eorum auditus & visus hebetantur, ita indies isti obstupescant intonante verbo meo.

ET OCVLOS EIVS CLAVDE &c.] Variè ex Heb. reddunt. 1. & oculos eius restringe, siue prastinge, siue reprime, ne videat oculis suis. 2. & oculos eius diuertere, fac verti, ne videat &c. 3. ex significato Chaldaico: & oculos eius illine, obline, in crusta, obduc, ne videat. vide de notione verbi in Psalm. 38. v. 14. 4. oculique eius fac vt conuincant.

NE FORTE VIDEAT OCVLIS SVIS &c.] Finis obdurationis, nimirum perditio contumacium, corpore & animo: qui finis singularis superioris nuntiationis partibus ex aduerso respondet ordine praepostero.

ET CONVERTATVR, ET SANEM EVM.] Alij, ex Heb. 1. & conuertatur, & medeatur ei. subaudi, medicus Deus, id est, miseretur eius. 2. & conuertatur, & restituatur illi, sanitas. 3. quo conuersus saluti restituatur. 4. seque conuertat & sanitas obueniat ei. id est, conuersione sua recipiat sanitatem corporis & animi, & à peccatis, supplicisque peccatorum suorum liberetur. Notant verbum נָפַח rapha, sanauit, intransitiue & impersonaliter esse exponendum: & sanitas sit ei, vel & sanetur. Quidam; & sanet eum. vt ad

ad Deum referatur. Figuratè accipiunt, & *sanctitas*, hoc est, remissio, ignoscencia, venia, *sic ei*. id est, veniam consequatur, seu remissionem culpæ & pænæ.

**VERS. 21.** ET DIXI: VSQUEQVO DOMINE? ] Expouunt, sub audi, duratura est hæc cæcitas, & obstinatio Iudæorum? Quidam: *Dicenti autem mihi, Quousque Domine? dixit &c.* Notant his tribus prostratis versibus contineri prophetiam grauissimorum malorum, quæ Iudæis erant euentura iusto iudicio Dei, quæ Deus occasione sumpta à quæstione prophetæ deinceps explicat. *Quousque Domine?* nimirum, ego & prophetæ omnes tui continenter clamabimus sine fructu, & refractarios rebellesque obfirmabimus verbo?

**DONEC DESOLENTVR.** ] verbum *נשו* *sebaab* propriè est, repente cum magno impetu, fragore, strepitu, præcipitantia obrui, ingenti irruptione, & impressione deuastari, ruere, desolari. Hanc partem versus ita quidam reddunt: *vsque dum vastatis ciuitatibus, adèdè ut nullus sit habitator, & domibus, adèdè ut nullus sit homo, etiam ipsa regio vastata sit desolatione.* id est, vsque ad excidium totius regni, & desolationem terræ, Babyloniorum operâ.

**VERS. 12.** ET LONGE FACIET DOMINVS HOMINES, &c. ] Hunc versum alij ex Heb. explanant: 1. *Et elongauerit Iehouah homines, & multiplicauerit dies eius, quæ derelicta est in medio terræ.* id est, donec incolas regionis Iehudææ in regiones longinquas, ac remotas, & longè distantes eiecerit, & multo tempore regio derelicta ac deserta iacuerit. 2. *Et procul remouebit Iehouah hominem, & multa derelictio in medio terræ.* 3. *Longissimè autem ablegabit Dominus homines; eritque desolatio multa in terra.* 4. *Et procul amouente Iehouah hominem quemque, maxima sit ipsa derelictio in ista terræ.* id est, desolatio eueniat qualis antea non fuit: de qua in fine Regum, & Paralipomenon, & apud Ieremiam multa.

**VERS. 13.** ET ADHVC IN EA DECIMATIO. ] Alij: 1. *Et adhuc in ea decima; vel decas.* subaudi, regum. id est post Huzijam regnabunt adhuc decem reges in Iudæa, & sub decimo rege, nempe Sedechia; abducentur in captiuitatem. Aliqui reddunt: *Verum adhuc in ea. erit successio decem regum.* 2. *Sed adhuc decima in ea.* id est, partis illius è Iudæorum gente, quæ ex Babylonia in suam hanc regionem reditura est: nam hæc vix, ac ne vix quidem fuit decima pars populi deportati: vide Ezræ 2. v. 64. & 65.

**ET CONVERTETVR, ET ERIT IN OSTENSIONEM.** ] Variè hunc locum ex Heb. conuertunt: 1. Sanctes: *quæ iterum erit depasta.* Vide de hac loquutione in Genes. 26. 18. 2. Leo Iudas: *quæ capietur & diripietur.* 3. Vatablus: *& reuertetur & erit in excisionem. vel in exterminium. seu ad exterminandum. aut in ablationem, abiectionem. vel & iterum erit in eiectionem.* id est, reuertetur populus è Babylone, & iterum pelleretur patria à Vespasianis principibus. 4. Forsterus: *& reuertetur, & erit ad accendendum. vel accensionem.* 5. Forerius: *& reuertetur, & erit in combu-*

*sionem, vel in depastionem.* id est, semel delati per Titum, iterum per Hadrianum excindetur. Quæ expositio est Eusebij Cæsariensis, S. Hieronymi, & aliorum. 6. Tremellius & Iunius: *quum reuertetur & depastioni fuerit.* id est, quum absumptus fuerit, metaphoricè, vt Numeror. 24. vers. 22. quasi dicat, partis eius vix decimæ, populi nimirum depasti & absumpti deportatione Chaldaica, postquam in patriam reuertetur, *eius ergo statumen futurum est semen sanctum, &c.* vt sequitur Est consolatio ad electas populi reducis reliquias pertinens, à minis antecedentibus.

**SICVT TEREBINTHVS, & SICVT QVERCVS, QUÆ EXPANDIT RAMOS SVOS: SEMEN SANCTVM ERIT ID, QVOD STETERIT IN EA.** ] Hebr. locus subobscurior, quem variè elucidant: 1. Sanctes: *vt enim tilia, & quercus abiectis folijs subsistentiam habent, sic semen sanctum in ea derelictione subsistet.* 2. Leo Iudas: *sicut vlnus & quercus, quum fulcrum eis submittitur: semen sanctum fulcrum eius.* 3. Vatablus: *sicut vlnus & quercus, quibus statio est in Sallebeth, id est, quæ sunt plantata vel ad portam templi, quæ dicitur Sallebeth. de qua 1. Paralipom. 26. v. 16. semen sanctitatis statio eius.* Hanc expositionem habet Kimchi, quam Schindlerus amplectitur. 4. idem Vatablus: *Sicut vlnus & quercus, quæ tempore projectionis hiemalis, id est, quum hieme abiiciunt folia, habent in se subsistentiam: sic semen sanctum in sua substantia permanebit.* Alij dilucidius: *vt vlnus & quercus arbores se habent, quæ cum abiecerint frondes ac folia sua videntur mortuæ; retinent tamen adhuc vigorem suum, id est, viuunt hieme, qua transacta, iterum frondes ac flores producunt; sic se habebit tribus Iudæ, nam iterum reuertentur, & inhabitabunt regionem; vnde tandem proditurus est Christus semen sanctum & benedictum, germen Iudæ.* 5. Forsterus: *sicut tilia, vel ilex & quercus quando sunt in deiectione, scilicet, foliorum; vel quibus in projectione frondium stipes est in eis, semen sanctitatis stipes eius.* 6. Forerius: *sicut ilex, & sicut quercus in destuxu foliorum stipes est: semen sanctum stipes eius.* Volunt Paulum hoc mysterium Romanor, 11. abunde explicasse. Iudæorum gentem, non sic excisam in spiritualibus & corporalibus donis, quod radix aliqua & truncus in ipsis non permanerit vnde reliquæ sint saluatae. 7. Auenarius: *Vt ilex & quercus, seu alnus, in quibus in abiectione frondium est subsistentia quadam. vel quæ in deiectione foliorum statuam habent, id est, truncum, stipitem, hoc est, in quibus abiectis folijs hieme, est adhuc vis quædam generatrix in vere nouo: semen sanctitatis est statua, seu fulcrum eius.* hoc est truncus vel stipes eius. 8. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *eius ergo statumen futurum est semen sanctum, sicut in quercubus illis, & sicut in roboribus, quæ sunt ad portam Iniectus, statumen est.* Etiologia, cur Deus non sit populum omnino perditurus: nimirum quod habet rationem Christi, & corporis electorum ipsi coalescentium per fidem in populo, qui cuncti & singuli dicuntur

tur sanctitatis semen. Explicatur autem hoc familiari similitudine, & ob oculos omnium posita: videtis, inquit, aggestum illud iter, quo à domo regis in templum pergitur, querceto hinc inde confirmatum esse, & arbores terram, quæ aliòqui ruitura esset, continere firmitate sua: idem vobis statuendum est de reliquiis bonorum, & quæ inter vos habitant: nam iusto Dei iudicio deturbaremini illico, & periretis funditus, nisi suorum rationem haberet Deus, qui vobis sunt quasi statumini; vt cap. 1. vers. 9. de hoc autem aggesto itinere. vide 1. Reg. 10. v. 5. & 12. & 1. Paralipom. 26. v. 16. item 2. Reg. 12. v. 20. & 2. Paralipom. 9. v. 11. statumen est. nimirum terræ iniectæ siue aggeri, quem statuminant & continent vtrimque arbores depactæ in aggeris lateribus. 9: Hispanicus Interpres: como el olmo, y como el alcornoque, de los quales en la tala queda el tronco: ansi en esta quedara su tronco, simiente sancta. id est, reliquiæ Israël saluæ fient.

SICVT TEREBINTHVS. ] אלה elah, vide supra cap. 1. v. 30.

ET SICVT QVERCVS. ] אלה allen, vide cap. 2. vers. 12.

QUÆ EXPANDIT RAMOS SVOS. ] Hebr. quæ in Sellecheth statua in eis. De Sellecheth, vide in 1. Paralipom. 26. v. 16. Hic nomen proprium portæ templi aliqui esse putant, de qua ibidem, circa quam fuerint, illices, quercus, robora, vel alni depactæ. Alij appellativè exponunt, quæ sunt in eiectione, seu deiectione, scilicet frondium, id est, quando abiciunt frondes suas, seu folia: quam interpretationem Chaldaus Interpres, Kimchi, & plerique recentiorum sequuntur. Nonnulli: quæ sunt in iniectu, adiectu, aggere, aggesto, siue ad portam aggestus, id est, aggestæ seu stratae illius viæ quæ à regia in templum ducebat, de qua paulo ante dicebamus. Noster haud alienè: quæ est in proiectione, seu expansione ramorum. מוצא matzatzebeth, propriè. statio, statua. Hic pro statua arboris, hoc est, tronco, stipite, plantatione, caudice accipiunt. Alij, pro subsistentia: alij, pro statumine, vti paulo antea notabamus. Noster, pro ramis accepisse videtur. Sic paulo post.

## CAPVT VII.

Obsessa à Syris & ab Israel Iurusalem, Isaïas prophetat illos non preualituros, datque impio Achas signum liberationis virginem parituram filium cuius nomen Emmanuel: prædicitque desertionem Israel, & grauissimam Iudæ afflictionem ac solitudinem.

Vulg.

Malu.

4. Reg. 16.  
2. 5.

**F**actum est in diebus Achaz filij Iothan, filij Ozia regis Iudæ, ascendit Rasin rex Syria, & Phacee filius Romelia rex Israel, in Ierusalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam.

2 Et nuntiauerunt domui David, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna silvarum à facie venti.

3 Et dixit Dominus ad Isaïam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquaductus piscinæ superioris in via Agri fullonis.

4 Et dices ad eum: Vide vt sileas: poli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin regis Syria, & filij Romelia:

**F**uit in diebus Achaz filij Iothan, filij Ghuziâhu, regis Iehud ah, ascendit Retzin rex<sup>a</sup> Aram, & Phekach filius Remaliâhu rex Israelis Ierusalem<sup>b</sup> cæssioni super eam: & non potuit<sup>c</sup> ad incidere super eam.

2 Et annuntiatum fuit domui Davidis ad dicere: Consedit Aram super Ephraim: &<sup>d</sup> mouit cor eius, & cor populi eius, secundum mouere<sup>e</sup> ligna siluæ, de faciebus<sup>f</sup> spiritus.

3 Et dixit IHVH ad Iesaghiâhu: Exi & euge, occursum Achaz, tu, & Sear Iasub filius tuus, ad extremitatem<sup>h</sup> aquaductus piscinæ superioris, ad<sup>i</sup> stratam viam agri<sup>k</sup> lauantis.

4 Et dies ad eum: Observatus esto, & tranquillus esto, non timebis, & cor tuum non tenebescet de duabus caudis titionum fumantium istorum: in<sup>l</sup> ardore nasi Retzin, & Aram, & filij Remaliahu.

<sup>a</sup> Syria se desiceps

<sup>b</sup> incisioni, ad prælium bellum  
<sup>c</sup> expugnare, præliari, debellare, cadere  
<sup>d</sup> motum fuit, contremuit

<sup>e</sup> arbores fventi  
<sup>f</sup> cia, iam nunc.  
<sup>h</sup> vide in 1. Reg. 18. v. 32.

<sup>i</sup> viam, regiam, actum  
<sup>k</sup> lotoris, card ditoris, fullonis  
<sup>l</sup> adustione, accensione, excaudescencia

5 eo quod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romelia, dicentes:

6 Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabbeel.

7 Hec dicit Dominus Deus: Non erit istud:

8 sed caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus:

9 caput Ephraim Samaria, & caput Samaria filius Romelia. Si non credideritis, non permanebitis.

10 Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11 Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra.

12 Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominiuum.

13 Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?

14 Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

15 Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

16 Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum.

17 Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus searationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum,

18 Et erit in die illa: Sibilabit Dominus musca, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur,

19 & venient, & requiescent omnes in torrentibus wallum, & in cauernis petrarum, & in omnibus frateris, & in vniuersis foraminibus.

20 In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in his, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam.

21 Et erit in die illa: Nutriet homo vac- tam bdom, & duas oues,

Maluenda, in libr. Isaia.

5 Correspondentia quia consuluit super te Aram malum: Ephraim, & filius Remaliahu, ad dicere.

6 Ascendemus in Iehudah<sup>m</sup> & compungere fecimus eam, & diffundere fecimus eam ad nos: & regnare fecimus regem in medio eius filium Tabbeal.

7 Sic dixit ADONAI IHVH: Non surget, & non erit.

8 Quia caput Aram Damefek, & caput Damefek Retzin: & in adhuc sexaginta & quinque<sup>o</sup> annus<sup>p</sup> consternabitur Ephraim de populo.

9 Et caput Ephraim Someron, & caput Someron filius Remaliahu. Si non credetis, quia non crediti eritis.

10 Et addidit IHVH loqui ad Achaz, ad dicere:

11 Postula tibi signum de cum IHVH ELOHIM tuo: profunda<sup>q</sup> postulati- nem, & excelsum<sup>r</sup> - fac ad supra.

12 Et dixit Achaz: Non postulabo, & non eleuabo IHVH.

13 Et dixit: Audite, obsecro, domus Davidis: An paucum<sup>t</sup> de vobis defatigatione homines, defatigatis etiam ELOHIM meum?

14<sup>t</sup> Ad sic dabit ADONAI ipse vobis signum: Ecce<sup>u</sup> virgo grauida, & pariens filium, & vocabit nomen eius Ghimmanuel.

15 Butyrum & mel comedet: ad cognoscere eum fastidium - habere in malo, & eligere in bono.

16 Quia in antequam cognoscet<sup>y</sup> excussus fastidium - habere in malo, & eligere in bono, derelinquetur humus, qua tu compunctus de faciebus duorum regum eius.

17 Venire faciet IHVH super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui non venerunt ad die discedere Ephraim de super Iehudah ad regem<sup>z</sup> Asur.

18 Et erit in die ipsa sibilabit IHVH musca, quæ in extremitate riuorum Ægypti, & api quæ in terra Assur.

19 Et venient, & confident eorum in<sup>a</sup> torrentibus barathrorum, & in cavitatibus rupium, & in omnibus lignetis, & in omnibus<sup>\*</sup> nahalolim

20 In die ipsa radet ADONAI in nouacula mercenaria in transitibus fluminis, in rege Assur, caput & pilum pedum: & etiam barbam contrahet.

21 Et erit in die ipsa viuificabit vir vitulum bouis & duas<sup>b</sup> ouem.

<sup>m</sup> vt compungere faciamus  
<sup>n</sup> vt diffundere faciamus

<sup>o</sup> anno, vel annis  
<sup>p</sup> frangeretur, arderetur, percelleretur

<sup>q</sup> exalta, eleua  
<sup>r</sup> postulare, seu postulare

<sup>s</sup> à vel præ

<sup>t</sup> Hispanice, Anfi  
<sup>u</sup> adolescens  
<sup>x</sup> gignens

<sup>y</sup> puer

<sup>z</sup> Assyriae sic v. 18.

<sup>a</sup> vallibus

<sup>\*</sup> arboribus velibus, arbutis, seu domibus laudis

<sup>b</sup> ouis, gregis, peccoris

Matth. 1. d 21.  
Luc. 1. c 13.

22 & pra ubertate lactis comedet butyrum. butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terra.

23 Et erit in die illa: Omnis locus ubi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt.

24 Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spina erunt in uniuersa terra.

25 Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium. & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

22 Et erit de multitudine facere lac, comedet butyrum. quia butyrum & mel comedet omnis <sup>c restans.</sup> superrelictus in intimo terræ. <sup>superstes</sup>

23 Et erit in die ipsa, erit omnis locus, quo erit ibi mille vitis in mille argento: fenticeto & spineto erit.

24 In sagittis & in arcu veniet in ibi: quia fenticetum & spinetum erit omnis terra.

25 Et omnes montes, qui in sarculo congregabuntur, non veniet inibi timor fenticeti: & erit in immissione tauri & calcationi pecudis.



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



T FACTVM EST IN DIEBVS ACHAZ &c.] Iam hinc peruenitur ad tempus tertium quo Isaias prophetauit, nimirum Achazo rege: nam priora quinque capita, sub Huzzia prophetata fuerunt, sextum, sub Iotham. Historia hæc descripta habetur 2. Regum. 16. v. 5.

VERS. 2.

ET NVNTIAVERVNT DOMVI DAVID, DICENTES.] Heb. Et renuntiatum fuit Domini Davidis, dicendo. id est, regi, proceribusque regni Iehudæ.

REQVIEVIT SYRIA SVPER EPHRAHIM.] vel *consedit, pausauit, castrametatus est.* vt inielligatur sane Syros iam castra habuisse in in ditione Israelitarum fæderatorum, ad oppugnandam Ierusalem. Alij: *Acquiescit Syria cum Ephraim.* id est, Retzini Syriæ conuenit cum Pekacho rege Israelitarum, vt oppugnent te communi operâ, cum Ephraim. id est, Israelitis, quorum potentissima & præcipua tribus erat Ephraim, & primus rex Ephraimæus, synecdoche. Nonnulli reddunt: *Duxit exercitum Syrus ad Ephraim.* q. d. Societatem iniit Syria cum Ephraim, copiæ Syrorum iunctæ sunt cum copiis regis Israelis ad obsidentam Ierusalem.

VERS. 3.

TV, ET QVI DERELICTVS EST IASVB FILIVS TVVS.] Heb. tu, & Sear Iasub filius tuus. obseruant, hoc nomen etsi proprium est, non esse tamen fortuito aut imprudenter puero inditum, sed certo consilio, ad significandum misericordiam Dei reducendis & seruandis reliquiis: est enim רשׁוּתֵי רֵשׁוּתֵי שְׁחַרְיָאֲשׁוּב, si verbum verbo reddas, Reliquum, vel Reliquia, Reuertetur: qua appellatione signum dedit Ieschahja cum liberationis illius æternæ, qua reliquiæ saluæ factæ sunt, supra cap. 1. v. 9. & cap. 4. v. 3. & infra cap. 10. v. 21: tum liberationum singularium, quas pœnitentibus pollicebatur Deus, quum Iudæi vnde quaque cæderentur, & in captiuitatem raperentur, vt historia docet 2. Paralipom. 28. Iubet autem hoc loco

Deus Scheat-Iaschubum puerum cum propheta patre regem accedere, vt promissiones Dei eo certius ac vehementius definirentur, ad confirmandum regem, infra vers. 15. & sequentibus

AD EXTREMVM AQVÆDVCTVS PISCINÆ SVPERIORIS IN VIA AGRIFVLLONIS.] Quidam ex Heb. *ad finem ascensionis, seu cliui piscina superioris, ad semitam agri fullonis.* Alij: *in extremum aquaductum piscina superioris, ad aggerem agri fullonici.* Exponunt, id est extra urbem ex aduerso regiæ, vbi spatia- tur Achaz: vide de hoc loco 2. Reg. 18. v. 17. *piscina inferioris, de qua infra Cap. 22. v. 9.* De his piscinis Ierosolymitanis, quæ hunc, aliosque Scripturæ locos illustrant, hæc prodit Brocardus accuratissimus Terræ sanctæ descriptor: [*Proinde inuentibus portam vallis, seu gregis ad Sinistram occurrit piscina. Probatia, in qua Nathinai lauabant hostias, quas tradebant sacerdotibus in templo offerendas. Ad dexteram verò ostenditur alia piscina grandis, qua dicebatur piscina interior, facta ab Ezechia: nam obturans superiorem fontem aquarum Gion, auertit aquas eius direxitque dentem urbis David, incidens ferro petram per vallem quam paulo superius commemoramus.*] nempe quæ erat à parte occidentali urbis inter urbem & montem Caluarie. *] in introduxit aquas per medium ciuitatis in piscinam istam, ne populus in obsidione positus aqua penuria laboraret: fontem verò aquarum Gion, qui non longè distabat ab agro fullonis, duxit in superiorem piscinam, qua est super natatoria Siloha. Et hac quidem Achaz incepit, sed non perfecit. De hac piscina & de hoc fonte, atque eius situ loquitur Isaias: Egredere ad extremum aquaductus piscina superioris in via agri fullonis. Dicitur autem piscina superior respectu natatoria, qua tanquam inferior recipit aquas de fonte Siloha. Es ne erros in his piscinis, aduerte, quod prima & præcipua piscina in Ierusalem erat piscina Probatia, quam Salomon facit pro ministerio templi. Secunda fuit iuxta illam contra aquilonem, dicta interior, quam fecit Ezechias vt dictum est. Tertia, nasa-*

toria Siloba, qua erat sub monte Sion, prope agrum Hakeldemach, habebatque aquam de fonte Siloba, quam Ezechias quoque fecit. Quarta erat Superior piscina, de qua dictum est, quam Ezechias etiam fecit. Et hac non fuit in ciuitate, ut quidam sentire videmur, enim ciuitas ipsa altior fuit origine eius, de qua hac piscina suas hauriebat aquas, nempe de fonte Siloba, & de fonte inferiore aquarum Gion. Et post pauca: Sub monte Sion contra regiam Salomonis in Occidentali latere vallis Iosaphab est fons Siloba, à quo per aqueductum deriuatur aqua in piscinam superiorem, & in natatorium Siloba, non semper, sed quando inundat aquis. Porro ambae piscinae sunt in pede montis Sion: suscipiunt quoque haec piscinae aquas de fonte Gion inferiore, qui oritur sub agro fullonis. ] Haec tenus Brocardus, ex cuius descriptione perspicue apparet, piscinam superiorem, de qua hic loquitur Isaia extra urbem fuisse, & recepisse aquas ex Gihone inferiore, non procul ab agro fullonis. De quo agitur Eusebius & S. Hieronymus in locis Hebraicis: [ *Topheth, est autem in suburbanis Aeliae usque hodie locus qui sic vocatur, iuxta piscinam fullonis, & agrum Acheldema.* ] Vide Iosue 15. v. 7.

VERS. 4. ET DICES AD EVM &C. ] Hunc versum nostra Translatio verbatim ex Hebr. representauit, alij variè. 1. *Et dicis ad eum: Caue, & quiesce, vel obserua ut sis quieto animo & tranquillo: ne timeas, & cor tuum ne mollescat, à duabus caudis, seu extremitatibus titionum fumigantium istorum, in quibus amotis à foco durare adhuc solet ignis: in ira furoris Resin, & Aram, & filij Remaliahu.* 2. *Et dicito ei: Obserua & sis tranquillus. vel reside, & sedatus esto: metaphora à vino turbulento quod residere & sedari solet super faciem suam: nam hic verbum שָׁמַר schamar dictum volunt, à שְׁמַרִים schemarim, facibus, quod ex seruent vinum: hoc dicit, quod vers. 2. dixisset, eos commotos fuisse nuntio de aduentu hostium: ne timeas, neque mollescat cor tuum à duabus caudis istorum titionum fumigantium, hoc est, ab astu nati Rezin, & Syri, atque filij Romelia. id est, qui instar titionum in quibus intermortuus aliquis superest ignis, fumum tibi & metum excitabunt sed non poterunt te amburere.* 3. vbi indices ei: *Caue tibi ut sis quietus, ne timeto, & cor tuum ne mollescat, propter duas caudas titionum fumigantium istas. id est, à terribus extremis, quos ego iam tantis calamitatibus incendi, ut pene exusti sint, ac nihil amplius nisi fumigare possint: & qui propediem omnino exurentur, ut sequentibus propheta explicat. Respicit enim Deus ad praterita bella, quibus regna Syriae & Israelis attrita fuerant: Syriae quidem, à Ioascho filio Ioachazi. 2. Reg. 13. v. 15. Israelis verò, intestinis conspirationibus & bellis, 2. Reg. 15. & utrumque aduentu Phulidis regis Assyriae, Reg. 15. v. 19. & 1. Paralipom. 5. v. 26. propter accensam iram Retzinis cum Syris, & filij Remalia. id est, Phekach, cuius nomen ad indignitatem reticetur, ut versu sequente.*

VERS. 5. EO QUOD CONSILIUM INIERIT CONTRA TE, &C. ] Hunc versum expressius alij *Malnenda, In libr. Isaia.*

reddunt: 1. eo quod malum consiliu contra te inierint Syrus, Ephraim, & filius Romelia sic conspirando. 2. propterea quod iniiit consiliu contra te Syrus malum, Ephraim, id est, Israelita, ut supra vers. 2. & filius Remalia, dicendo.

ASCENDAMVS AD IVDAM, ET SVSCITEMVS EVM, ET AVELLAMVS EVM AD NOS. ] Variè alij ex Hebr. 1: *Ascendamus in Iebudah. subaudi, cum magno exercitu, id est, paremus expeditionem in Ierusalem: & obsideamus eam, & scindamus eam nobis.* 2. *Ascendamus in Iebudah, & expergisci faciamus illam. vel excitabimus eam, perumpamusque eam ad nos. id est, perupto muro, irrumpamus in eam vi armorum, ita ut hac ratione veniat in potestatem nostram. vel diruemusque eam ut sit nostra.* 3. *Ascendamus in Iuda, & tadio afficiemus eam longa obsidionis: vel & defatigemus, vel deficere faciamus eam, & disseccando pertrahamus ad nos. id est, eam concidendo, vel disseccando in varias dynastias, quo potentia eius in plures distracta, minor sit.* 4. *Ascendamus contra Iebudaeam, ut tadio afficiamus, seu fatigemus eam, & disseccemus eam ad nos, vel & dissectam adiungamus eam nobis.* Vide similem loquutionem 2. Paralipom. 21: vers. 17.

ET SVSCETEMVS EVM. ] vel expergefaciamus eam. ] à somno, metaphora, quæ arrogantiam hostium designat. proprie, & compungamus. extimulemus eam. & formula Hiphil significatum intendit, id est, acriter & acerbè pungamus.

FILIVM TABEL. ] Plerique pro appellatione accipiunt, *filium boni Dei, vel boni fortis.* hoc est, idoneum, aptum, commodum, strenuum ad regnandum: vnde Chaldaeus reddit: *eum qui rectus erit nobis.* vide de hoc Tabel Lexicon Ioannis Auenarij. Aliqui, certum aliquem Syrum hoc nomine dictum volunt; nam Tabaël, siue Tabrimon Syrorum est appellatio, qui Rimonem colebant pro Deo: vide in 1. Reg. 15. vers. 18. & 2. Reg. 5. vers. 18.

DOMINVS DEVS. ] Quidam ex Hebr. legunt *Adonai Iehou.* vide in Genes. 15. vers. 2.

NON STABIT, ET NON ERIT ISTVD. ] Alij: 1. *Non ratum erit, vel non consistet, neque fiet.* 2. *Non existet, neque extabit istud.* Possis reddere: *Non stabis, & non eris.* ut sit apostrophe ad Retzin & ad Phekah, singulariter ad vtrumque.

SED CAPVT SYRIÆ DAMASCVS, ET CAPVT DAMASCI RASIN. ] Exponunt, sed caput Syriae erit Damascus solum, non autem erit caput Iudææ, quasi dicat, nunquam fiet ut Damascus imperet, aut sit metropolis Iudææ: ut Retzin imperabit tantum Damasco, erit solum rex Damasci, non erit rex Ierusalaim. Alij rectius ex sequenti hemistichio subaudiunt verbum: *Nam caput Syriae Damascus, id est, ciuitas, mater, metropolis, nimirum desinet, atteretur, frangetur: & caput Damasci. id est, rex & princeps Damasci Retzin, similiter atteretur, &c. sic versu sequente.* De Damasco vide Genes. 14. vers. 15. de clade & excidio

Damasci, & cæde Retzinis, de qua Isaïas hinc vaticinatur, vide in 2. Reg. 16. v. 9.

ET ADHUC SEXAGINTA ET QUINQUE ANNI, ET DESINET EPHRAÏM ESSE POPULVS. ] Insignem hanc prophetiam, quam hinc proponit Isaïas de vtriusque regni & Syriaci, & Israëliti excidio, & sic initio ac fine horum sexaginta quinque annorum, intra quos defiturus erat omnino populus Israëliticus, variè versant & accipiunt Explanatores. Sed quia instituti nostri ratio non patitur salebrosas has ac penè inextricabiles quæstiones Chronologicas longius persequi; sat visum summam earum, quam post alios Tremellius & Iunius, breuiter ac dilucide complexi sunt, tamen à fide orthodoxa alieni, hinc inferere. Hanc, inquiunt prophetiam suis terminis à Ieschaja circumscribi pro more certum est, sed in accommodatione temporis variant sententiæ: quamobrem nos duas illarum probatioribus lectoribus afferremus. In summa quidem consentiunt omnes exitium regno vtrique denturari, sed tempus plerique ex antecedente Hamosi propheta petunt, in fine cap. 7. hoc modo: Hamos biennio prophetauit ante terramotum, quem Zacharia 14. vers. 5. temporibus Huzzijæ contigisse docet, Iudæi eodem anno putant, quo rex Huzzija sacrificandi munere sibi arrogato percussus est lepra; (fuit autem is annus 24. regni Huzzijæ; vide 2. Reg. 15. vers. 1. & sequentibus) itaque hoc modo supputant, à 22. Huzzijæ, hoc est, biennio ante terramotum, ad vltimum sunt 30. anni, Iothami 15. Achazi 14. Chizkijæ 6. ita conficiuntur anni 65. intra quos regnum Syriæ primum, deinde regnum Israëlitarum deletum est. Nos autem alteram hanc magis probamus, vt in hac non antecedentium temporum, sed sequentium ratio ex prophetarum vsu habeatur. Nam Ieschaja his verbis ostendit primum regnum Syriæ mox excisum iri, & regem moriturum, quod ad summum quarto post anno necesse est euenisse: vt ponamus hæc à propheta dici primo ipso Achazi anno: deinde à Syrorum clade vsque ad plenam Israëlitarum deportationem, ab ipso tempore huius prophetiæ fore, vt effluent 65. anni: quamuis enim sexto anno Chizkijæ regnum Israëlitis fuerit abolitum; tamen non statim Israëliti destitit esse populus, cum pars tantum aliqua deportata esset: verum omnino populus esse tum demum destitit, quum per Esar-Chaddonem filium Sancheribi nouæ coloniæ introductæ sunt, & Israëliti omnes in seruitutem rapti, quod ipsi Samaritani exponunt Hezra 4. v. 2. Quamobrem seriem temporum ita statuimus: à quarto Achazi anno, quo regnum Syriæ intercidit, ad finem eius sunt anni 11. Chizkijæ 29. ita vt anno Menaschis regnantis 25. fuerit vltima Israëlitarum translatio: sit autem à prophetiæ tempore incæperis, dicitur res incidisse in annum 21. aut 22. Menaschis, quo forte tempore, aiunt quidam, Manasche captiuus in Babyloniã adductus est. Hactenus illi: vnde locum hunc ita explanant: deinde intra sexaginta quinque annos atteretur Ephraim. id est, temporibus Menaschis,

Esar-Chaddon deportauit totas reliquias Israëlitis: siue is 65. annus fuerit ab hac prophetia siue ab exitio Syriæ, quod quarto post anno ad summum gestum est. vt non sit populus. id est, totus atteretur, vt rempublicam nullam omnino habeat: hoc autem tum demum accidit, quum reliquiæ deportatæ sunt, non autem quum à Schalmanesere deuecti, tantum ex parte fuerunt deportati: quod factum est post annos quasi nouendecim ab hac prophetia; à quo tempore vsque ad deportationem ab Esar-Chaddone factam intercesserunt anni ferme quadraginta sex, quibus adhuc suæ fuerunt Israëlitis respublicæ vtcunque tenues. Hæc Tremellij & Iunij interpretatio mihi semper suspecta fuit: certum quidem est ex Hezra 5. v. 2. Esar-Chaddonem colonias ex Assyria in terram Israëliticam duxisse: sed quod inde extremas Israëlitarum reliquias deportauerit, nec ibi, nec alibi aperte dicitur: sed est mera coniectura & diuinatio falso quam vero proprios, cum suprema Israëlitarum deportatio non nisi Salmaneseri in Scriptura tribuatur: vide 2. Reg. 17. vers. 6. Quare tutius est priori interpretationi inhære, de qua vide S. Hieronymum, & plurimos recentiores in hunc locum. Nam obiectiones: quæ opponunt, satis constat ex veræ chronologiæ ignoratione dimanare; etenim annus 24. Huzzijæ, quo lepra percussus fuit, incidit in 27. Ieroboam, vt annotauimus in 2. Reg. 15. v. 1.

ET CAPVT SAMARIÆ FILVVS ROMÆ. ] subaudi, atteretur, vt versu præcedente: quem quarto post anno ad summum interfecit Hofsheah, 2. Reg. 15. v. 30.

SI NON CREDIDERITIS, PERMANEBITIS. ] Variè alij ex Hebr. 1. Sanctes ac Vatablus: *Si non credatis verbis meis, id sit quia non estis stabiles.* summi in fide, fideles. 2. Forsterus: *Si non credideritis, etiam non credemini.* id est, si non inuitimini scilicet promissioni diuinæ, etiam non credemini, id est, non sustentabimini, stabilimini, confirmabimini, certati, stabiles, eritis. 3. Forsterus: *Si non credideritis, etiam non stabiliemini, non fulcietemini.* id est, nisi habueritis dictis meis fidem, & fidei fueritis promissionibus Domini; nec vos etiam ipse stabiliet aut confirmabit; sed vos sine delabi & deiici, vt sicut Israëliti à statu vestro cadatis; & regnum amittatis. Conferendus hic locus cum altero 2. Paralipom. 20. vers. 20. eisdem verbis concepto: 4. Auenarius: *Si non credideritis, non reperiemini fideles, vel non defendemini.* 5. Tremellius & Iunius: *An non creditis? quod non confirmamini.* Reprehensio diffidentia Achazi: quam propterea Ieschaja obiicit, quod Achazum animaduertenter perstare in sua illa trepidatione cuius facta est mentio supra vers. 2. quod non confirmamini, nimirum hac promissione Dei, sed potius in vestra trepidatione pergitis. Sic visum est hunc locum potius accipere, quam vt vulgò redditur, tum propter natiuam vocum significationem, tum etiam propter antecedentia & consequentia, quibus interpretationem hanc melius coherere omnes vident. Confer cum 2. Chronicor. 20. v. 20.



VERS. 10. ET ADIECIT DOMINVS LOQVI AD ACHAZ, DICENS. ] Alij: *Quamobrem perrexit Iehova edicere Achazo, dicendo. Quum nudo verbo non confirmaretur rex, tum placuit Deo adhibere signum, ad infidelitatem Achazi euincendam.*

VERS. 11. PETE TIBI SIGNVM A DOMINO, seu IHVH DEO TVO. ] quo nimirum confirmeris de hac liberatione & salute, quam Deus se se promittit effecturum, siquidem non confirmaris verbo.

IN PROFVNDVM INFERNI, SIVE IN EXCELSVM SVpra. ] Alij ex Hebr. 1. *profundum fac petendo, vel descende in imum petendo, aut demitte te ipsum petendo: vel eleuate ipsum desuper.* quasi dicat, si non credis, & adhuc hæsitas, pete signum in imò, aut sursum, id est, in cælo vel in terra. 2. *profunda petitionem, vel eleua sursum.* Scilicet petitionem. 3. *multiplica petendo, vel multiplica, pete.* id est, multum, pete. *שְׁעָלָה* *schealah*, & infinitiuus, & imperatiuus, & nomen infinitum esse potest: & *eleua te superne.* 4. *de profundo pete, aut in altitudinem eius sursum.* 5. *profundum fac petendo, aut exalta sursum.* vide Genes. 12. vers. 11. vel *profundis pete, aut ex rebus altissimis.* quasi dicat, optio tibi datur ut e cælo, aut e terra, aut vnde vis petas: nam hoc quoque Deus offert, & se præstiturum pollicetur. 6. *penetra ad infernum, aut extollere sursum.* Leui mutatione punctorum pro *SCHALAH*, legi potest *שְׁעָלָה* *scheolah*, in infernum.

VERS. 12. NON PETAM ET NON TENTABO DOMINVM. ] Notant alie indignantis verba, quibus Achaz primum consilium prophetae de petendo signo recusat accipere; deinde promissionem superiorem totam ludificatur hoc modo: Putane me adeo desipere, ut istius Iehovæ, quem prædicas, periculum faciam, committendo ipsi exitum istius belli grauisissimi, & in ista opinione fidei, quam à me postulas, vecordia tabescendo: non faciam, inquit, oportet me alia via mihi prospicere. Hunc locum sic interpretantur propter sequentia, & summam illam impietatem Achazi inde à principio regni, quæ exponitur 2. Paralipom. 28. vers. 19. & sequentibus. Alij in eandem ferme sensum: Nolo perdere operam, non mihi in animo est vires istius Iehovæ experiri, aut de eius potentia periculum facere, quem scio præstare, vel non velle, vel non posse, quæ polliceris. Verba sunt hominis palam athei: & ex facto eius planè cognoscitur: nam diffusus Iehovæ, misit ad Assyrium ut se liberaret, 2. Reg. 16 v. 7. & sequentibus. Atque hæc nobis expositio magis probatur, ut regis potius aperta impietas, quàm simulata religio & hypocrisis fuerit.

VERS. 13. ET DIXIT. ] scilicet propheta. AUDITE ERGO DOMVS DAVID. ] Alij: *Audite iam, domus Davidis.* Exaggeratio impietatis Achazi, quasi dicat, o ingratisissimi, degeneres à Davide patre, in Deum impij, & immemores promissionum beneficiorumque maximorum eius, qui vos familia & genere Davidis tactatis, indignissimi eo nomine: inuenitur in regem iptum, & principes seu proceres regni.

NVMQVID PARVM VOBIS EST MOLESTOS ESSE HOMINIBVS, QVIA MOLESTI ESTIS ET DEO MEO? ] Variè alij ex Hebr. 1. *Nunquid parum est vobis labore, radio, molestia afficere homines, quod labore, radio molestia afficitis etiam Deum meum?* 2. *An parum sit à vobis defatigare homines, quandoquidem defatigatis etiam Deum meum?* quod bifariam accipiunt; & homines & Deum delassatis: vel dum mihi molesti estis, molesti quoque estis & Deo, qui in me loquitur, & ex cuius ore ego loquor. Iuxta illud, *Qui vos spernit, me spernit, &c.* 3. *An parum est, quod a vobis molestia venit hominibus, id est, prophetis, continendo illos: nisi quod etiam Deum meum facitis debilem, seu infirmum?* Hoc dicit, quod Achaz idcirco noluerit petere signum, quod Deum inualidum existimaret ad ferendam opem. 4. *An parua res est pra vobis: vide similem loquutionem Numeror. 16. v. 9. fatigare homines, quod etiam fatigatis Deum meum?* id est, Facitne tam parui hoc malum, quod omnibus per scelera & improbitatem vestram estis molestissimi, ac nominatim mihi, cuius prophetiam tam proterue repudiatis, ut etiam audeatis iam in Deum ipsum ipsum inuchi arrogantissime, quasi aut nolit, aut non amplius possit promissa efficere? *Deum meum?* id est, cui hæreo, & seruo, ac non amplius tuum, ut supra v. 11.

SIGNVM. ] ingens miraculum, omnibus sæculis inuisum, inauditum, singularissimum, nec vnquam antea editum, nec vnquam postea edendum, quam diu mundus itabit.

VIRGO. ] *הַבְּלִיחַ* *hagbalmah*, de hac voce vide Prouerb. 30. v. 19. nos hic reclamantibus Hebræis, cum LXX. Interpretibus, & Matthæo 1. vers. 23. & cunctis Ecclesiæ Patribus PAPHENOS, id est, *Virgo reddimus.* Aliqui Articulum *He*, præfixum voci *GHALMAH*, non esse otiosum existimant, sed emphaticam notam, quasi dicat, *virgo illa per antonomasiam.* Sed nos, qui morem & vsum Hebraismi nouimus, non id magnificimus, cum præponatur etiam Rebeckæ Genes. 24. v. 43. & Mariæ sorori Mosis, Exod. 2. v. 8. Latini interdum eam, quæ semel vel pluries peperit, virginem appellant, nimirum à viridiore ætate, ut annotat Seruius, in 6. Eclogam Virgilij, & nos in Prouerbior. 30. vers. 19. obseruabamus: at propriè eam, quæ semel peperit, etiam virginem opponunt, ut Virgilius 4. Georgicorum:

— altera Virgo,  
Altera tum primos Lucina experta labores.  
Nec vllum est dubium quin hæc virgo dicatur, quæ viri concubitum nunquam sit experta, sed integra, intacta, illibata maneat. vide Galatinum lib. 7. cap. 15.

CONCIPIET. ] *הָרָה* *harah*, concipiens, grauida, pregnans. Matthæi interpres, in vtero habens exposuit, quod Latini dicunt, *uterum gestans.*

ET VOCABITVR NOMEN EIVS. ] Heb. ut scribitur, & potest esse secunda persona; & vocabis. tu, o virgo, vel tu, o domus David. vel tertia persona fœmina. & vocabit. scilicet ipsa virgo mater infantis. vel Spiritus Sanctus, qui Heb. est fœminei generis. Tremellius

VERS. 12.

mellius & Iunius ita hunc versum interpretantur: *Idcirco dat Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabis, ò virgo, nomen eius Himmanuel.* Exponunt verò: *Idcirco*; nempe quia nec creditis, nec signum ad confirmandam fidem de instante liberatione petitis, cum Deus vltro offerat: sed Deum indignissimè fatigatis. *Ætiologia* superioris reprehensionis, amplificans, indignissimam Achazi infidelitatem, ab æterna benevolentia Dei, quam Ecclesia inde ab orbe condito perceperat ex fœdere illius: *Qui potestis*, inquit propheta, tam impiè Deo obistere, cum ipse benignissimè iam olim Semen Mulieris, Abrahami, Davidisque promiserit, vt in eo promissiones omnes, etiam singulares, ratæ sint, 2. Corinth. 2. v. 19. Atque idcirco signum hoc toti Ecclesie, ac nominatim familie vestræ dedit, vt credatis omnibus vniuersalibus & singularibus, publicis, priuatique promissionibus eius, ac non infidelitate ipsum fatigatis: nam, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, qui non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur? Romanor. 8. v. 22. *dat Dominus ipse vobis.* id est, vt Ecclesie suæ iam olim exhibuit verbo, ita etiam nunc vobis & regno vestro, in quo est Ecclesia ipsus, gratosè offert, & suo tempore exhibebit: sic enim accipitur *dandi*, vel *edendi* verbum Deuterom. 13. v. 1. & alibi. *Signum.* id est, miraculosum documentum, ac fundamentum fœderis, omniumque promissionum eius *Ecce* demonstrandi particula cum rei certitudinem ostendit, tum attentionem perpetuam à piis adhibendam docet, cæteris omnibus rebus omiſſis. *Virgo.* cuius Semen conteret caput serpentis, iam olim à Deo promissa, Genes. 3. v. 15. & à Patribus expectata, nimirum, Maria, vt interpretatur angelus Matth. 1. v. 22. & *vocabis, ò Virgo, nomen eius.* id est, vocare poteris, & reipla agnosces atque testaberis: apostrophe ad matrem. Et si haud scio an melius per tertiam personam exponi posset, vt fecit Hieronymus: cuius personæ terminatio non est infrequens apud Hebræos, in illo verborum ordine. Certe sic longe commodius fluxerint omnia. *Himmanuele.* id est, Nobiscum Deum fortem. Nam sermo caro factus est, & habitauit in nobis, &c. Ioannis 1. v. 14. Alij simpliciter accipiunt; quia Achaz presentis suæ & regni sui liberationis & incolumitatis signum à Deo postulare detrectat: ecce Deus vltro vobis, ò domus David, signum certissimum offert, Davidici regni perpetuitates, salutisque, nempe Christum nasciturum de virgine ex semine Davidis, & regnaturum in æternum.

VERS. 15.

BUTYRVM ET MEL COMEDET, VT SCIAT REPROBARE MALVM ET ELIGERE BONVM.) His verbis volunt periphrastice describi veram infantiam ac pueritiam huius Himmanuelis virginis filij. Aluntur, & gaudent pueri pinguibus & dulcibus, quæ sunt amica naturæ, lactea & dulcia appetunt, acria, & acetosa repudiant. q. d. hic puer verus homo erit, verum corpus humanam, & non phantasticum habebit: nam more cæterorum

puerorum pinguibus & dulcibus vescetur, vt butyro, melle: Synecdoche: quæ sunt ordinarij infantium cibi: acria & amara atque insuauia respuet, fastidiet, aspernabitur. Notantque, hunc locum non minus quam precedentem diuinam Filij Dei Incarnationem ostendere: nam si ille puer virginis filius homo tantum futurus erat, & non Deus, quid mirum eum cibo humano vsurum: hoc autem est maximè mirum, quod, cum Deus sit, cibo tamen humano vescatur, id est, sit etiam verus homo: Malum & bonum hic pro amaro, & dulci, more Hebraico. Forsterus reddit: *Butyrum & mel comedet vt ipse sciat fastidium habere in malo, & electionem habere in bono.*

[VT SCIAT REPROBARE.] Hebr. *ad scire ipsum, vel ipsius.* vnde notant, particulam *vt*, non causam finalem, sed consequutionem denotare. Aliqui reddunt: *vipote qui sciat ipse fastidire malum, &c.* S. Hieronymus ita videtur accipere: quamuis hic puerulus aliorum more cibus vescatur humanis, tamen supra sensus pueriles, sciet discernere inter bonum & malum: quasi dicat in infantili corpore sapientiam diuinam retinebit. Tremellius & Iunius singularem huius versus explanationem excogitarunt: *Butyrum & mel faciet comedamus, vt sciat hic puer spernere malum, & eligere bonum.* Confirmatio, inquit, promissionis Dei erga pios de ea liberatione, quam Ieschaja prædicauerat supra vers. 7. & 8. à præsentem signo Schear-Iaschubi pueri, quem propterea Deus adduci mandauerat, vers. 3. quasi dicat propheta: Etsi infidelitate sua depellit à se domus Davidis beneficentiam Dei, non est tamen cur ego aut piorum quisquam dubitemus de hac ventura liberatione: ego verò hoc filio meo spondere ausim, & prout imperauit Deus, puerum in signum liberationis nostræ, & excidij istorum statuere, vt ipse meminit infra cap. 8. vers. 18. Est itaque sententia huius versus: ille Himmanuel nos seruaturus est propter gratiam suam, & alimenta suppeditaturus commode: huius beneficio fretus ne puer quidem hic damnum accipiet ab istis regibus, sed viuet inuitis illis, educabitur, & grandescet: ac proinde hoc signo regnum Iehudæ de conseruatione sua confirmatum esto: deinde subiungatur amplificatio sequente versu: imò verò, inquit, iam reges isti perierint, antequam hic puer incipiat sapere. Quamobrem euidentia causa nominatum, *puer*, qui in sequente versu expressus est hypozeugmaticè in hoc versu repetiuimus, pro certo habentes hoc simplicissimum esse consilium Ieschahie. *facies comedamus.* id est, non destituetur Iehudah commodis huius vitæ per istos reges; imò potius molliter nutrietur. *vt sciat hic puer spernere malum, & eligere bonum.* id est, vt educatus adulescat, qua arate discriminant adulti inter bonum & malum: Noematica periphrasis, vt etiam sequente versu. Sed præterquam quod hæc expositio subtilis nimium est & curiosa, durè admodum futurum יִשְׁכַּח יִשְׁכַּח יִשְׁכַּח, quasi esset ex Hiphil reddit, *comedere-facies*: cum sit ex Kal, *comedet.*

QVIA ANTEQVAM SCIAT PVER VERS. 16.  
REPRO

REPROBARE MALVM, ET ELIGERE BONVM, &c.] Quidam: *Quia antequam sciat puer ille, &c.* nempe, ille Himmanuel natus de Virgine. id est, antequam nascatur, seu incarnetur in utero matris: tunc enim primum sciuit iam reprobare malum & eligere bonum: nam ab ipso suæ conceptionis momento plenissime imbutus fuit vsu rationis, & scientia diuina & infusa. Sed longe remotum fuit id signum à cæde duorum istorum regum Retzinis, & Phekachi, quam mox futuram Isaias pollicetur. Proinde aptius hæc de Sear-Iasubo filio Isaiæ puerulo, de quo supra vers. 3. acceperimus, vt redeat propheta ad inchoatam historiam de liberatione Iehudææ à duobus illis regibus, eam inuadentibus. vnde quidam reddunt: *Nam quum nondum nouerit hic puer Sear-Iasub filius meus, spernere malum & eligere bonum.* id est, antequam adolescat, ac plenè discriminet malum à bono: *relinquetur illa terra, cuius causa tædet te, à duobus regibus.* Syria & Israelis. id est, tollentur morte à regnis suis ij duo reges 2. Reg. 13. vers. 30. & c. 16. vers. 9. nam vterque intra quartum annum Achazi interfectus est. Variè alij ex Hebr. 1. *deseretur terra, à qua tu nunc abhorres, propter duos reges eius.* id est, Syria & Samaria deserentur, quas tu odio prosequeris propter duos reges eius, qui te obsident. 2. *deseretur terra, in qua tu compungeris, propter duos reges eius.* id est, cuius reges te affligunt, & quasi aculeis compungunt: vt supra ipsi dixerant, vers. 6. & *compungemus eam.* 3. *derelinquetur terra, in qua tu compungeris, à facie duorum regum eius.* 4. *derelinquetur terra, à qua tu tædio afficeris, à qua abhorres, & cuius causa anxius es, quam vereris, à facie duorum regum eius.* Hispanicus Interpres: *la tierra que tu aborreces.* id est, *la tierra de tus enemigos, sera dexada de sus dos reyes.* id est, peribunt ipsi.

A FACIE DVORVM REGVM SVORVM.] Potest id iungi cum. *quam tu detestaris, propter duos reges suos.* vel cum *derelinquetur, à duobus regibus:* quod est aptius.

VERS. 17. ADDUCET DOMINVS SVPER TE, &c.] Hebr. *Faciet Iehouah vt veniant contra te, &c.* obseruant esse denuntiationem castigationum & iudiciorum Dei, quæ regi, & Iudæis infidelibus ventura erant: quæ hoc versu per prolepsin dicta, sequentibus vsque ad finem capituli exponuntur.

DIES QVI NON VENERVNT A DIEBVS SEPARATIONIS EPHRAÏM A IYDA CVM REGE ASSYRIORVM.] Alij ex Hebr. 1. *tempora, qualia non fuerunt ab ipso die, quo recessit Ephraim à Iuda, nempe regem Assyrium.* Sancheribum 2. Reg. 18. 2. *tempora, qualia non venerunt, ex qua die recessit Ephraim à Iehudah,* id est, à defectione Israëlitarum, de qua 1. Reg. 12. *per regem Assyria.* cui tu, non Iehouæ confidis, vt supra dixerat Achaz vers. 12.

Cum rege Assyriorum. Hebr. *regem Assur,* vel ad, seu per regem Assur. id est, Adducet contra te, &c. durissima tempora per regem Assyriæ Thilghath-Philneferem 2. Paral. 28. vers. 20. & Sancheribum 2. Reg. 18. vers. 13. & sequentibus.

ET ERIT, &c.] Expositio singularis proleptos superioris capituli, primum à factis hostium vsque ad vers. 21. deinde à duris euentis ad finem vsque Capituli.

IN DIE ILLA:] qua Deus te, & familiam tuam paternam iudicaturus est, nimirum temporibus tuis, filiique tui.

SIBILABIT DOMINVS.] id est, sibilo annuet, vel exciet, more proceris aut magnatis, qui crepitu digitorum, aut sibilo seruos vocat.

MVSCÆ, QUÆ EST IN EXTREMO FLVMINVM ÆGYPTI.] Alij collectiue: *ad muscas, quæ sunt in extremitate riuorum Ægypti.* Exponunt, id est, hostes numerosissimos & velocissimos ac importunissimos Ægypti accolæ, cum Phelithæos sub Achazo, Edomæosque 2. Paralipom. 28. vers. 17. & 18. tum Æthiops sub Chizkija 2. Reg. 19. vers. 9. Alij S. Hieronymum sequuti, de Necho rege Ægypti accipiunt, qui Iosiam interfecit, & Ioachazum vinxit 2. Reg. 23.

FLVMINVM ÆGYPTI.] quod Ægyptus præter Nilum plura etiam alia flumina habeat, vt ex Strabone, Ptolemæo, aliisque cognoscitur. Alij: *riuorum Ægypti.* quod Ægyptus pluuiis carens multis fossis, & riuus è Nilo ductis irrigetur. S. Hieronymus: [*Muscæ autem Ægyptios vocat propter sordes idololatria, & imbellem populum.*] Nec inepte quidam *muscas* hic Æthiopes intelligunt, quod nigri sint, & numerosi, & in extremitate riuorum Ægypti, nempe sub Ægypto ipsa positi.

ET API QUÆ EST IN TERRA ASSVR.] Quidam collectiue: & *ad apes, quæ sunt in regione Assyria.* id est, confertissimos, potentissimos, velocissimos, & militari disciplina instructos Assyrios, quales sunt apes apud Virgilium & Plinium: allegoriz.

ET VENIENT, &c.] Sensum huius versus ita concipiunt, id est, oppida & agros occupabunt.

IN TORRENTIBVS VALLIVM.] Alij: *in vallibus desertorum locorum.* Nonnulli: *in torrentibus desolationum.* seu *desolatis, solitariis.* in torrentibus excavationum. Ego: *in torrentibus barathrorum,* dixi, quod torrentes impetu soleant excavare terram, ac multa loca prærupta ac præcipitia facere: vide supra cap. 5. vers. 6.

ET IN CAVERNIS PETRARVM.] Ex Hebr. Exponunt: & *in foraminibus, concavitatibus, cavernis, fissuris, specubus, antris petrarum:* vel *in dentibus, scopulis, proiectionibus petrarum, rupium, saxorum, silicium.*

ET IN OMNIBVS FRVTETIS.] נֶעְצוּצִים *nagharzuzim,* inquit Forsterus, nonnulli pro rubo spinoso, aliqui alij pro spina alba, quam in deserto crescere dicunt, accipiunt: *forasse,* quod propemodum referat spinam dorsu, quam *gharzah* dicitur, ramositate. *Licebit tameri accipere pro vepreto, seu fruticeto, quasi dicas lignetum, & in omnibus fruticetis, seu arbutis.* Aben-Ezra: & *in omnibus arboribus infructuosis.* Rabbi Sahadiah: *spinis albis acutis.* Kimchi: *arboribus vilibus.* Plerique alij: *spinis, spinetis, rubis, vel tubetis, dumis, seu dumeris.* pagos intelligunt.

relligunt, qui spinis; & dumis cingi solent. Forerius à *גז* ghez ligno: contignationes humiles, vel testitudines exponit: vt viles ac depressas domos vna tantum contignatione constantes significet. Tremellius & Iunius: & in omnibus virgulis. vocem inquirunt Hebræam sic interpretamur hoc loco; & infra cap. 55. vers. 13. propter ipsius etymon. Leo Iudas: & in omnibus casis.

BT IN VNIVERSIS FORAMINIBVS. ] *נבולולי* nabalolim, Forsterus: Indecora, seu ingloria ligna, qualia sunt diueta. vnde reddit: & in omnibus ingloriis scilicet lignis. id est, dumetis seu vepretis. Plerique Hebræorum & Nostrorum etiam vertunt: & in omnibus vitibus & illaudatis arboribus. Alij autem è contrario verbi significato: & in omnibus gloriosis & laudatis arboribus. quod Chaldaus Interpres etiam sequitur. Forerius: & in domibus laudatis. id est, amplis, magnificis, qualia sunt regum palatia, & domus principum ac diuitum. Leo Iudas: & in omnibus palatiis. Indicat propheta hostes omnia loca tam in agris, quam in vrbibus occupaturos, siue humilia siue magnifica fuerint.

VERS. 20.

RADET. ] id est, expilabit, exhauriet, corradet omnia in regno tuo: altera allegoria.

IN NOVACVLA CONDVCTA. ] quidam: in nouacula mercede-conducta. seu in nouacula mercenaria, seu conductitia. vocat Assyrios nouaculam conductam, vel quod spè spoliatorum, & à Deo incitati venturi essent: sic Ezechiel. 29. vers. 18. vel quòd optima & acutissima sit: nam, quæ conducuntur, optima esse solent, & ad rem gerendam accommodata: vel per sarcasum: nouacula ista mercenaria. id est, quam tu mercede conduxisti, obstringens te, & regnum tuum fide data Assyrio, & penitentionem exhibens 2. Reg. 16. vers. 7. & 8.

IN HIS, QVI TRANS FLVMEN SVNT, IN REGE ASSYRIORVM. ] Heb. in transitibus fluminis, in rege Assur. Alij: 1. in iis, qui venient de regionibus, quæ sunt trans-flumen, cum rege Assur. 2. in trans-flumen cum rege Assur. id est, in exercitu, qui veniet è regione, quæ est ad latera Euphratis. 3. in accolis Euphratis, cum rege Assur. 4. per transgressionem fluminis, id est, Trans fluuianos, seu Trans-euphratenses, in populo regis Assyria. 5. trans fluuium, rege Assyria. id est, quæ trans Euphratem est.

CAPVT ET PILOS PEDVM. ] Hypallage, pro, pilum capitis & pedum. Honesto vocabulo pilum pedum appellat pubem, & pilos circum pudenda: vt alibi vrinam, vocat aquam pedum. Quidam propriè accipiunt pilum pedum; quasi lotioni pedum pilorum etiam detonsionem adhiberent, quod & apud Gallos vsitatum est. pilum capitis & barbam nuncupat nobilitatem, & primores quosque gentis Iudææ: pilum pedum, plebem & ignobile vulgus. quasi dicat, omnia à summo ad imum: nihil relinquet intactum in toto regno: quod allegoricè cum corpore comparatur.

BT BARBAM VNIVERSAM. ] Hebr. & barbam contrahet, vel consumet, perdet. vide de notione verbi *ספח* saphah in Gen. 18. vers. 23.

ET ERIT IN DIE ILLA, &c. ] Postremam hanc partem capitis non satis aptè nobis videntur plerique Explanatorum accipere: aptius alij exponunt, vt sit amplificatio calamitatis Iudæorum ab euentis superiorum calamitatum, vt diximus in vers. 18. sunt autem hæc summam duo. hominum in frequentia, his duobus versibus; & regionis totius horriditas, tribus reliquis.

NVTRIET HOMO. ] Hebr. *Vinificabit vir.* vel *quispiam.* id est, alet. Hispanicè, *criarra.* auidara.

VACCAM BOVM. ] Hebr. *vitulam bonis.* Alij: *vitulam armeni.* Alij: *filiam bouis.* hoc est, subrumam, vt alibi. seu *iuuencam.*

ET PRÆVBERTATE LACTIS, COMEDET BUTYRVM. ] Hebr. *Et erit præ multitudine faciendi lac.* Alij: *Et erit propter multam facturam lactis.* 2. *Et erit, præ copia lactis, quod faciet, subaudi vitula, & duæ illæ oues.* 3. *Et erit, præ copia producti lactis, comedet butyrum.* Nonnulli præcedentem versum, & istum coniungunt, atque ita explanant: *Eritque tempore illo, vt qui asseruauerit bucculam armentariam, & duas pecudes, Erit inquam, vt præ copia præbiti lactis comedat butyrum.* id est, vt abundet lacte propter raritatem inhabitantium, ideoque solus labore de butyro comedendo, & occupando lacte. q. d. vel ex vna vitula & paucissimis pecudibus lac expressum, ac butyrum vbertim pascet comedentes: adeò paucissimi erunt. Nec male dictum putes à propheta, vitulam facturam lac: quod etiam Virgilius asserit Ecloga 3.

—ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit vberes fetus.

BUTYRVM ENIM ET MEL MANDVCABIT OMNIS QVI RELICTVS FVERIT IN MEDIO TERRÆ. ] Aliqui: nam butyrum & mel faciet vt comedat quisquis reliquus fuerit in media hac terra id est, tanta erit penuria habitatorum, vt ad eos alendos ea tantam futura sint plus satis, quæ vltro prouenient in horrente incultaque terra: quod mirifice est effecturus Dominus. Sed iam diximus vers. 15. futurum *יוכל* iochel, quod etiam hîc ponitur esset ex Izal, comedet. Rectè hîc allusum putant ad nomen filij Isaïæ *Sear-Iasub.* quem secum habebat, quum hæc diceret: vt innuat mysterium, per puerum illum Himmanuelem reliquias illas Israelis, quæ conuertentur ad Dominum, fruituras optimis & optimis quibusque bonis regni caelorum. vide supra vers. 3. & infra vers. 25.

ET ERIT IN DIE ILLA: OMNIS LOCVS, &c. ] Alter effectus, nempe regionis totius horriditas, vt diximus in vers. 21. Aliqui: *Erit etiam tempore illo.*

OMNIS LOCVS, VBI FVERINT MILLE VITES, &c. ] Quidam: vt sit omnis locus, vbi sunt mille vites, millenium, siclorum argenti, sicut inquam, in senticetum & in vepretum. id est, locus vberimus, vtilissimus, & pretiosissimus horrescet in sentes ac vepres.

MILLE ARGENTEIS. ] Hebr. in mille argenti. Subaudiunt, *minis,* vel *scelis.* quod est rectius: eritque pretium ingens pro mille vitibus,

vitibus, nempe quatuor mille regalia Castellana, hoc est, prope quadringentos aureos: tanti apud nos non æstimantur mille vites. At si *mina* hîc intelligantur, immane & supra fidem esset pretium.

IN SPINAS ET IN VEPRES ERVNT. ] Heb. *in veprem, vel vepretum, & in spinam, vel spinetum erit.* Scilicet locus ille. hoc est, squalidus, desertus, vepribus ac spinis obfusus erit.

VERS. 24. CVM SAGITTIS ET ARCV INGREDIENTVR ILLVC. ] Heb. *cum sagittis & arcu veniet illuc, vel ingredietur illuc.* subaudi, quicumque adire volet loca illa. Quidam; *eundum erit illuc, vt veniet, sumatur passiuè impersonaliter, venietur illuc.* Aliqui: *sagittis & arcu instructus, vel armatus uenturus sit eo.* id est, & quidem ad eo horrebit, locus, vt feris tantum prope sit peruius, atque ita abundet illis, vt nemini tutum sit in gredi nisi armata manu. Respicit enim ad interminationem legis Levit. 26. v. 22.

VEPRES ENIM ET SPINÆ ERVNT IN VNIVERSA TERRA. ] Heb. *maiori sensu: quia senticetum & spinatum, seu vepretum, erit omnis terra.* Quidam: *quoniam vepres & spina occupabunt omnem terram.* Alij: *quum sentibus & vepribus obfusa erit tota hac terra.*

VERS. 25. ET OMNES MONTES, QVI IN SARCVLO SARRIENTVR, &c. ] Diuersimodè hunc versum ex Heb. accipiunt: 1. *Sic & omnes montes, qui sarriebantur, non veniet illo metus veprium & spinarum, sed mittetur illò armentum, & pecus conculcabit.* 2. *At porrò in omnes montes, qui ligone excoli solent, non veniet metus veprium & spinarum, sed erit locus ille in agrum pascuum boum, & in conculcationem ouium.* q. d. Tempore obsidionis tota planities terræ Iudææ desolata erit, plena spinis & vepribus; at montium fertilium vertices non erunt obfusi spinis: quum talia loca tempore belli soleant coli ab iis, qui se in ea receperunt metu hostium: propterea obsidione soluta, erunt bobus & ouibus in locum pascuum, quum in planis locis ali non poterant ob vastitatem. 3. *Et omnes monticuli, qui in*

*sarculo coaceruabuntur, non veniet illic metus sentium & spinarum. vel spinarum & veprium: & erit ad immissionem bouis, vel ad dimissionem boum, & in conculcationem pecorum. Vel gregis.*

4. *Et omnes montes, qui sarculo coaceruabuntur, non perueniet illuc timor sentium & veprium: & erit in emissionem bouum, & in conculcationem pecudum.* Existimant esse periphrasim vinearum & hortorum, in quibus sunt plantæ fructiferae, quæ solet atque iterum fodi, & in monticulos redigi iuxta agriculorum præcepta: *non veniet illic timor, &c.* id est, quò timor veprium & spinarum non solet venire ab eorum cultura. q. d. & loca illa, quæ solent in monticulos coaceruari, quæque tunc solent esse à vepribus & sentibus; erunt in senticetum & vepretum: & armenta & pecudes illuc liberè ingredientur. Aliter: loca illa, quæ in monticulos sarculari solebant, non erit quod quispiam timeat illuc ingredi propter vepres & sentes, quibus circumvallari solent: patebunt enim bobus & pecudibus.

5. *In omnes verò illos montes, qui sarculo sarriendi fuissent, id est, incultos: periphrasis: non adueniet eo timor sentium & veprium:* id est, non defugietur locus vllus, qui nunc planè videtur horridus: sed vt cunque nunc horreat, præ aliis locis amœnissimus tum videbitur: tam grauis & acerba futura est Dei in regionem hanc maledictio: *sed erit locus ad emissionem bouis, ad conculcationem parua pecudis, siue quò emitatur bos, & quem conculcet parua pecus.* id est totius regionis pascuosissimus & feracissimus habebitur. Nonnulli tamen hunc postremum versum ad mysterium Sear-Iasub, id reliquiarum conuersarum referunt: q. d. Iudæorum tamen reliquæ ad Christum conuersæ, metu hostium in montes & editiora loca confugient, quæ sarculo colent, vt non sit timor veprium & spinarum; sed ad eò amœna & fertilia reddantur, vt opus sit ea dente armentorum & pecorum castigare exuberante luxuria, vt sit in Mesopotania, teste Plinio. Quæ allegoricè spiritualium bonorum affluentiam significant, quibus fruuntur conuersæ reliquæ.

## CAPVT VIII.

*Iubetur Isaias in libro scribere nomen pueri nascituri: prædicat regna Israel & Syriæ destruenda, Iudæque afflictionem & futuram à Deo liberationem, licet multi ex Iuda casuri sint: iubet ligari testimonium & legem signari, subiiciens quæ immineant mala recedentibus à lege.*

Vulg.

1 **D**ixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, citò pradare.  
2 Et adhibui mihi testes fideles, Vriam

Malu.

1 **D**ixit IHVH ad me: Accipe tibi volumen grande: & scribe super id in stylo <sup>a</sup> mortalis, <sup>b</sup> a hominis, <sup>c</sup> b ipsi vel de ad Maher Salal-Chas-Baz.  
2 Et obtestatus fui mihi testes creditos.

sacerdotem, & Zachariam filium Barachia:

3 & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Accelera spolia detrabere: Festina pradari.

4 Quia antequam sciat puer vocare patrem suam & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram rege Assyriorum.

5 Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:

6 Pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloë, qua vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium, Romelia:

7 propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius,

8 & ibit per Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terra tua, ô Emmanuel.

9 Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersa procul terra: confortamini, & vincimini, accingite vos & vincimini:

10 inite consilium, & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus.

11 Hec enim ait Dominus ad me: Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens:

12 Non dicatis, coniuratio: omnia enim qua loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque pauceatis.

13 Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pavor vester, & ipse terror vester.

14 Et erit vobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel: in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem.

15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.

16 Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.

ditos, Vriah Sacerdotem, & Zechariahu filium Ieberechiahu.

3 Et appropinquavi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium: & dixit IHVH ad me: voca nomen eius: Maher-Salal-Chas-Baz.

4 Quia in antequam cognosceret excuslus vocare; pater mi, & mater mea, leuabit strenuitatem Damasek, & spoliū Someron faciebus regis Asur. <sup>c</sup> puer  
<sup>d</sup> datiuus, ad facies

5 Et addidit IHVH loqui ad me adhuc, ad dicere.

6 Correspondentia quia fastidiuit populus iste aquas Siloach ambulantes lentitudini: & gaudium ad Retzin & filium Remaliahu. <sup>e</sup> ad leuitatem

7 Et ad sic esse ADONAI ascendere faciens super eos aquas fluminis offatas & multas, regem Asur, & omnem granitatem eius: & ascendet super omnes continentias suas, & ambulabit super omnes excursions suas.

8 Et mutabit in Iehudah, innundauit, & transibit, vsque ad collum pertingere-faciet: & erit, extensiones alarum eius impletio latitudinis terræ tuæ, Ghimmanuel.

9 Malefacite populi & consternamini, auscultate omnes longinqui terræ, accingere-facite-vos ipsos & consternamini: accingere-facite-vos ipsos, & consternamini.

10 Confiliate consilium, & labefactum-fuit; loquimini verbum, & non surget, quia Ghimmanuel.

11 Quia sic dixit IHVH ad me in obtentione manus: & disciplinauit me, de ambulare in via populi istius, ad dicere:

12 Non dicetis, Colligatio: & omnis, quæ dicet populus iste, colligatio: & timorem eius non timebitis, & non timebitis, & non præualefcere-facietis. <sup>f</sup> liga, conspiratio, coniuratio;  
<sup>g</sup> datiuus.  
<sup>h</sup> præualidare

13 IHVH TZEBAOTH eum sanctificabit, & ipse timor vester, & ipse præualefcencia vestra. <sup>i</sup> præualiditas, pavor, terror, violentia

14 Et erit sanctuario; & lapidi consternationis, & petreæ impactationis duabus domibus Israelis, laqueo & illaqueationi habitanti Ierusalem. <sup>k</sup> datiuus, in sanctuarium

15 Et impingent in eis multi, & cadent, & confringentur, & illaqueabuntur, & capientur.

16 Coangusta testimonium, sigilla legem in discipulis meis.

17 Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & prestolabor eum.

18 Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

19 Et cum dixerint ad vos: Querite à pythonibus, & à diuinis, qui strident in incantationibus suis: Numquid non populus à Deo suo requiret, pro viuis à mortuis?

20 Ad legem magis, & ad testimonium. Quòd si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21 Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum.

22 Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebra, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

17 Et prolongabo IHVH abscondentem facies suas de domo Iaghabob; & expectabo ei.

18 Ecce ego, & nati, quos dedit mihi IHVH in signis & prodigiis in Israele de cum IHVH TZEBAOTH in scenitate in monte Tziionis.

19 Et quia dicent ad vos, Querite ad Pyhones, & ad gnostas garrientes, & miffantes: an non populus ad ELOHIM suum quæret, in vique ad viuentes ad mortuos?

20 Legi & testimonio: si non dicent secundum verbum istud, P Quod non ei aurora.

21 Et transibit in ea perplexatus & famescens: & erit, quia famescet, & efferuescere-sese-faciet, & leuifaciet in rege suo, & in ELOHIM suo, & aspiciet ad supra.


22 Et ad terram respiciet, & ecce coangustatio, & tenebrositas, defatigatio pressuræ, & caligine impulsus.

l datus.

m uterque datus. n cohabitata te, rabez maculante o quum

q quum

r faciat, faciem ad uerter f coactationis, angoris, tor-tura.



COMMENTARIA.

VERS. I.



T DIXIT DOMINVS AD me, &c.] Hos quatuor priores versus plerique Patrum sublimiori sensu de Christo, eiusque Matre Maria Virgine accipiunt. Quam nos interpretationem honore Patrum, non repudiamus, sed suspicimus & exosculamur: cæterum historico sensu de filio Isaia, eiusque vxore sermonem esse, aptius existimamus, vti omnes Hebræi summo consensu, & ex recentioribus Sanctes Pagninus, & Ioannes Mercerus in Thesauro, in Radice נבא naba, Marcus Marinus, in בראז baz, Franciscus Varablus, Isidorus Clarius, Franciscus Forerius, Arias Montanus, Immanuel Tremellius, Franciscus Iunius, Hieronymus Oleastrius, Emanuel Sa, Ioannes Mariana, Hispanicus Bibliorum Interpres, in hunc locum, Xystus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, in Grandis Liber, exponunt. Obseruant aliqui, superiori prophetiæ, quæ priuatim Achazo & domui Dauidis prænuntiata est, optimè concionem hanc ad populum subiici: quæ etsi longa est, commode tamen in quatuor partes distribui posse. Prima est, prolepsis, seu propositio summa totius concionis, quatuor primis versibus: secunda est, denuntiatio, tum maleficiorum populi Iudaici, tum iudiciorum Dei in populum maleficum, à v. 5. ad finem Capitis: tertia est consolatio piorum vbertima, tribus sequentibus capitibus: vltima est, conclusio eucharistica, duodecimo Capite. Sunt autem in hac præ-

Maluenda, In libr. Isaia.

lepsi partes duæ prudenter distinguendæ: vna est signi aspectabilis, quod Ieschahja statuit in filio suo: altera, verbi, quod non tantum prædicat, verum etiam testibus adhibitis conscribit, vt sit Iudæis testimonium.

SUME TIBI LIBRVM GRANDEM.] גלגל ghalalajon, à גלה ghalah, reuelatorium, manifestatorium, quia liber reuelat ea, quæ alioqui nos latent: à גלה ghalal, volumen, liber, qui antiquitus in longum descriptus, conuoluebatur, vt hodie liber legis in synagoga: rotulum, vulgo appellant: quo respexit Apocalyp. 6. vers. 14. [Sicut liber inuolutus.] Quidam hic reddunt: paginam amplam. Alij: volumen magnum. Exponunt, cum quia permagna est prophetia, quæ in volumen fuit referenda, nimirum quinque capitibus comprehensa; tum quia grandibus litteris fuit exaranda, vt apud omnes testimonio esset, velut in æs incisa, & instrumentum publicæ fidei.

STYLO HOMINIS.] Id est, claro, perspicuo, manifesto, luculento, scriptura distincta, dilucida, aperta, quam quiuis è populo facile & expedite legere possit, litteris, quibus homines tuæ regionis vtuntur, characteribus notis, explicitis, ac bene exaratis. Alij, stylo hominis. Id est, vero, reali, materiali: vt significet, scripturam hanc non debuisse esse secundum visionem tantum prophetiæ, sed opere & re ipsa exarandam. Nonnulli: stylo humano. Id est, quo efformatas litteras quiuis hominum etiam rudissimus possit cognoscere, &

prophetiam legendo percurrere: vt Habacuc 2. v. 2. Possis ex Hebr. reddere: *in charta hominis*. id est, in papyro hominis industria confecto: non in charta pergamena, membranaea, coriacea, aut plumbea seu aenea, sed in charta vsuali, qua vulgo vtuntur homines. Nam omnino falsum est quod M. Varro tradit apud Plinium lib. 13. cap. 11. chartam Alexandri victoria repertam, condita in Aegypto Alexandria: vide Guilandinum Commentario de Papyro, Membro 2: Nec inepte quidam annotant ingentibus litteris hanc prophetiam iussu Isaia volumini indere.

VELOCITER SPOLIA DETRAHE, CITO PRÆDARE. ] למהר שלל חשבון *lemaher schalal, chasch, baz*. Plurifariam interpretantur. 1. *Ad festinandum spoliium, accelerauit prædam.* 2. *vt festinet.* Alur spoliium, acceleret prædam. vel *vt festinet spoliare, acceleret prædari.* id est, Scribe ad Assyrium, vt festinet spoliare, & acceleret prædari Damascum & Samariam. Confirmatio est prophetiæ superioris capitis, vers. 16. qua regni Israël, & Syriæ vastationem prædixerat. 3. per imperatiuum: *accelera ad prædam, festina ad direptionem.* vel *festina ad spoliium, accelera ad prædam.* vt hortetur Assyrium, vt acceleret vastationem. 4. LEMAHHER, infinitum cum Articulo datiu, pro benoni capiunt, *acceleranti direpere spoliium festinat præda.* vt prius membrum *acceleranti spoliium*, sit vice tituli epistolæ. ac si dicat, Regi Assyriorum optanti deuictis hostibus spolia reportare. Sequens autem membrum *festinat præda*, sint verba ipsius epistolæ. quibus vocibus iisque monosyllabis voluit innuere tempus desolationis quam celerrime aduenturum, iam iamque esse in foribus, quasi dicat, *festinat præda.* id est, instat tempus prædæ, intra paucos annos superabis hostes tuos, quibus deuictis, reportabis ingentes prædas de Syria, &c. 5. *De acceleranda spoliatione, festinat direptio.* Scribe, inquit, de ea præda seu spoliatione, quæ cito euentura est, his verbis, *festinat direptio.* 6. *Ad festinandum spoliium, festina, propera, diripe, prædare.* volunt in posteriore membro vitrumque esse imperatiuum CHASCH, BAZ, corruptum & irregulare contra analogiam grammaticam, quod propheta data opera ita abbreviare voluit, vt ista abbreviatio maiorem temporis festinantiam significaret, *festina, prædare.* Idquidem obseruat Forsterus, quod tamen Mercero non omnino probatur. Idem Forsterus, CHASCH, pro benoni accipit, & BAZ, pro nomine: *Festinator præda,* vel *direptionis.* quasi dicat, ad festinandum spoliium, festinator prædæ. statim aderit. hoc est. Adueniet statim Assyrius, & summa celeritate spolia auferet. 7. *Marinus reddit: Acceleranti spolio.* vel *spoliium, festino præda,* seu *excitato præda.* vel *ad prædam.* hoc est. Assyrio. 8. Nobis cum aliis aptius videtur, vt istæ quatuor voces MAHER-SCHALAL-CHASCH-BAZ, sint proprium nomen alterius filij Isaia, à SEAR-IASVB, de quo cap. 7. vers. 3. & præfixum Lamed sit nota datiu, vel propositionis, *de,* vel *pro;* id est, Scribe in eo stylo hominis, ipsi vel *ad* seu *de,* aut *pro* MAHER-SCHALAL-CHASCH-BAZ. hoc est, pro

filio tuo recens edito, infra vers. 3. quem in signum huius prophetiæ daturus es, vers. 4. vt Schear-Iaschubum supra cap: 7. ac propterea volumen à propheta inscribi de nomine filij mandauit Deus. vide infra v. 3.

ET ADHIBVI MIHI TESTES. ] Hebr. *Fe* VERS. 2. *testificari feci mihi testes.* Alij: 1. *Et vocavi mihi in testimonium, testes.* 2. *Et effeci vt mihi testes essent, testes.* 3. *Quambrem contestatus sum mihi testes.* vel *adhibui mihi testes.* nimirum vt filio meo nomen imperatum à Deo imponerem coram Ecclesia, & hoc signo adduceret ad prophetiam hanc prædicandam, litterarumque monumentis obfignandam.

*testes.* id est, viros nominatim aduocatos, vt testarentur nomen illud filio meo inpositum in Ecclesia, quum circumcideretur. Nam eo tempore indita fuisse olim à parentibus nomina constat Genes. 21. v. 3. & 4. Lucæ 1. v. 59. & 2. v. 21. Atque ex hoc ritu profectum esse illum nostrum constat, quo certi homines speciatim, maxime verò calamitatis temporibus (vt ista futura erant) adhibentur testes accessus ad Christum, & ad Ecclesiam per baptismum, & nominis baptismo inditi: ex quo ritu propheta occasionem sumpsit, vt testes circumcisionis, & nominis inditi filij sui, ad alterum hoc singulare testimonium adhiberet. Hos vulgus *compadres,* & *commatres,* vel *patrinos,* Græci olim *syntecos,* appellarunt.

FIDELIS. ] נעמנים *neemanim, creditos, fideles, fide-dignos, fidos, firmos, veraces, certos, ratos, stabiles.* omni exceptione maiores. Hispanicè, *de credio.* Quidam exponunt, fide dignos atque idoneos, quorum auctoritas & testimonium permagni futurum erat in populo: nam alioqui ad integritatem & probitatem fidei in Deum non spectat propheta: cum Vrija perfidia satis nota sit ex historia Achazi, quæ postea euenit, 2. Reg. 16. v. 10. & sequentibus.

ET ZACHARIAM FILIUM BARACHIAE. ] Non hic est Zacharias vnus de duodecim prophetis minoribus, nam ille multo post hæc tempora vixit: sed forte vir aliquis insignis Ierosolymitanus, & magnæ auctoritatis, qui hic Hebraicè non filius Berechia, sed filius Ieberechiahu vocatur. Primo anno Chizkijæ filij Achaz viuebat Zecharjahu Leuita nobilis ex posteris Asaph, 2. Paralipom. 29. vers. 13. Non constat, quis hic fuerit Zacharjahu testis Isaia.

ET ACCESSI AD PROPHETISSAM. ] Hebr. VERS. 3. *Et appropinquavi ad prophetissam.* id est, vxorem meam, rem habui, congressus sum cum vxore mea; quæ dicitur prophetissa, quòd vxor propheta esset. Quidam: *me enim congresso cum prophetissa,* id est, vxore mea. *conceperat illa, pepereratque filium.* Hæc enim historicè, vt narrantur accipiunt. Et verbum istud appropinquandi in hac notione sumitur Deuteronom. 22. v. 14.

VOCA NOMEN EIVS, ACCELERA SPOLIA DETRAHERE: FESTINA PRÆDARI. ] vide supra vers. 1. nam Hebraicè eadem omnino sunt verba. Galatinus lib. 7. Arcanorum Catholicæ veritatis, cap. 16. reddit:



voca nomen eius, Expeditum spoliatores, festinam pradatores. Tremellius & Iunius: voca nomen huius Maher-Schalal-Chasch-Bazun. id est, Accelerando pradam, festinat diripiens, nimirum Assyriorum exercitus, vt sequens verius explicat. Est autem hoc ipsum lomen per anticipationem positum supra v. 1. quo Deus promissionem domui Davidis factam nunc demum voluit in filio prophetae coram Ecclesia obliquare. Quamobrem etiam *ambulantia* verba in hoc quidem nomine sunt, ad celeritatem summam melius exprimentam, vide simile Genes. 41. vers. 32. Ego ex simplicissima analogia Hebraica expoluerim, *Festinare spoliis accelerant, seu properant direptionem, vel accelerare spoliis, festinauit direptionem seu pradam.* vt haec concilio verborum ac congeries, significet summam celeritatem, ac perturbationem deuastationis ac direptionis Syriaci & Israelitici regni.

VERS. 4.

QUIA ANTEQUAM SCIAT PVER, &c.] Hunc versum variè ex Hebr. efferunt: 1. *Quia priusquam puer ille norit sonare Abi, & Imi, tollet copias Damasco & spoliis Samaria ante regem Assyriorum.* id est, Priusquam puer iste natus filius tuus sciat clamare Pater mi & Mater mea tollet miles aut baiulus deuicta Damasco & Samaria, opes eorum & auferet iussu regis Assyriorum in Assyriam. 2. *Nam quum nondum nouerit hic puer proferre, Pater mi, & Mater mea:* id est, ante annum, aut breue aliquod tempus simile: periphraſis maxime familiaris: *asportabit opulentiam Damasco & pradam Someronis:* id est depradabitur Syros & Israelitas: quod gestum est quarto Achazi anno 2. Reg. 16. vers. 9. *qui est coram rege Assyriae.* periphraſis seruorum, militum, atque latellium. id est, seruus regis Assyriae.

VERS. 5.

ET ADIECIT DOMINVS LOQVI AD ME ADHVC, DICENS.] Alij: *Deinde perrexit Iehoua, alloqui me amplius, dicendo.* Transiſio ad secundam huius concionis partem, qua Ieschahia iudicia Dei denuntiat in Syros, Israelitas, & Iudaeos, quae infantis nomine fuerant praesignificata.

VERS. 6.

PRO EO QVOD ABIECIT, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Propterea quod spreuit populus iste Iudaeus aquas Schiloachi.* id est, iltis defensionibus suis non fuit contentus, neque acquieuit promissioni Dei, vltro pollicentis se daturum salutem ipsi vnica virtute sua, sed copias exteras & arma strepentia conduxit ad depellendum hostem; synecdoche allegorica in Scripturis frequens, vt Psalm. 45. *cuntes sensim.* id est, nihil crepantes aut praeferentes magnum, quod infideles aestimant: lentum enim & quasi serpentem fuisse Siloachi fluxum ostendimus in Nechem. 2. vers. 13. Sed de fonte Siloachi vide Nechem. 3. vers. 15. & *gaudium est apud Retzinem, & filium Remaliae.* id est, Syri & Israelita vltro delectantur malo vestro, ac petulanter vos infestant ipsi minime lacessiti, vt expressit supra cap. 7. v. 6. 2. *Quandoquidem abhorret populus iste ab aquis Siloae sensim defluentibus, ipso autem Rezin ac filio Remaliae gaudet.* id est, quia populus meus Iuda, cuius regnum est simile leni Siloae fonti

& innoxio. viresque ipsius regni sui spernit, quod exiguae sint, vellentque lubens subiici ipsi Rezin, & Phacce regibus potentissimis, qui velut Euphrates omnia secum rapiunt, qui eum fortius defenderent à periculis, vt existimant.

QVAE VADUNT CVM SILENTIO.] Hebr. *ambulantes, euntes, vadentes.* id est, fluentes, cum abscondito, id est, insensibiliter, latenter, placide, sensum, sine strepitu & impetu leniter.

ET ASSUMPSIT MAGIS RASIN, &c.] Hebr. & *gaudium.* subaudi regis & populi, nam vox *gaudium* Hebr. est in regimine: *ad Retzinem, & filium Ramaljabu.* vel cum *Retzine, & filio Ramaljae.* Quidam reddunt: *& gaudium est illi cum Retzine, & filio Remaliae.* id est, apud semetipsum & in animo suo lubenter subderetur ipsi Retzin, &c. vel, gaudet foedus inire cum Retzine, &c. vel delectatur amicitia & societate Rezinis.

VERS. 7.

PROPTER HOC ECCE DOMINVS ADDVCET SVPER EOS AQVAS FLVMINIS FORTES ET MVLTAS.] Alij: *Idcirco, inquam, ecce Dominus faciet vt ascendant contra istos, scilicet Syros & Israelitas, quo consilio Achaz illius operam conduxerat, aqua illius fluminis, Euphratis, quem allegorice accipit pro Assyrio exercitu: quod sequentium verborum exegetis docet: fortissima & amplissima.*

FORTES.] Hebr. *offata: validae: condensata: corroborata: consolidata: compacta: robusta.* Alij: *vehementes.*

ET OMNEM GLORIAM EIVS.] id est, potentiam, robur exercitus, vires, apparatusque bellicum, quae sunt ingens gloria, & excellentia regum. Quidam: *copias militares exponunt, de quibus ipse Assyrius gloriatur intra cap. 10.*

ET ASCENDET SVPER OMNES RIPAS EIVS, ET FLVET SVPER OMNES RIPAS EIVS.] Alij: 1. *qui superato vndique alueo suo, & egressus ultra omnes ripas suas.* 2. *& ascendet super omnes alueos suos, & ibit super omnes sinus suos:* metaphora ab inundante flumine, quod excedens alueum suum, & transgrediens ripas omnia secum rapit ac deuastat. 3. *qui ascendens supra omnes validas aquas suas, iensque supra omnes ripas suas.* id est transiens omnes pacti conuenti leges: allegoricè.

RIPAS EIVS.] Hebr. *irruptiones, excursiones, egressiones, sinus, diuergia, ripas suas.* Sic Iosue 3. vers. 15. & 1. Paralip. 12. vers. 15.

ET IBIT PER IVDAM.] Hebr. & *mutabit in Iehudah, vel & mutabitur.* Alij: & *transibit in Iehudah.* 2. *& redundabit in Iudam.* 3. *permeabit Iehudam.* Sensus noster est. Et omnia sursum deorsum vertet, mutabit, miscebit, alterabit in Iehudah.

VERS. 8.

INUNDANS ET TRANSIENS.] Hebr. *inundauit, & transibit.* Primum est praeteritum, secundum, futurum. Plerique vtrumque per futurum reddunt: *inundabit seu demerget, & transibit.* vt sit Hebraismus, pro, inundando transgredietur. id est, transeundo obruet totam eam regionem: Hypallage. Quidam: *re-*

*fluens & transiens.* Id quidem notant factum fuisse cum superstitite adhuc Achazo per expilationes Assyrij barbaras 2. Reg. 16. vers. 18. & 2. Paralipom. 28. vers. 20. & sequentibus: tum regnante Chizkija filio 2. Reg. 18. vers. 13. & sequentibus.

VSQVE AD COLLVM VENIET.] Hebr. *vsque ad collum peringet.* id est, vsque ad Ierusalaim, quæ caput erat totius regni: allegoria regnum comparans cum humano corpore, vt infra cap. 30. vers. 28. vide Deuter. 33. v. 12. atque istud impletum obseruant 2. Reg. 18. & 2. Paralip. 32.

ET ERIT EXTENSIO ALARVM EIVS IMPLENS LATITVDINEM TERRÆ TVÆ, Ô EMMANVEL.] Quidam reddunt: *Et erit expansionibus alarum suarum plenitudo latitudinis terra tua, Ô Immanuel.* Siue implebuntque passæ ale illius latitudinem terra tua, id est, Iudæam totam occupabunt. ait, terra tua. quasi dicat, quæ neque illius Assyrij est, neque istorum Iudæorum: sed quam tu tibi vindicasti, & planè absque te perituram ab illo vindicaturus es: Ô Himmanuel. id est, Christe, fili Dauidis, rex Iudæorum supra cap. 7. vers. 4.

VERS. 9.

CONGREGAMINI POPVLI, ET VINCIMINI.] Variè alij ex Hebr. 1. *Confringite, populi, & conteramini.* vtrumque Hebr. imperatiuum. 2. *Conterite, Ô populi, & confringamini.* q. d. Permittet Dominus vt omnia perdat in Iuda; attamen perdemini tandem etiam vos: initio belli feliciter vobis cedit, demum tamen corruetis. 3. *Sitis-mali, populi,* vt sit culpæ, & *tamen consternabimini.* 4. *Confociamini, vel congregate vos.* Apostrophe sarcastica his duobus versibus: quasi dicat: Agite quidlibet, confirmate vos fœderibus, consiliis, armis, & auxiliis, & siquid est huiusmodi: id tantum efficietur, quod placebit Deo: Ô populi. Syri cum Israëlitis, & Assyrij cum Iudæis: & conterimini. ex decreto Dei, quod propterea enuntiat Ieschajah imperandi modo. 5. *Mali, acerbi-estote, populi,* actiue: seu *malefacite, malum machinamini, populi, & consternabimini.* 6. *Taratantarizate, vociferamini, stultate, classicum-canite, personate, triumphate, ouate populi, & consternamini.*

ET AUDITE VNIVERSA PROCVL TERRÆ.] Hebr. & *auriculate, aures adhibite omnes longinqui terra.* Alij: 1. & *auribus percipite, omnes distantia terra.* 2. *viri omnium distantiarum terra.* id est, incolæ regionum longinquarum, siue qui habitatis in regionibus procul distantibus terræ. 3. *auremque præbete, quotquot estis in locis longinquis terra.* ita vt cognito iudicio ipsius, celebris efficiatur Deus, & munera regi Iechizkijæ offerantur à Babyloniis procul disitis: quod legimus factum 2. Paralip. 32. v. 23.

ACCINGITE VOS.] vel *accingimini.* puta ad efficiendum in ita confociatione consilia, quæ iniueritis. Alij: *accingimini ad præliandum, vt sit verbum militare.*

ET VINCIMINI.] Hebr. & *consternamini, vel conterimini.* idem verbum ter hoc versu repetitur, ingentem consternationem, &

confractiorem ex decreto Dei designat.

ET DISSIPABITVR.] Hebr. & *diffringetur, irritum fiet, labefactabitur.* Et coniugatio Hophal magnam labefactionem & dissipatiorem significat.

ET NON FIET.] Hebr. *non surget, stabit, subsistet.* Quidam: & *non existet.*

QVIA NOBISCVM DEVS.] Hebr. *quia Himmanuel.* Quidam reddunt: *nam Himmanuelis existet verbum.* quasi dicat quin potius verbum Himmanuelis Christi subsistet in æternum. hoc est, Id verbum potius fiet, quod pronuntiat per me Himmanuelis Christi administrum. Est autem elegantissima huius loci amphibolia: nam altera quoque se offert sponte interpretatio, hoc modo. Loquimini verbum & non existet, nam Deus fortis nobiscum est, quia omnia vestra consilia & conatus momento difflabit.

VERS. 11.

HÆC ENIM AIT DOMINVS AD ME, SICVT IN MANV FORTI.] Alij ex Hebr. 1. *Sic enim dixit Iehoua ad me. In apprehensione manus.* id est, quum me manu prehenderet. 2. *In roboratione manus.* id est, in visione prophetica admirabili, non vulgari, sed admodum insigni. 3. *In fortitudine prophetia.* hoc est, in valida & vehementi prophetia, quæ vim magnam & efficacitatem præferret. 4. *In impetu & pertinacia prophetia.* Nam ita edixit Iehoua mihi, *adhibita confirmatione manus.* id est, me ipsum confirmans aduersus populum & omnia aduersa per promissionem & virtutem suam, vt ostenditur sequente versu: sic 1. Samuel. 23. v. 16.

SICVT IN MANV.] Alij: *secundum robur, seu vehementiam manus.* Et sane pleraque exemplaria Caph habent: alia Beth: *In apprehensione, robore, manus.* Manus in Scriptura passim pro virtute, potentia, &c. aliquando pro efficacia & operatione Spiritus Sancti per prophetas loquente, hoc est, pro prophetia, vt Ezechiel. 1. v. 9.

VERS. 12.

NON DICATIS, CONIVRATIO: OMNIA ENIM QVÆ LOQVITVR POPVLS ISTE, CONIVRATIO EST.] Alij ex Hebr. 1. *Ne dicatis, coniuratio ad omnia, quum populus iste dicit, coniuratio.* Nec dixeritis verba coniurationis: id est, verba seditiosa in vestrum regem aut locum: nam Deus eum proteget: ac si dicat, Ne cogitetis de deditione facienda his regibus, quasi à me liberari non possitis: in omnibus, quæ dicere solet populus iste, est coniuratio. id est, omnes sermones huius populi ed pertinent, vt se subdant his regibus tanquam eos non possim liberare. 3. *Ne dicatis, coniuratio, in quibuscumque dicit populus iste, coniuratio.* id est, neque animo consentiatis, neque verbo conueniat vobis cum hoc infideli populo: hic enim exponitur primum peccati genus, nimirum infidelitas publica Iudæorum non acquiescentium promissioni & virtuti Dei, quam allegoricè placidas aquas Siloachi appellauit supra vers. 6. sed aliena auxilia fœderaque Deo neglecto procurantium, quod studium Deus conuersionem vocat, vt eò magis ab illo seruos suos deterreat: neque populum suum dehortatur (cuius obfirmationem docet infra vers. 16.) sed tantum prophetam cum

cum piis & electis è populo, ad quos sermonem habet. dicit populus iste, coniuuratio. id est, statuit foederatos sibi esse adiungendos, quorum ope ab exteris incommodis defendatur.

4. *Ne dicatis, coniuuratio: de quacunque re dicit populus hic, coniuuratio.* q. d. metu ciuili & interna coniuurationis cum hoste, ne despondeatis animi: solet enim populus hic in eiusmodi suspicacissimus esse, & vnde quaque sibi timere. 5. Hispanicus Interpres: *No dicays, coniuuracion; à todas las cosas à que este pueblo dize coniuuracion.* quasi dicat, *No os iunteys con este pueblo en sus negocios, porque es conspiracion contra Dios, quanto haze.*

ET TIMOREM EIVS NE TIMEATIS.] Aliqui: & timore istius ne timeatis. id est infideli timore, qualis timor ita percellit istum populum, vt promissa Dei repudiet, conciliatque in foedus coniuuratos.

NEQUE PAVEATIS.] variè alij ex Hebr. 1. *neque formidetis.* 2. *neque animo contutemini.* 3. *neque territi succumbatis.* 4. *neque animo frangamini.* 5. *neque expauescendum ducatis.* 6. *proprie: neque praualescere sinatis.* scilicet timorem. vel *neque prauolidati sitis.* id est, victi timore. aut *neque violentemini,* seu violentia opprimamini ab Achazo & reliquo populo infideli, Assyrio potius quam Deo fidentes.

VERS. 13.

DOMINVM EXERCITVVM IPSVM SANCTIFICATE.] Exponunt, Himmanuelem Christum, verum Ichouam cum Patre & Spiritu Sancto Homouision: sic enim accipiendum esse commonstrant sequentia. *Sanctificate,* credendo promissionibus eius, & fiduciam vestram in eum libere ostendendo & praedicando, vt Numeror. 20. vers. 12. Alij *sanctificate,* id est, dare gloriam roboris & potentiae: confitemini illum esse potentem pra Assyrio.

IPSE FAVOR VESTER, ET IPSE TIMOR VESTER.] Alij: & ipse sit timori vobis, idemque sit pauroi vobis.

ET IPSE TERROR VESTER.] מַחֲרָה *magharitz,* passim pro nomine substantiuo capiunt, *prauoliditas, pauroi, terror.* Alij, benoni Hiphil faciunt, *terrore afficiens vos, faciens vt expauescatis vos.*

VERS. 14.

ET ERIT VOBIS IN SANCTIFICATIONEM.] Alij ex Hebr. *Et erit in palatium. vel in arcem.* id est, vice arcis & asyli. 2. *Et erit in sanctuarium,* seu *sacrarium.* id est, tanquam templum & locus sacer, in quo tuti & securi sub praesidio Domini maneatis. 3. *Et erit sanctificationi vobis.* id est, sanctificabit vos. Particula vobis non est in Hebraeo, sed subaudienda est per ellipsin, qua ex antitheto membro facile percipitur.

IN LAPIDEM AVTEM OFFENSIONIS.] Hebr. *consternationis: allisionis: plage: cladis: fragis: internecionis.*

ET IN PETRAM: SCANDALI.] Hebr. & *in petram, rupem, saxum, impactionis, offensionis, effendiculi, scandali.* in quam quis impingat, illidat, offendant.

DVABVS DOMIBVS ISRAELIS.] Alij: *ambobus domibus Israelis.* Iisraelitarum Phekacho, & Iudaeorum Achazo parentum. Est

autem hic explicatio veri effectus Christi contra infideles, vt infra cap. 28. vers. 16. & Luca 2. vers. 34. Romanor. 9. vers. 33. & 1. Petri 2. vers. 8.

ET IN RVINAM.] Hebr. & *in illaqueationem, tendiculam.*

ET OFFENDENT EX EIS PLVRIMI.] Hebr. *in eis.* id est, inter eos, ex eis. Alij: *in ea.* scilicet, laqueum & tendiculam: vel in lapidem offensionis & in petram scandali, de quibus superiore versu: est enim exegesis superiorum similitudinum: vnde reddunt: *In qua offendant multi.*

VERS. 15.

LIGA TESTIMONIUM.] Hebr. *Coangusta, coarcta, constringe, concludere, colliga, complica contestationem.* id est, absconde, tege, inuolue: metaphora à mercatoribus, qui complicare & inuoluere solent merces suas ac tela crassiore regere & obducere postquam eas proposuerunt venales. *contestationem.* id est, prophetiam hanc & volumen illud tuum magnum, de quo supra vers. 1. inuolue & claude, ne amplius sit in oculis istorum, quandoquidem ludificantur eam.

VERS. 16.

SIGNA LEGEM IN DISCIPVLIS MEIS.] Hebr. *Sigilla, obsigna legem in discipulis meis.* Quidam: *consigna legem inter discipulos meos.* id est, eam annuntia, commate, trade, crede illis quos nosti doctos à Deo esse. Hoc versu, significatur obstinatio, seu obfirmatio pertinacissima Iudaeorum, quam enuntiat Deus propheta, & piis coram toto populo, vt restatum faciat peruicacem esse illorum obdurationem, ac proinde neque prophetias, neque legem ipsam ad illos amplius pertinere, sed ad credentes tantum theodidactos. Alias explanationes omittimus, quod hanc simpliciore existimemus.

*Signa legem in discipulis meis.* Quidam: *obsigna institutionem in doctos meos.* id est, obsignatam trade illis doctrinam, vt ipsi soli intelligant, qui à me edocti fuerint, vt infra cap. 54. vers. 13.

ET EXPECTABO DOMINVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Et inhiabo ad Ichoua abscondentem faciem suam à domo Iahakobi, & intentus expectabo eum.* q. d. etsi Deus Iehudaeos auerfetur propter obfirmatam eorum infidelitatem: ac ego ipsi inhiereo, ab eo totus pendeo, illi inhio, & in eum auidissimè intendo. 2. *Et prolongabo ad IhvH,* id est, longè expectabo, protraham omne tempus meum in praestolando Dominum, vel momentum non abstrahar ab expectando eum: summo desiderio, nisu, conatu, appetam eum vt apprehendam: nam haec est vis verbi *חכה* *chicah:* *abscondentem faciem suam à domo Iahakobi.* Participium ex Hiphil auget significationem & magnam absconsionem seu auersionem denotat: & *intendam ei.* id est, magnò animi desiderio intentus in eum ero, vt eum amplectar, mihi que applicem. Vide de notione verbi in Genes. 1. vers. 9.

VERS. 17.

ECCE EGO, ET PVERI MEI.] Hebr. & *natu.* Historicè intelligunt, *Sear-Iasub, & Maher-Salal-Chas-Baz,* duos ipsos Iesaiæ filios.

VERS. 18.

IN SIGNVM ET PORTENTVM.] Hebr. *signa & portenta*, seu *prodigia*. Nam vterque & nomine suo, & re ipsa praesignificabant, & portendebant ventura, quae Deus decreuerat efficere: primus, supra cap. 7. vers. 3. & 16. & 22. secundus hoc capite vers. 1. 3. & 4. Hic autem subaudiunt verba praecedentis versus, *Ecce ego, & nati mei, quos dedit mihi Iehouah* vt sint *in signa & prodigia in Israele*, praestolabimur, inhiabimus intenti erimus ad Iehouah. qua synecdoche circumscribit omnes pios. Plerique propter verba Pauli Hebrae. 2. vers. 13. praecedentem versum cum isto coniungunt, & ita interpretantur: *Praestolanti mihi itaque Iehouam, qui abscondit faciem suam à domo Iahakobi, & expectanti ipsum, dixit: Ecce ego & nati quos dedit mihi Iehoua. in signa & ostenta apud Israelitas sumus, à Iehoua exercituum habitante in monte Tzizonis.* Confirmatio decreti Dei contra obstinationem Iudaeorum, à singulari Iesu Christi Domini & Seruatoris nostri testificatione, qua prophetam aduersus scandala populi fortificauit exemplo suo, & suorum omnium: *qui abscondit faciem suam, &c.* id est, se verbumque suum subtrahit, & me volumen iubet complicare atque recipere. *Ecce ego & nati, &c.* q. d. fer aequo animo hanc quamuis duram conditionem tuam; *non enim est discipulus super magistrum: &c.* [ *Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quāno magis domesticos eius?* ] Matth. 10. v. 24. & sequentibus. Hoc enim est esse in signa & ostenta. Vide Hebraeor. 2. v. 13.

VERS. 19.

ET QUVM DIXERINT AD VOS: QVÆRITE A PYTHONIBVS, ET A DIVINIS.] Hebr. à *pythonibus*, & *gnostis*. de his duabus vocibus vide Leuit. 19. vers. 31. Quidam reddunt: *Quum enim edicunt vobis, consulite pythones aut hariolos.* Transitio ad tertium genus peccatorum populi Iudaici per aetiologiam hoc modo: merito sane populus iste à Iehoua deferitur, & signis de grauissimis calamitatibus praemonetur: nam non tantum infidelitate alienam opem implorat, à vers. 11. ad 16. non tantum se ipse peccatis obfirmat, & auersatur Deum, à vers. 16. ad 19. sed etiam diabolo operam dat, & pios in idem scelus sollicitat, vt seducantur si fieri potest. Hoc autem propheta explicat sermone conuerso ad pios, vt eos instituat de atrocitate istius criminis, & confirmet in bono. *pythones & hariolos.* id est, magos aut diuinos quoslibet: synecdoche. Nonnulli conuertunt: *Interrogate, sciscitami, apud pythones, seu ventrilocos, & apud gnostas.*

QVI STRIDENT.] מצפצפים *metzaphizephim* Participium Pihel, verbi geminati צפצפ *ziphizaph*, quod hic primum in Scriptura occurrit. Forsterus annotat, sibi videri deductum à verbo פצה *phatzah*, *aperire*, quasi sit aperto ore, seu rostro clangere, seu stridere, sicut grues, anseres, hirundines, striges, & id genus aliae aues aperto liberè ore sonant; non gementes, vt columbae, & turtures. Sequitur istud Forerius: sed Mereerus contra analogiam omnem esse ait. Alij: *garrere, mussitare* exponunt. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *qui pipiunt, & qui mussant.* Amplifi-

catio indigni facinoris populi à vanitate istarum diuinationum, quam ipsa forma arguit: non sunt, inquit, isti seductores tanta facultate praediti, vt aut ore aperto claraque voce enuntient, aut verbis planis explicent, quae dicenda forent, sicut nos prophetae iudicia Dei palam voce quammaxima, planisque verbis praedicimus: sed in ventre suo, aut imis faucibus ita pipiunt, vt pulli nondum exclusi suo putamine; aut si quod voce efferrunt, ita illud mussant, vt Sibylla ex tripode: quam eandem rationem propheta explicat infra cap. 29. vers. 4. & historici passim, omnium vero euidentissime Origines 7. aduersus Celsum. Vide Leuit. 19. v. 31.

IN INCANTATIONIBVS SVIS.] Hebr. est participium ex Hiphil מְדַבְּרִים *maheghim*, & *meditantes*, *immurmurantes*, *emurmuratores*, *mussantes*, *mussitantes*, *meditabundos*; quod proprium est incantatorum, qui sua carmina de murmurant.

NUMQVID NON POPVLVS A DEO SVO REQVIRET? PRO VIVIS A MORTVIS?] Aliqui ad caput huius partis subaudiunt, respondete, dicite eis: *Nunquid non populus, &c.* q. d. Vos tamen docti à domino dicite illis: *Nonne populus quisque infidelis deos suos consulit?* id est, nonne hoc facere infidelium & ethnicorum est? nunquid par est vt pro rebus viuorum mortui consulantur? Quidam reddunt: *An non quaque gens suos deos consulit?* id est, consulere solet: q. d. Alij populi consulere solent deos suos, non alienos, non homines pythonicos: quanto magis nos Dominum consulere debemus: si idololatrae abhorrent à diuinis, quanto nos magis abhorreere debemus? Displicet sensus: nam peius est consulere deos, quam diuinos: *nam pro viuis apud mortuos?* subaudi consilium est, aut rectè quaeritur? Nonnulli: *nonne populus Deum suum consulturus est? pro viuentibus mortuos consulat?* Dehortationis suae causas duas propheta affert, vnam ex absurdo, non esse homini, qui mortuos consulat, communicationem vllam cum Deo vero, hoc versu: alteram, rationem istam consulendi mortuos, qua necromantici vtuntur & à lege ac prophetis aberrandi, gentium earum esse, quae ignorant Deum, Deuteronom. 18. vers. 9. & sequentibus, versu sequente.

AD LEGEM MAGIS, ET AD TESTIMONIUM, &c.] Hunc versum nos totidum verbis ex Heb. expressimus, alij variè: 1. *Ad legem & ad testimonium.* Subaudi, reuertendum, aut recurrendum est, in quibus praescribitur, quid agendum nobis, & testatur Deus voluntatem suam: *Si non dixerint iuxta verbum hoc; quia non est ei aurora.* id est, si idololatrae non idem sentiunt, quod ego, hoc ideo fit quia non est ei, id est, cuique eorum aurora, hoc est, quod nihil sit eis lucis. 2. *Per legem & testimonium.* subaudi, iuro, & dispeream, nisi dicant iuxta hunc sermonem, in quo non est aurora. q. d. Ita res habet vt dixi: tam verum est, quod aliqui hortabuntur vos vt consularis pythones, & diuinos, quam vera est lex diuina, eiusque testimonium. & dispeream. addit aliud iuramentum ad maiorem

VERS. 20.

rem confirmationem : Non habeat verax, aut aliquid simile, si non futuri sint aliqui in populo Dei, qui alios hortaturi sint iuxta verbum hoc, nempe consulere magos aut divinos : qui sermo siue doctrina nihil habet lucis, abhorret à vera doctrina & à sensu communi. 30. *Ad institutionem & ad testimonium.* id est, Quin potius proficiscimur ad consulendum legem & statuta & testimonia Dei : *Si non dixerint iuxta verbum hoc, illi nequaquam aurora.* id est, quicumque non ita responderit, nimirum, consulendam esse legem Dei, ac non pythones; auic profecto nondum refulit aurora, adhuc in tenebris agit ignorantia & infidelitatis. Hispanicus Interpres : *Ala ley, y al testimonio.* scilicet, *preguntaran los pios. Si non dixerent conforme à esto, es porque no les ha amanecido.* 4. *Legem, & contestationem consulunt : an non loquuntur secundum verbum istud, seu in sententiam illam cuiusque nulla est aurora. seu lucis scintilla?* id est, quisquis planè ignorat Deum.

VERS. 11. ET TRANSIBIT PER EAM, &c.] Hunc versum multifariam ex Heb. elucidant : 1. *Et transibit per terram ipsam induratus & famelicus.* Singulare pro plurali, id est, erunt qui dura ac dira patientur in terra illa Iudææ, in qua fuerint homines illi in fideles, obfirmati, superstitiosi : eritque, quum premeur fame, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum. scilicet opem expectando à Deo. 2. *Quam auroram, seu lucem, qui neglexerit, indurabitur & esuriet, seu inedia premetur : quumque esurierit, sese irritans, detrahet regi suo & Deo, & suspiciet sursum.* 3. *Quapropter peragrabit illam, scilicet terram Iisraelis, difficultatibus pressus atque famelicus, impius quisque Iudæus & Iisraelita : eritque quum esurierit, & esuruerit, præ indignatione & desperatione, ut maledicat regi suo. vel מלכו malco, accipiunt pro Molech suo, vel Michomo suo, ut deorum potentissimo, de quo vide in Leuiti. 18. v. 21. cuius operâ fuisset seruandus ab hostibus & difficultatibus rerum, ac liberandus in terra : & diis suis, quibus confidebat, sentiens se frustra confisum esse : ubi aspiciet sursum, cælum versus ut ostendit antithesis sequentis versus.*

VERS. 12. ET AD TERRAM INTUEBITUR, ET ECCE, &c.] Variè hunc versum ex Heb. interpretantur ; 1. *Et ad terram intuebitur, &*

*ecce tribulatio, & tenebra, obscuratio angustia, & ad caliginem impulsam se videbit, vel & in caliginem deirudetur.* 2. *Et ad terram aspiciet, & ecce angustia, & obscuritas aduolans, pressura & caligo irruens.* 3. *Et terram spectabit, & ecce angustia, & tenebra, circumuolans angustia, & nebula circumfusa.* Hæc omnia summam infelicitatem ostendunt. 4. *Quod si in terram intueatur, ad opem in terra consequendam : ecce oppressionem & tenebras : gradatio, pro eo, quod est, erit calamitas, & vacuitas ab omni luce, aut spe ex calamitatibus euadendi : obscuratio angustia, & caligine impulso.* id est, omni Iudæo & Iisraelita impio, versanti in densissimis & confertissimis miseriis, atque exagitato ab illis magis ac magis; quod compleri cæptum est inde à temporibus istis, bellis subinde emergentibus. Notant his duobus versibus contineri conclusionem secundæ huius partis concionis, à summâ descriptione iudiciorum Dei : tam miseri, inquit, futuri sunt Iudæi & Iisraelitæ, ut neque in cælo, neque in terra ipsis ostendatur salus vlla, spes salutis aut consolatio.

*Dissolutio & angustia.* מְגֻבֻּבִּים תְּזַכְּרָב. Prius, quidam participium faciunt, & præcedenti voci construunt : & obscuritas aduolans. Sed est discordia generis, nam Heb. obscuritas est fœmineum, & aduolans masculinum. Alij cum voce sequente nectunt : circumuolans angustia. Sed similis discordia generis. Nonnulli : obtenebratus, obscuratus, angustia. Plerique nomen faciunt in regimine : obscuritas, caligo, obscuratio, obtenebratio, defatigatio, quæ ex obscuritate sequitur, pressura. Nec desunt, qui exponant : volatus angustia. id est, circumuolans angustia. Nos ex simili voce Iob 10. v. 22. reddidimus : defatigatio pressura, vel defatigatus pressurâ. quod loco rectè congruit.

*Et caligo persequens.* Alij : & caligo irruens. Plerique : & caligo impulsiva expansa, dispersa, vel & nebula circumfusa. Sed est quoque discordia generis : nam אֶפְהֵלָב aphelab, caligo est fœminuam : & מְנֻדָּב menuddab masculinum; impulsus quam vocem quidam Pahul Pihel faciunt : & caligine impulsus, depulsus, propulsus, vel ad caliginem impulsus, deirusus. Alij nomen substantiuum : & caliginis impulsio, expansio, vel impulsus, lapsus.

## CAPVT IX.

Vaticinium de Christi natiuitate, ipsiusque imperio multiplicando, de liberatione Iude à regibus Israel & Syria: quorum regnorum, & praesertim regni Israel ad Deum redire nolentis, grauissima caedes intestinæque dissidia praedicit.

## Vulg.

**1** **P**rimo tempore alleuiata est Terra Zabulon, & Terra Nephthali: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilae Gentium.

**2** Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.

**3** Multiplicasti gentem, non magnificasti letitiam. Latibuntur coram te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores capta praeda, quando diuidunt spolia.

**4** Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.

**5** Quia omnis violenta praedatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

**6** PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis.

**7** Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodò & vsque in sempiternum, zelus Domini exercituum faciet hoc.

**8** Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israele.

**9** Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia & magnitudine cordis dicentes:

**10** Lateres ceciderunt, quadris lapidibus aedificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

## Malu.



**1** Via non defatigatio <sup>a</sup> cui pressura ei, <sup>b</sup> secundum tempus primum alleuiare fecit in terram

Zebulun, & in terram Naphthali, & posterius aggrauare - fecit: via maris trans Iordanem <sup>c</sup> Ghelil gentium.

**2** Populus ambulantes in tenebrositate viderunt lucem magnam: habitantes in terra umbræ-mortis lux spenduit super eos.

**3** Multiplicauisti gentem, non defecisti lætitiā: lætati fuerunt <sup>d</sup> faciebibus tuis secundum lætitiā in <sup>e</sup> decurtatione, secundum quod exultabunt in <sup>d</sup> spertire eos spoliū.

**4** Quia iugum oneris eius, & <sup>f</sup> baculum humeri eius, virgam angariantis in eo <sup>g</sup> consternauisti, <sup>h</sup> secundum diem Midian.

**5** Quia omnis conculcatio conculcantis in commotione, & vestis voluntata in sanguinibus: & erit combustioni, <sup>i</sup> comestio ignis.

**6** Quia <sup>k</sup> natus natus-fuit nobis, filius datus-fuit nobis; & fuit principatus super humerum eius: & vocauit nomen eius, Ardous, consilians, <sup>l</sup> EL, Præualidus, Pater æternitatis, Princeps pacis.

**7** Multiplicationi principatus, & paci non extremitas super solium David, & super regnum eius, ad apparare id, & ad <sup>m</sup> fuleire id in iudicio, & in iustitia, de nunc & vsque ad æternum; zelus IHVH TZEBAOTH faciet istud.

**8** Verbum misit <sup>n</sup> ADONAI in Iag-hakobo, & cadet in Israele.

**9** Et cognoscent populus omne eius Ephraim, & habitans Someron, in superbia & granditate cordis, ad dicere.

**10** Lateres ceciderunt, & vulsionem aedificabimus: sycomorosi excisæ fuerunt, vt cedros mutare-faciemus.

<sup>a</sup> ad quod, secundum quod sicut

<sup>c</sup> Galilæa

<sup>d</sup> dicitur, ad facies & messe

<sup>f</sup> virgam

<sup>g</sup> prostrauisti, cōfregisti, attriuiti consternare-fecisti

<sup>h</sup> sicut die

<sup>i</sup> cibus, esca, pabulum & puer

<sup>l</sup> fortissimus-Deus

<sup>m</sup> sustinere, corroborare, sustentare

<sup>n</sup> vide Genes. 1 & 2. sic infra v. 16.

11 Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet:  
 12 & Syriam ab Oriente, & Philisthim ab Occidente: & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta:  
 13 & populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.  
 14 Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem & refrenantem die vna.  
 15 Longeuus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda.  
 16 Et erunt, qui beatificant populum istum seducentes: & qui beatificantur, precipitati.  
 17 propter hoc super adolescentulis eius non letabitur Dominus: & pupillarum eius, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & uniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.  
 18 Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saluis, & conuoluetur superbia fumi.  
 19 In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcat.  
 20 Et declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij sui vorabit; Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem, simul ipsi contra Iudam.  
 21 In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

11 Et exaltauit IHVH coangustantes Retzinis super eum: & maleuolentes eius commiscebit.  
 12 Aram<sup>o</sup> de ante, & Pelisthim<sup>p</sup> de post,<sup>q</sup> & comederunt Israel in omni ore: in omni isto non<sup>r</sup> reuersus fuit nasus eius, & adhuc manus extenta.  
 13 Et populus non reuersus fuit vsque ad<sup>r</sup> percutientem suum: & IHVH TZEBAOTH non quaesierunt.  
 14 Et excidit IHVH de Israel, caput & caudam, ramum & iuncum, die vno.  
 15 Senex & leuatus facierum, ipse caput: & propheta<sup>r</sup> iaciens fallitatem, ipse cauda.  
 16 Et fuerunt beatificantes populi istius, errare-facientes, & beatificati eius<sup>\*</sup> absorpti.  
 17 Super sic super electis eius non laetabitur ADONAI, & orphanos eius, & viduas eius non inuiserabit, quia omne eius hypocrita, & malefaciens, & omne os loquens fatuitatem: in omni isto non reuersus fuit nasus eius, & adhuc manus eius extenta.  
 18 Quia<sup>u</sup> exarsit sicut ignis improbitas, senticetum & spincum<sup>x</sup> comedet: & conflagrauit in perplexitatibus filix, & dispelli-fese-facient superbia fumi.  
 19 In excandescencia IHVH TZEBAOTH incensa fuit terra, & fuit populus sicut<sup>v</sup> comestio ignis: vir ad fratrem suum non commiseratione mouebuntur.  
 20 Et decidit super dexteram, & famescet: & comedit super sinistram, & non saturati fuerunt: vir in carne brachij sui comedit.  
 21 Menasch ad Ephraim, & Ephraim ad Menasch, vnite ij super Iehudah: in omni isto non reuersus fuit nasus eius, & adhuc manus eius extenta.


*o ab oriente; a fronte p a retro, ab oriente q vt deuorant, absumant r remisit ira, sic postea s ipsum percutiorem*

*r docena*

*\* degluciti, deuorati. Sic infra c. 24. vers. 7.*

*u accensa; succensa est x vt v. 12.*

*y vt v. 5;*



COMMENTARIA.

VERS. I.



**N**ON POTERIT AVOLARE DE ANGVSTIA SVA: PRIMO TEMPORE ALLEVIATA EST, &c. ] Sic Hebraea ista coniungunt, & vnico versu compingunt, a quo passim Hebraei caput. nouum exordiuntur: qui sane primus versus adeo obscurus est, vt Maluenda, In libr. Isaia.

planè videri possit difficultatis insuperabilis; nos tantum interpretationes iudicio nostro verisimiliores reponemus: 1. Quia non erit ei obscuratio secundum angustiam, qua fuit ei tempore primo ab eo, qui alleniare fecit terram Zabulun, & terram Naphthali, & vltimo ab eo, qui aggranare fecit; via maris trans Iarden Ghelil gentium. 2. Nec euasit ille, cui hac accidit

*cidit angustia : nam sicut prius sustulit hostis terram Zebulun, & terram Naphthali ; ita postea deterius aget, nempe ad viam maris, transitum Iordanis, & Galilaam gentium. 3. Et enim non expediet sese is, qui se in angustia huiusmodi coniecit: quemadmodum superiore tempore, dum leuiter affligebat terram Zabulun, & terram Naphthali, postea vero grauius afflixit: via maris ultra Iordanem in finibus gentium.*

*4. Quoniam non defatigatio ad hanc, qua angustia ei, vel ad hanc angustiam, qua ei est: in xza tempus primum alleuiavit ad terram Zebulun, & ad terram Naphthali, & postremo aggrauabitur, id est, grauius veniet via maris, vel per viam maris ultra Iordanem in Galilaam gentium, vel regio, circumterritorium gentium.*

Hebraei huius versus sensum ita concipiunt:

*Quia non obscuratio secundum quod pressura ei: id est, non fuerunt tenebrae calamitatum & miseriarum terrae Israelis sicut angustia haec: nam secundum tempus primum alleuiare fecit, id est, denigrare, alleuiavit terram habitatoribus Tiglath-Phileser, terram Zebulun & terram Naphthali: ut scribitur 2. Reg. 15. v. 29. & 1. Paralipom. 5. v. 26. & posterus aggrauare fecit, id est, grauiorem & maiorem deportationem fecit Salmanaser 2. Reg. 17. v. 6. reliqui totius Israelitici populi, quasi dicat, grauior erit ista obscuratio & afflictio Iudaeorum, de qua loquor, quam quam à Tiglath-Philese, aut à Salmanasere afflicti sunt. Tremellius & Iunius ita hunc versum reddunt:*

*Nam non erit obscuratum, cui fuerit angustatum, impersonaliter: siue nam non obscurabitur, qua affecta fuerit angustia, sicut tempus hoc prius leuius affectu in terra Zebulun & in terra Naphthali, & posterus illud affectu grauius: via maris, secundum Iordanem, Galilaea gentium, seu populosa. Exponunt, Nam, &c. Tertia pars concionis, consolatio, qua pij ex Iehuda & Israele confirmantur aduersus futuras calamitates. Sunt autem huius consolationis (qua propheta transit aetiologicè rationem explicans, cur ligari contestationem & obignari inter discipulos suos praesepit Iehoua supra cap. 8. v. 16.) vniuersè argumenta tria, primum est ab instabilitate praedictarum afflictionum, ne fortè defatiscantur piorum animi, toto hoc capite, & versibus quatuor primis sequentis capituli: secundum est, à misero casu excidioque ipsorum hostium, qui populum Dei malis affecerint, sequente capite inde à vers. 3. tertium & summum est, à promissione regni Christi, in quo fons inest liberationum omnium, cap. 11. Quod autem ad primum hunc consolationis locum obseruandum est, proponit in genere consolationem totam duobus primis versibus, non fore nimirum perpetuas illas oppressiones, quibus erat populus Dei castigandus: deinde confirmatur hic consolationis locus à beneuolentia Dei erga populum suum propter venturum Christum, vsque ad vers. 5. non obscurabitur, &c. id est, postquam multa incommoda fuerit perpessa terra promissa tota, non semper manebit in illis, ac veluti perpetuis tenebris obruetur, sed liberabitur tandem Ecclesia per Christi aduentum, Sicut tempus*

*prius, nimirum quo mox Tiglath-Pileser rex Assyriae ab Achazo conductus Israelitas erat inualurus, 2. Reg. 15. v. 29. Leuius affectu, quam sequens tempus affecturum est: nam pars tantum Israelis deportata, & terrae occupata est, ibidem. in terra Zebulun, & in terra Naphthali. Id est, Israelitas per synecdochen: sed horum potissimum fit mentio, quia ab his coepit tum calamitas per Assyrios, tum liberatio per praedicationem Euangelij Christi, sequente versu. & posterus illud tempus affectu grauius, quò Salmanaser totum Israelem inualurus erat, occupaturus, & deportaturus, 2. Reg. 17. vers. 6. via maris secundum Iordanem, &c. In ablatiuo accipiuntur ut à, quasi dicat, in via maris secundum Iordanem vbi est Galilaea. Sequitur definitio certissima liberationis per Christum: quia propheta exponit exortum ac veluti primam lucem Euangelij ibi coepturam esse nominatim, vbi coeperat calamitas: & locum verbis apertissimis circumscribit, prout accommodat Matthaeus 4. v. 16. His enim verbis definitur inferior Galilaea, non autem superior, ut plerique existimant: quae secundum Iordanem protenditur, ad mare Tiberiadis siue lacum Genezareth adiacet, & feracissima regio est, teste Moscheh Deuteron. 33. vers. 23. ac proinde populosissima. Galilaea gentium, seu populosa. Quod plerique appellationem hanc tribuunt superiori Galilaeae, quia gentibus est contermina, habet quidem speciem, sed loquutio exemplo caret: praeterea à circumstantiis abest, quae modo positae sunt: ac postremo discedit ab interpretatione Matthaei. Nam has omnes circumstantias nobis quidam constar, non ad superiorem, sed ad inferiorem Galilaeam pertinere. Fefellit illos quidem nomen, gentium: sed nos amphiboliam interpretatione nostra sustulimus, dicendo, populosa. Hactenus Interpretatio Tremellij & Iunij.*

Forerius priorem partem versus capiti superiori annectit cum Nostro: *Quoniam non facta auolare, vel non fiet, auolare, seu ut auolet, qua ei effusa est. id est, caligo, quae superfusa est ei terrae non fiet ut auolet, hoc est, non effugabitur, non euanesceat, sed perdurabit, & perpetua erit. Ut indicet sempiternam Iudaeorum caecitatem, & calamitatem in qua hodieque perdurant. Verum non placet hic sensus, nam Hebr. caligo, est foemineum, & participia vel nomina cum quibus à Forerio construitur, masculina. Sequitur deinde & caput per se nonum orditur. In primo tempore vilis fuit terra Zebulun, & terra Naphthali, & nouissimo honorata fuit via maris trans Iordanem Galilaea gentium. Olim, inquit, Zabulonitae & Naphthalinitae, totaeque ille. Galilaeae tractus vsque ad Tyrum viles fuerunt, non gloria rei militaris, non nobilitate sanguinis, non scientia aut artibus vllis clari, omnesque Galilaei contemptibiles erant, unde illud, [Num in Galilaeus es? Scrutare & vide, quòd à Galilaea propheta non surgit.] Ioann. 7. v. 52. & illud, [A Nazareth potest aliquid boni esse?] Ioann. 1. v. 46. at nouissimis temporibus regio illa illustrata fuit praesentia, habitatione, consuetudine, doctrina, & miraculis Domini: praesertim*



fertim via maris, id est, qua versus mare Galilææ, & ultra Iordanem itur. Hunc sensum videtur probare interpretatio Matth. 4. v. 14. & 15. Verum nullo pacto congruit cum vaticiniis Iahakobi Genes. 49. vers. 13. & 21. & Moïsi Deuteronom. 33. v. 18. & 23. & laudatione Iosephi 3 Belli, cap. 2. quibus locis mirifice virtus & præstantia Galilæorum prædicatur, secus multo quam Forerius statuit. In Evangelii quidem non eorum vilitas, sed infidelitas, & singulariter odium Christi, qui Galilæus existimabatur, vituperatur. Sed expendamus verba,

ET NON POTERIT AVOLARE. ] Hebr. Quia non *קָרַע מִיָּדָיו* *idughaph*, quidam participium passivum ex Hiphil faciunt: Quia non auolare factus, vel auolatus. Alij: Quia non obscuratus, obtenebratus, vel defatigatus, delassatus. Plerique nomen esse malunt: Quia non obscuritas, obtenebratio, obscuratio, vel defatigatio delassatio, lassitudo: ajunt proprie esse obscuritatem, quæ defatigationem sequitur: sed hic potius significationem tenebrarum quam lassitudinis quadrare, quod sequente versu tenebrarum & lucis fiat mentio.

DE ANGVSTIA SVA. ] Hebr. לֹא־שָׁכַח לֵב לֹא־שָׁכַח *laascher, mutzak, lab*, Prior vox LAASCHER, potest reddi, cui, vel secundum quod, vel ad quam MVIZAK, pabul ex Hiphil esse nonnulli volunt, pressus, arctatus, tortus, angustiat, à verbo *פָּרַץ* *izak*; si verò à *פָּרַץ* *izak*, fusus, confusus, Plerique nomen esse malunt, pressura, angustia, coarctatio, tortio, tortura. לֵב *lab*, ei, fœmineum, id est, terræ Israelitæ vel Iudææ. Auenarius hanc pericopem ita reddit: Quia non obtenebrans eris, id est, non condolebit, ei cui tortio inferitur. Hoc est, non condolebit terræ ipsi afflictæ.

PRIMO TEMPORE. ] Noster pro *Caph*, legit *Beth*, in tempore primo. Sed more Latino-rum abiicit, in. At Hebraica exemplaria nunc constanter habent *Caph*. Secundum tempus primum, vel sicut tempore primo. Et sanè *Caph*, & *Beth* sunt litteræ quam simillimæ, & vna pro altera facile substituitur, nec sensum omnino alterat.

ALLEVIATA EST. ] Verbum *קָלַל* *kalal* in Hiphil *הִקְלִיל* *hekel*, tametsi intransitive interdum positum inueniatur, ac frequentius active, alleviare fecit, alleviavit. scilicet, habitatoribus: vel pondere, aut honore, vel existimatione, sic, *silem, leueni habuit, reputavit, spernit*. plerique, *levius affixit*, vt sit alleviare de pœna, & oppressione, vt sumitur id verbum i. Reg. 12. vers. 4.

TERRA ZAVLON. ] *אֶרֶץ זָבֻלֹן* *arizah* cum *He* finali, in terram, ad terram, seu in terra Zebulun. Sic mox, in terram Naphthali. quæ littera vel emphatica est, vel metonymica, vt habitatores seu incolas terræ designet.

AGGRAVATA EST. ] *כָּבַד* *cabad* etiam ex Hiphil *הִכְבִּיד* *hichbid*, oppositum præcedenti verbo *KALAL*, id est, aggravare fecit, aggravavit. Quidam in bonum accipiunt, honore, gloria, maiestate illustrem reddidit: plures in malum, gravius afflixit, vt i. Reg. 12. vers. 14. quod aptius tenetur: & utrumque verbum in Hiphil non parvam vim habet, vt illud ma-

gnam alleviationem, hoc verò magnam aggravationem designet. utriusque verbi suppositum vel Deus est, vel tempus.

VIA MARIS. ] Hebr. per *Atbnach* antecedens, disiungitur à præcedente membro. Quidam in nominativo accipiunt, vel appositive: scilicet *via maris*, vel subaudita coniunctione: & *via maris*. Alij in ablativo: *via maris*, vel *in via*, aut per *viam maris*. Hanc Brocardus ita describit: [Per hanc civitatem Cedar iuxta montem Sanir, & per litus maris Galilææ transit via ducens ad Occidentem, quam Isaïas vocat *viam maris*: quod trans Iordanem in Galilæa gentium iuxta litus maris procedat. Ab hoc loco, ubi Iordanis mare influit, usque in Cedus Neptalim sunt quatuor leuæ, &c.] Alij verò Sacri topographi in hunc modum: [Via maris cuius in prophetia Isaïa, & in Evangelio Matthæi fit mentio, indeque nomen habet, quod è Syria in occidentem ad mare magnum, seu mediterraneum ducat, publica quedam via est: qua initium à Syria sumens, per montana Traconitidis regionis, & civitates Cedar, & Corozaim, atque Iordanem fluvium, tandemque urbem Capharnaum transit; illincque per litus maris Galilææ procedens, iuxta civitates Bethsaidam, Neptalim, Sephet, & Naasôn præterit, & per Galilæam gentium, ac vallem Asor, quæ nunc S. Georgij appellatur, Ptolomaidem decurrens, merces suas in unum occidentem distrahendas, ad mare magnum exonerat. Quidam *viam maris* intelligunt loca maritima lacus Chinereth, ubi fuerunt Capharnaum, Bethsaida, Tiberias, Tharicheas.

TRANS IORDANEM. ] Intelligunt respectu Assyriorum, de quibus hic historicè est sermo. Alij, quæ ducit ultra Iordanem. Nonnulli: secundum Iordanem. Aptius accipietur: *via transitus Iordanis*, seu *via vadi Iordanis*, id est, via, qua Iarden traicitur, quæ erat celebris ac frequens ad influxum eius in mare Chinereth, iuxta Capharnaum, & Chorozaïm. Nam *גְּבֵר* *gheber*, proprie est nomen, transitus, licet plerumque pro præpositione sumatur.

GALILÆÆ GENTIVM. ] Eusebius, & S. Hieronymus in locis Hebraicis, & passim alij, hanc Galilæam superiorem accipiunt, cuius maiorem partem tribus Nephthali occupavit; gentium verò dictam, vel quod in ea Salomon viginti civitates Hiramò regi Tyri dederit i. Reg. 9. vers. 11. vel quod Palestina ferè extima, complures gentes confines haberet: ab occidente Tyrios & Sidonios; ab ortu Traconitas; à septentrione Syros. Tremellius & Iunias, vti superius vidimus, Inferiorem Galilæam potius intelligi volunt, quæ secundum Iordanem prætenditur ad mare Tiberiædis: quam sanè sententiam argumentis haud spernendis confirmarunt. Sed utriusque Galilææ situm, fines, opulentiam, frequentiam accuratè Iosephus lib. 3. Belli, cap. 2. explicavit. Nonnulli annotant, terram Zebulon, hic, & *viam maris secundum Iordanem*, idem omnino esse duplicatis vocibus, & Galilæam Inferiorem, seu Iudæorum intelligi. Cæterum terram Naphthali, & Galilæam gentium, idem etiam prorsus esse, & Galilæam superiorem

distinctis nominibus indicari : vnde hinc subaudiendam esse coniunctionem : & *Galilæa gentium*. Non est dubium Naphthalitas ad superiorem ; Zebulunitas verò ad inferiorem Galilæam pertinuisse. Vide Iosue 20. vers. 9. Hanc nos interpretationem in tanta obscuritate, aliis præferimus. S. matthæum 4. vers. 14. & 15. hunc locum Isaia vel primario & historico prophetico sensu de Christo interpretatum, vel sublimiori & arcaniori ad Christum accommodasse, nemo pius inficias ierit : seruata tamen veritate historica cladis Israëlitum per Assyrios.

VERS. 2.

POPVLVS, QVI AMBVLABAT IN TENEBRIS, &c.] Quidam hunc versum reddunt : *Populus eius, scilicet terræ Zebulunis & terræ Nephthali, hoc est Zebulunitæ & Naphthalitæ: qui ambulant in tenebris* : id est, non tantum corporalibus, sed etiam spiritualibus malis, velut densis tenebris, obruuntur : *videbunt lucem magnam* : id est, incipient videre atque percipere lucem liberationis suæ, vnde cæteris etiam Israëlitum partibus effulgebit : nam in partibus illis primum prædicauit Christus, lucem suam cum hominibus communicans, & ibi fecit prima miracula : *super confidentes in terra umbra lethalis lux splendeat*.

VMBRÆ MORTIS.] vide in Iob 3. vers. 5. id est in exitalibus tenebris calamitatum, & miseriarum.

VERS. 3.

MULTIPLICASTI GENTEM, ET NON MAGNIFICASTI LÆTITIAM.] Exponunt, id est, non omnibus Israëlitis, & Iudæis illuxit vera lux Euangelij : nam multi fuerunt Iudæi secundum carnem, sed in pluribus eorum non fuit beneplacitum Deo : neque omnium, sed paucissimorum fuit gaudium Euangelij. I. Petri 1. [*Credentes autem exultatis gaudio ineffabili & glorificato.*]

LÆTABUNTUR CORAM TE, SICVT QVI LÆTANTUR IN MESSE.] Sic Ioan 4. vers. 35. & sequentibus.

SIGVT EXULTANT VICTORES CAPTA PRÆDA, &c.] Euangelij exultationem comparat cum gaudio victoriæ militum, vt Psal. 45. & Psal. 46. Quidam hunc versum ita reddunt : *Amplificans hanc gentem, non magnificasti lætitiā : lætabuntur coram te, quasi lætitiā, quæ agitur in messe, vt qui exultant partientes prædam*. Notant, promissionis præcedentis de liberatione & salute populi causam nunc demum exponi per syncrisin, seu comparationem, vt diximus in vers. 1. Esse autem hanc syncrisin siue comparationem institutam inter superiorem administrationem, quæ præcessit aduentum Christi, & illam, quæ est in regno ipsius : Tota, inquit, superior administratio varia fuit, secundis, aduersis ; lætis, tristibus ; duris, facilibus ; turbulentis, quietis ; omnibus denique rebus instabilibus, adeo vt ne magnificentissimæ quidem victoriæ suo luctu vacauerint : sed alia est conditio regni huius, quod suscepturus est Christus, eoque Ecclesiam suam illustraturus ; in eo pax futura est sempiterna. Huius comparationis prius membrum tribus versibus continetur : posterius verò vers. 6. & 7. ætiologicè, quasi dicat

hoc versu : *Quum populum tuum insigni aliquo bono, victoria, aut honore auxisti, lætitiā tamen stabilem minimè præstitisti : nam lætabuntur coram te, quasi lætitiā, &c.* id est, nullam lætitiā consequuti sunt *axovti & avauati*, sine sudore & sanguine, sed permagno illis constitit : nam ardui laboros lætitiā breuē anteuerunt, vt sudores messem, & pugnae graues spolia : quod etiam duobus sequentibus versibus exornatur : sed tempore Euangelij aliter se habebunt, & procedent omnia.

ET NON MAGNIFICASTI LÆTITIAM.] Hebræi legunt : & *ei magnificasti lætitiā*. nimirum ei genti. Atque hunc esse volunt vnum de quindecim Scripturæ locis, in quibus Lo cum *Aleph*, ponitur pro Lo cum *vau*, id est, *ei*. & Latinam lectionem vt cum hac congruat, nonnulli interrogatiuè accipiunt, vt sensum reddat affirmatiuum. q. d. Auxisti populum credentem, & eidem multam amplamque lætitiā addidisti. Sed prior sensus negatiuus est rectior.

IUGVM ENIM ONERIS EIVS.] id est, Vers. 4. onerosum, graue, molestum.

ET VIRGAM HVMERI EIVS.] seu *baculum*, id est, insigne magistratus, quod ad humerum reclinatum gestari solet : vnde dicti sunt apud Græcos *rabduchi*, id est, *bacilliferi*, qui baculos aut virgas gestant, apud Latinos *lictōres*, qui fasces ferunt. Possis reddere : *extensionem humeri eius*. id est, latum humerum eius, hoc est, robur & fortitudinem seu potentiam eius.

ET SCEPTRVM EXACTORIS EIVS.] Hebr. & *virgam angariantis, exigentis, in ea*. Quidam : *qua adigit cum ea*. Alij : & *sceptrum exactoris cum ipso exactore prostrasti*. Nonnulli : & *virgam exactoris in eo*. scilicet, populo vel gente, id est, vires eorum, qui tyrannidem in populum Dei exercebant. Plerique iugum onerosum, virgam, sceptrum exactoris, legem accipiunt à cuius feruitute & veluti tyrannide nos Christus eripuit. Alij aptius liberationem à potestate, imperio, iugo, peccati, satanæ, mortis, inferni, tenebrarum per Christum hinc cani intelligunt. Quidam reddunt : *Quum iugum oneris illius, & virgam humeri illius, sceptrum opprimentis illum contriueris*. id est, quoties liberaueris populum tuum ab exterorum tyrannide : quæ metaphoris duabus, & iugi & sceperi figuratur : vt *die Midianitarum*. quo diuina victoria à Israëlitis reportata est : quam etiam propter nobilitatem in exemplum protulit propheta, & iterum etiam adducet infra cap. 10. vers. 26. Vide Iudicum 7. Aliqui exponunt, ibi enim solus Deus pugnavit, vt hinc contra exercitum Sancheribi. Nos ea potissimum ratione memoratam hinc Gedeonis victoriā existimamus, quod quam simillima victoriæ Christi fuerit, nimirum per paucos, eosque infirmos, & ope diuina : sic Christi victoria per paucos discipulos eosque imbecilles, vt in solidum tota gloria Deo asseratur : quod mysterium magnifice exequitur Paulus 1. Corinth. 1. v. 26. & sequentibus.

QVIA OMNIS VIOLENTIA PRÆDATIO

VERS. 5.

TIO CVM TVMVLTV, &c.] Hunc versum variè alij ex Hebr. reddunt: 1. Nam omnis, qui pugnat, pugnat cum commotione; & vestimentum volutarum in sanguinibus, erit ad combustionem cibus ignis. 2. Nam omnis pugna pugnantium fuit cum impetu, vestesque fuerunt inquinata sanguine: ipsa quoque vrbs fuit incensa & absumpta igni. q. d. Pugna fuit acris, siue pugnatum est acriter contra hostes, nec pugna fuit incruenta: nam ipsi tandem caesi sunt, & vrbs capta fuit & incensa. Hoc vel propriè accipiunt de excidio Iehudæorum, vel per Nabuchodonosorem, vel per Titum: vel metaphoricè de magno pralio Christi contra Satanam, peccatum, mundum, mortem, infernum, quo penitus euersum est istorum imperium. 3. Omne quidem pralium, quod fit per praliantem, fit cum strepitu & volutatione vestimenti in sanguine: hoc verò bellum erit per combustionem & denorationem ignis. Nimirum in die pentecostes, inflammante Spiritu sancto igneis linguis corda hominum, ac deinceps, continuò per ignem illum, quem Dominus Iesus in terram mittere venit, nempe Euangelium. 4. Equidem omnis profligatio profligantis fit strepitu tumultuoso, & volutatione vestimenti in sanguine: at hoc bellum erit adustione & denoratione ignis. 5. Quia omnis conculcatio conculcantis cum commotione, seu fragore, & vestimentum volutarum in sanguinibus, & erit in combustionem & cibus ignis. id est, Omnes conculcatores, qui proculcant, & stragem edunt cum commotione & strepitu, omnes sanguinarij milites, qui occisorum sanguine conspersa arma & vestes gerunt, cedent igni diuino illi quem Christus mittet in terras. Nulla inquit, ferocia, nulla barbaries, nulla vis erit, aut crudelitas, quæ stare possit ante ignem illum Spiritus sancti. 6. Quando tota conflictatio conflictantis in concussu, & vestimentum volutarum in cadibus, etiam abierit in exustionem, pabulum ignis. id est, Quando Christus tota inimicorum suorum castra diuinitus inter se commissa tanquam igne accenso, cum rebus suis omnibus consumpserit virtute sua. in concussu, id est, repentino motu, qualem inter ipsos Midianitas excitauit Deus, vt obuenterent gladium alter in alterum. 7. Omne enim pralium praliantis est cum conflictu, & vestium eruentione: at istud erit per incendium & denorationem ignis. scilicet ab angelo in Assyrios. infra cap. 10. vers. 16.

QUIA OMNIS VIOLENTA PRADATIO CVM TVMVLTV. ] *און, און seon, seon*, prius est nomen, secundum participium, quæ hic tantum, nec alibi leguntur. Exponunt: Quia omnis bellator bellat cum tremore. vel omne bellum bellantis est cum tremore. Hebræorum nonnulli ex notione Chaldaica reddunt: Quia omne calcamentum calcantis cum strepitu, &c. vt indicet omnia arma, & indumenta militum cellura igni, omnia eorum instrumenta ac suppellectilem combustioni tradenda. Alij: Quia omnis mensura mensurantis cum tremore, id est, eius, qui malum rependit. Quidam: Quia omnis clamans clamantis cum strepitu. Nec desunt, qui: Quia omnis violentia violentantis.

vel exitium, exitium-asserentis. à transposito *און seon*, Genes. 42. vers. 4. quod Noster sequutus videtur. Forsterus annotat: [*און seon, conculcauit, proculcauit, stragem fecit, qualis fieri solet in pralio. Legitur autem participium presens seon, Isaia 9. Quia omnis conculcatio conculcantis cum strepitu. SAON, & in statu regiminis seon, conculcatio, strages; vis, violentia lethalis & mortifera. Cur autem huic verbo hanc tribuo significationem, mouet me nomen *און seon* raghasch, conotio. Deinde quod in Chaldaeo nominatiter calceos significat à calcando dictos, Exod. 3. v. 5. [Detrahe calceos tuos.] Tertio, quia cognationem habet significatione cum verbo *און seon*, & nomine *און seon*, quæ conationem violentiam significant.]*

PARVVLVS ENIM NATVS EST NOBIS. ] VERS. 6. Alij: Nam puer datus est nobis. Altera pars syncrifeos, seu comparationis, vt dictum est in versum 3. Puer. id est, Iesus Christus, is, de quo prophetauerat supra cap. 7. vers. 14. Et si puerum fortasse altera etiam de causa nominauit, nimirum vt tenuitatem & infirmitatem, quæ illi in speciem futurâ erat, ostenderet, vt Zachar. 9. v. 9. quia ratione amplius hæc comparatio illustratur. Iam hic propheta aperit bonorum omnium, quæ dixerat, fontem & originem, nempe Incarnationem Filij Dei: hinc lux, hinc messis, hinc victoria, hinc deiectio tyrannidis, & ignis ille diuinus, cui omnis vis cessura erat: nam qui Filium suum dedit, quid non cum illo nobis donaret?

ET FILIVS DATVS EST NOBIS. ] Dei videlicet, qui solus vocauit nomen illius, Psal. 2. vers. 7. & Hebræor. 1. vers. 5. quum illum nobis traderet.

ET FACTVS EST PRINCIPATVS SUPER HUMERVM EIVS. ] Alij reddunt: 1. *super cuius humerum imperium erit*. id est, qui quamuis sit puer, habet tamen humeros aptos & robustos imperio quamuis maximo sustinendo. 2. *volunt esse Hebraismum, principatus super humerum*. id est, magnus & summus principatus: Matth. 28. v. 88. 3. *cuius humero adsit principatus*. id est, cui nullum vnquam iugum imponi possit; sed qui obtineat amplissimum & constantissimum imperium: vt accipitur infra cap. 22. vers. 22. Hoc enim membrum est antitheton iugi illius & virgæ, quæ humero populi incubuisse dicitur supra vers. 4. Huius autem regni conditionem deinceps explicat, primum à vocatione Dei. hoc versu; deinde ab effectu, versu sequente.

ET VOCABITVR NOMEN EIVS. ] Hebr. actiue. & vocabit. id est, Deus, vel quisque ex Ecclesia: sed nimis est peruagatum tertias personas actiuas Hebræis sæpe sumi impersonaliter seu passiuè, vt sunt exempla passim obuia. vide Forsteri Lexicon, pag. 742. Quidam: Cuius nomen vocat Iehoua, admirabilem; &c. Iehoua æternus Pater æterni Filij: nam solus Deus hæc nomina magna potest dare & accipere, vt ipse dicitur infra cap. 42. v. 8. & cap. 48. v. 11.

ADMIRABILIS. ] *און seon* phele, propriè est abstractum, arduum, arduitas, sed emphaticè pro concreto ponitur, quammaximè arduum, admirabilis

*admirabilis, admiratione-dignus, mirificus, miraculorum-patrator, thaumaturgus, quasi dicat, rebus suscipiendis & gerendis admirabilis, excelsior quam ut eum ratione comprehendere vel assequi possis. Quidam accusandi casu: Admirabilem, cum natura ipsius, tum operibus vniuersis, atque in primis erga Ecclesiam explicatis: est enim Deus, qui facit mirabilia solus. Psalm. 71. vers. 18. & 133. vers. 4.*

CONSILIARIUS. ] vide Prouerbior. 8. vers. 14.

DEVS. ] E L, Fortissimus & Potentissimus Deus: vide Genes. 14. v. 18.

FORTIS. ] גִּבּוֹר ghibbor, Prapotens, Praualidus, Heros, Heroicus, Gigas, Robustissimus.

PATER FUTURI SÆCULI. ] אבִי abi, Pater, habet Iod paragogicum, emphaticè, id est, magnus parens & auctor. Forsterus exponit: pater aternitatis. id est, qui regnum æternum, & vitam æternam inchoat, & consumat, abolita morte, & victa vniuersa vi diaboli, tum mundi, & inferorum potestate. Tremellius & Iunius: Patrem aternitatis. qui idem sempiternus est, idem in omnibus aternitatis auctor.

PRINCEPS PACIS. ] Exponunt, id est, princeps pacificus, felix, fortunatus, cui omnia ex voto succedunt aduersus mundum, diabolum, mortem, pro se & suis electis. Alij, id est, auctor omnimodæ prosperitatis. Plerique in accusatiuo; principem pacis. id est, auctorem & effectorem pacis nostræ, omnes in vno corpore reconcilians Deo per crucem, peremptis inimicitis per eam Ephesior. 2. vers. 16. ut sine metu è manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus ipsi, Lucæ 1. vers. 74.

VERS. 7.

MULTPLICABITUR EIVS IMPERIUM, ET PACIS NON ERIT FINIS. ] לְרַבֵּהּ lemabeh, nonnulli volunt esse participium Hiphil verbi רָבָה rabah, cum præfixo Lamed, nota datus, seu accusatiui, multiplicanti, seu ad multiplicandam principatum. & participium pro infinitiuo poni: ad multiplicandum principatum, seu pro nomine infinito: Ad multiplicationem, seu propagationem imperij, & paci non erit finis. Id est, propagabit imperium & felicitatem sine fine, immensum, infinitum. Ut multo verius de Filio Pater dicere possit quàm Iupiter de Romanis Æneid. 1.

*Huic ego nec metas rerum, nec tempora pono; Imperium sine fine dedi.—*

Aliqui reddunt: Ad proferendum imperium, & ad pacem, quæ finem non habet. Plerique tamen nomen esse malunt. Multiplicationi, multitudini, amplitudini, multiplicitati, propagationi, illius principatus, vel amplissimo & multiplici principati eius, & paci nullus erit finis. Vide Lucæ 1. v. 32. & 33. In MARBEH, scribitur Mem, clausum, seu finale contra naturam Scriptionis Hebraicæ, quæ initio, & medio dictionum semper ponit Mem, apertum: in fine autem clausum. Per multi existimant, id non vacare mysterio. Quidam per mem, clausum tempus designari putant aduentus Messie, nempe 600. annorum, qui ab Isaia tempore eo vique effluxerint, quem numerum litera

Mem, finalis denotat. Sed à tempore huius concionis ad Christum plusquam 700. anni ex certissima Chronologia decurrerunt. Alij, clausam & integram virginitatem Mariæ indicatam putant. Vide Galatinum lib. 4. cap. 19. & Buxtorfium in Lexico, pag. 702. Verum hic de Imperio Christi, non de virginitate matris agitur. Nonnulli, Imperium Christi vndique clausum & munitum ope diuina, designari volunt. Vel quod regnum Christi primum angustum & intra limites Iudææ conclusum, foret amplissimè inter gètes multiplicandum, aut quòd regnum Christi omnes terminos terræ erat conclusurum & comprehensurum. Sed prudentissimè Forerius mysterium hîc irridet & hoccifacit, & scribæ potius lapsum reputat: cuius sententiam & ipsi Massoretæ probant, cum legendum monent cum Mem, aperto.

SVPER SOLIVM DAVID, ET SVPER REGNVM EIVS SEDEBIT. ] Non est Heb. *sedebit*. Sed illud multi subaudiunt: alij cum multiplicationi principatus iungunt, q. d. multiplicabitur eius imperium super solum, vel in folio Davidis, &c.

VT CONFIRMET ILLVD. ] Heb. *ad apparandum, statuendum, ratificandum, stabiliendum, certo firmandum illud.*

IN IVDICIO ET IVSTITIA. ] Quidam hanc partem reddunt: *stabiliendo illud, & fulciendo illud iure & iustitia.* Vide de his duabus vocibus Genes. 18. v. 19.

ZELVS DOMINI EXERCITVVM FACIET HOC. ] Aliqui exponunt, zelus, Zelotypia, amulatio, studium, amor Iehouah, quo amauit, & zelatus est populum suum, ne ipsius possessio deuolueretur ad alienos, faciet hoc. id est, omnia præcedentia, quæ dicta sunt hoc capite. Vel mittet Filium suum Incarnatum, Ioann. 3. v. 16. [ *Sic enim Deus dixit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* q. d. propheta, Amor Dei erga homines faciet ut Christus nascatur. Quidam reddunt: Zelus Iehoua exercituum facturus est istud. id est, Hæc Deus Pater in Christo effecturus est propter nomen suum.

VERBVM MISIT DOMINVS IN IACOB, ET CECIDIT IN ISRAEL. ] Notant, esse hîc exordium nouæ prophetiæ aduersus regnum Israelis. Hoc, inquit Isaia, hæc res, hæc prophetia à Domino dirigitur in Iahakob, & certò eueniet ipsi Israeli. Quidam reddunt: *verbum misit Dominus Iahakobo, & accidit Israeli.* Exornatio præcedentis consolationis, prophetica eorum temporum, quibus iudicia Dei fuit perpeffurus populus, donec per zelotypiam Dei missus est Christus ad liberationem eius, sumpta occasione à verbis proximè præcedentibus. Continentur autem hac exornatione tria: primum est, narratio misericordiæ Dei, à peccatis populum reuocantis verbo, tribus versibus: secundum, prophetica narratio iudiciorum, quæ euentura erant, immorigeris verbo, ut minime perderetur pro meritis ipsorum, vsque ad Cap. 10. tertium, narratio beneficentiæ Dei propter seipsum seruantis reliquias ex populo tam immorigero, versibus quatuor prioribus

prioribus sequentis capitis. *Iahakobo*. id est, toti populo Iudæis & Iisraelitis.

ET SCIET OMNIS POPVLVS. ] Aliqui: *Et cognouerunt populus iste totus*. Iudæorum.

VERS. 9.

EPRHAIM. ] distinctè ponunt, id est, Iisraelitæ, per synecdochen, vt supra Cap. 7. v. 2. Exponunt, id est, scient Iehuda & Ephraim, scilicet verbum, quod misit Dominus in Iahakobum, hoc est, scient Deum esse veracem, qui hæc prædixit. Alij: & cognouerunt, ea scilicet, quæ vers. 11. & sequentibus dicuntur. Nonnulli iungunt cum extremo verbo versus: *Et sciunt populus, &c. dicere*. ac volunt esse ironiam, qua vtimur in eos, quos punimus, præsertim in superbos & contumaces: sicut si filius consuevit dicere, nihil timeo patrem: quum eum pater verberat, dicit: Scies deinceps dicere, Nihil patrem timeo. q. d. scies posthac quàm improbè loquutus fueris Sic Deus verberaturus Israelitas, ait: scient postea contumaces isti quàm superbe & arroganter loquuti fuerint, versu sequente.

IN SVPERBIA ET MAGNITVDINE CORDIS, DICENTES. ] Quidam: *in fastu & magnitudine cordis dicere*. Alij: *qui elatione & insolentia animi dicunt*. Sic infra Cap. 10. v. 12.

VERS. 10.

LATERES CECIDERVNT, SED QVADRIS LAPIDIBVS ÆDIFICABIMVS. ] Alij ex Heb. 1. *Lateritia corruerunt*, id est, muri vel ædificia ex lateribus, corruerunt: *sed quadrò lapide ædificabimus*. 2. *Lateritia opera ceciderunt, sed lapide casò extruemus*. prouerbiale dicendi genus, quo peruicaces in Deum vtuntur, quasi dicant: Vtunque nos miserè attriuerit Deus, tamen vel ipso inuito res nostras magnificentius instaurabimus, & superabimus iudicia eius, relarciemusque virtute nostra: sic Malach. 1. v. 4. idem dicitur membro sequente.

*Sed quadris lapidibus ædificabimus*. Hebr. & *גזית* *ghazith* ædificabimus. id est, vulsionem, læuigationem, politiem ædificabimus. id est, è lapide vulso, casò, polito, læuigato, dedolato: vide in Exod. 20. v. 25.

SYCOMOROS. ] vide in 1. Reg. 10. vers. 27.

SED CEDROS IMMVTABIMVS. ] Heb. *mutare-faciemus*. Alij: *substituemus, sufficiemus* in locum sycomororum.

VERS. 11.

ET ELEVABIT DÓMINVS HOSTES RASIN SVPER EVM. ] Alij ex Heb. 1. *Elevabit autem Iehoua hostes Retzin super eum*. id est, reddet superiores & victores. 2. *Et roborabit Iehoua hostes Retzinis super eum*. id est, potentiores & robustiores eo reddet.

ET INIMICOS EIVS IN TVMVLTVM VERTET. ] Verbum *ששfach*, Pihel geminatum, non alibi nisi hic, & infra cap. 19. vers. 2. legitur. Quidam reddunt: & inimicos eius implicabit, commiscebit, instar veprium, vt scilicet, mutuo sese pungant & lædant. Alij: & inimicos eius condensabit, conglomerabit contra eum, vt scilicet densatis ordinibus, & conglobati vndique eum adoriantur. Alij: & inimicos eius confundet, permiscebit. subaudi, populo ipsius Retzinis. id est, efficiet vt inimici regis Syriæ veniant in Damascum. *Maluenda*, In libr. *Isaia*.

cum, & illic habitent, ac in toto regno eius.

Auenarius: & inimicos eius integet. id est, committet, vt mutuo inter se pugnent. Tremellius & Iunius ita hunc versum accipiunt: *Sed quum in editum sustulerit Iehoua hostes Retzinis contra ipsum, etiam inimicos huius commiscebit*. Transitio à verbo ad iudicia Dei, quia verbo reuelato illius præuidet propheta non fore vt respiscat populus. Est itaque in hac continuatione sermonis paralepsis: quasi dicat, Sed quandoquidem frustra Dominus inmisit verbum, iam audiamus verbera, quibus vsurus est. Tres autem illorum gradus pro ratione temporum à propheta statuuntur: primus, aduentu Tiglath-Phileseris, tribus his versibus: secundus, aduentu Schalman-Eseris vtroque, à vers. 14. ad 18. tertius, aduentu Sancheribi & Esar-Chaddonis in Chizkijam, & Menaschem, à vers. 18. ad finem capitis *in editum sustulerit*. id est, superiores effecerit Assyrios, 2. Reg. 16. vers. 9. *etiam inimicos huius Israelis commiscebit*. id est, faciet vt promiscuè omni ex parte conuolent operam dantes Assyrio, vt versus sequens ostendit.

VERS. 12.

SYRIAM AB ORIENTE, ET PHILISTHIM AB OCCIDENTE. ] Hebr. *Aram ab ante, & Phelistin à post*. Alij: *Syros ab anteriore, & Pelischthaios à posteriore*: vide Deuteron. 11. vers. 24.

TOTO ORE. ] id est, ferarum more in magna fame toto ore hiantium, inhumanissime consumendo, & nulla ratione parcendo. vel auidè, & summo affectu, & studio ac cura. aut *toto ore* seu acie gladij. hoc est, crudelissime.

IN OMNIBVS HIS. ] Hebr. *Cum omni isto*. Hispanicè, *contodo esto*. Alij: *Omnibus his non est auersus furor eius*. Alij: *non auertetur furor eius, sed adhuc manus eius erit extenta*. ad feriendum. q. d. nondum conuiescet ira Dei, sed paratus erit amplius percutere. Sic infra vers. 17. & 21.

VERS. 13.

ET POPVLVS NON EST REVERSVS, &c. ] Quidam hunc versum ita reddunt: *quia hic populus non fuerit reuersus vsque ad ipsum percussorem suum, & Iehouam exercituum non requisierint*. Alij: *nam & populus iste non redit ad eum qui se percussit, & Iehouam exercituum non quarunt*.

VERS. 14.

ET DISPERDET DÓMINVS AB ISRAEL. ] Alij: *Excindet enim Iehoua ex Israele*. per Schalman-Eserem, 2. Reg. 17. atque hic secundus est iudiciorum gradus, vt diximus vers. 11.

CAPVT ET CAVDAM. ] id est, summum & infimum: metaphora ab animantibus, quæ sequente versu explicatur.

INCVRVANTEM ET REFRENANTEM. ] Huius interpretationis ratio satis pellucet iis, qui Hebraicè norunt. Passim tamen reddunt: *ramura & iuncum*. id est, fortem quemque, & imbecillum, seu præstantissimum & abiectissimum: metaphora à plantis.

VERS. 15.

ET HONORABILIS. ] Hebr. & *leuatus*, seu *elatus facierum*: vt supra cap. 3. vers. 3. Quidam: & auctoritate suspiciendus, vel *verendo vultu*.

ET ERVNT, QVI BEATIFICANT, &c. ]

VERS. 16.

K Hunc

Hunc versum variè alij ex Hebr. conuertunt,  
 1. *Et qui populum hunc dirigunt, seductores sunt, & qui diriguntur, deglutuntur. vel erunt absorpti, id est, in extremam perniciem adducuntur.* 2. *Quod fuerint ductores populi huius seductores, & qui ducuntur in eo, obiecti.* Aetologia à communi corruptione omnium, vt supra cap. 3. vers. 2. *obiecti* autem dicuntur obuelati & excæcati velo ignorantiae, doctrinaeque falsa: nam cæcus cæcum dicitur agere.  
 3. *Et erunt, qui beatum prædicant populum hunc seductores; & qui beati prædicantur, seu quos beatos prædicant, præcipitati.* id est, Quum viderit populus rerum euentu sese præcipitatum vel absorptum in extremam miseriam, & calamitatibus obrutum, intelliget suos falsos prophetas fuisse seductores ac fallaces: & quum pacem ac felicitatem promitterent, esse mentitos. vide supra cap. 3. vers. 12. 4. *Et erunt, qui beatum prædicant populum istum, illi seducunt, & qui erant beati prædicati, sunt præcipitati.* 5. *Rectores tui sunt seductores, & qui debent diripi, sunt præcipitati.* similis locus est supra cap. 3. v. 12.

PRÆCIPITATI. ] מבלעים *mebullaghim*, propriè absorpti, deglutiti, ingurgitati, præcipitati, deuorati, perditii.

VERS. 17.

SVPER ADOLESCENTVLIS EIVS NON LÆTABITVR DOMINVS. ] Hebr. *super electis, inuenibus eius non lætabitur Adonai.* Quidam exponunt. Non lætè eos accipiet, aut tractabit, non fauebit eis. Alij: *inuenibus eius non gaudebit dominus.* Nonnulli: *idcirco de inuenibus eius non lætabitur Dominus.* Sed velut inuitus suppliciam sumet de omnibus.

ET PVPIIIORVM EIVS AC VIDVARVM EIVS NON MISEREBITVR. ] Hebr. & orphanos eius & viduas eius non inuiscerabit. id est, non intra viscera sua condet, vel non intimo viscerum suorum affectu prosequetur, non amplectetur visceribus misericordiae.

QVIA OMNIS HYPOCRITA EST. ] Possis reddere: *quia omne eius insectum, pollutum, corruptum, deprauatum intus prauis opinionibus, & affectibus.* Alij: *quia omnis ipse, vel totus ipse hypocrita est.* nempe populus, è versu præcedente. Nonnulli: *quia vniuersitas eius est hypocrita.*

ET NEQVAM. ] Hebr. & malefaciens. maleficus, malignus.

STVLTITIAM. ] נבחה *nebalah.* vide in Genes. 34. v. 7.

VERS. 18.

SVCCENSA EST ENIM QVASI IGNIS IMPIETAS, &c. ] Diuersimodè alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Quoniam exarsit quasi ignis seditio, vepres & sentes absument seu vepres & spinas deuorat, & inflammatur in condensis silua, atque dissipantur, sicut eleuatio fumi.* 2. *Quoniam ardet impietas: haud secus quam ignis, qui sentes & spinas deuorat, & qui exardet in vepretis-condensis silua, sic conuoluentur superbia fumi. vel eleuabunt se impij, vt fumus se eleuat.* 3. *Nam exardescet improbitas velut ignis, qui sentes ac vepres absument, & incendet perplexa ligna sylua, adeo vt in minutissimum puluerem abeant elatione fumi, seu elato fumo.*

id est, suo ipsorum igne in puluerem & fumum abeant. Tertius gradus iudiciorum, quod populus non tantum opprimetur Assyriorum dominatu Sancheribo, & Esar-Chaddone rege, sed etiam sua ipsius opera magis ac magis labefactabitur: prout non dubium est hos in alios fuisse tyrannidis Assyriorum administratos: quod malum hoc versu allegoricè denuntiatur, sequentibus exponitur.

ET CONVOLVETVR SVPERBIA FVMI. ] Hebr. pluraliter. & conuoluentur, &c. Verbum *בכח abach* quod hîc in *Hithpabel* ponitur, nullibi alibi in Scriptura legitur. Forsterus ex cognatione aliorum verborum, ait significare, *in modum fumi seu pulueris vehementer dispelli, & diffilari, & dissipari.* Hebraei, *extolli, eleuari, superbire, exponunt: & eleuauerunt se, extulerunt se altitudine fumi.* Auenarius: *implicari, intricari, condensando, & propriè dici de fumo, qui ascendendo in altura variè circumgyratur & iactatur.* Ex vicino verbo *בכח abak*, possis exponere: & *colluctari sese-facient superbia fumi.* id est, impetu & vehementia fumi colluctabuntur. Puto hoc versu significari incendium & fumum seditionum.

IN IRA DOMINI EXERCITVVM. ] VERS. 19. Alij ex Hebr. 1. *In ardore.* 2. *In effervescentia.* 3. *In ira feruida.* 4. *In excandescencia.* 5. *In transitu, excessu ira Iehoua exercituum.* vide in Psalm. 77. v. 49.

CONTRBATA EST TERRA. ] Verbum *גחגה gahath* alibi non legitur, nisi hîc in *Niphal*, variè illud reddunt: 1. *obscurata, obtenebrata est.* 2. *vaporata est.* hoc est, vapore offusa. 3. *incensa, inflammata est terra.* Quidam reddunt: *Pra excandescencia Iehoua exercituum obscuritas erit terra.* id est, opprimetur aduersitatibus & calamitatibus: vt supra vers. 1. Interpres Chaldaeus: *deuastata est terra.* vel vt alia exemplaria legunt: *exusta est terra.*

VIR FRATRI SVO NON PARCET. ] Alij: 1. *nemo cuiquam parcat.* vel *alter alteri non parcat.* 2. *nemo in fratrem suum clementia utetur.* 3. *vir erga fratrem suum non habebunt affectum parcendi.*

ET DECLINABIT AD DEXTERAM, &c. ] variè alij ex Hebr. hunc versum transferunt: 1. *Et excidet.* vel *separabit, retrahet se ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabuntur: vir carnem brachij sui vocabit.* id est, priuabit opibus fratrem & proximum suum. 2. *Rapiet ad dexteram, & tamen esuriet: ad sinistram comedet, sed non satiabitur:* quasi dicat, dextera & sinistra rapiet, quod edat, neque tamen satiabitur: *comedet quisque carnem brachij sui.* id est, opes proximi sui, subaudi, neque tamen saturabitur: adeo inexplebilis erit cupiditas. 3. *Nam vt scindat ad dexteram, tamen esuriet; & comedat ad sinistram, tamen non saturabuntur:* id est, licet populus vnde quaque studeat adipisci victum, & hîc illic conquirat, erit semper egen-tissimus: *singuli carnem brachij sui comedent.* id est, propinquos & necessarios suos ablu-ment: auxelis. 4. *Et decidet ad dexteram, seu succidet, dissecabit, & esuriet; & comedet ad*  
 fini

sinistram, & non satiabitur: quisque carnem brachij sui comedent. quasi dicat, mutuo se trucidabunt, familia in familiam insurget absque vlla aut amicitia aut consanguinitatis ratione, vnusquisque ea saeuitia in quosuis feretur, quae leo aut quaeuis alia fera & immanis bellua, quae inter armenta, ad dexteram & sinistram sine vlllo discrimine iugulat, discerpit, neque sanguine aut caedibus satiatur.

MANASSEN; SIMVL IPSI CONTRA IVDAM.] Quidam: *Manaschah Ephraimnum, & Ephraim Menaschun*, subaudi, inuadet, seu comedet, e praecedente versu: *simul isti contra Iebudam.* insurgent; vt credibile est fecisse, quum Sancherib Chirkijam oppugnavit, & Elar-Chaddon Menaschen deportauit. Sic enim hostes opera eorum, quos bello superauerunt abuti, multis exemplis constat: vt I. Samueli 4. v. 21.

VERS. 20.

MANASSES EPHRAIM, ET EPHRAIM

CAPVT X.

Va condentibus leges iniquas in oppressionem pauperum & viduarum: regem Assur virgam furoris Domini praedicat ob suam superbiam & cordis arrogantiam humiliandum: consolatur Israel ne timeat ab Assur, reliquias ipsius ad Deum conuertendas praedicans.

Vulg.

Malu.



I. Qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt:

2. Vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei: vt essent vidua praeda eorum, & pupillos diriperent.

3. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram,

4. ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

5. Va Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.

6. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat praedam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimauit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad interfectionem gentium non paucarum.

8. Dicit enim:

9. Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non vt Charchemis, sic Calano, & vt Arphad, sic Amath? numquid vt Damascus, sic Samaria?

Maluenda, In libr. Isaia.



Oi constituentes a constituta b concupiscentiae, & scribere - facientes c laborem scribere - fecerunt.

2. Ad extendere - facere de iudicio exhaustos, & ad rapere d iudicium e afflictorum populi mei: ad esse viduas spolium eorum, & orphanos f diripient.

3. Et quid facietis diei visitationis, & obruitioni, de longinquo veniet? super quem fugietis h adiutorio? & vbi derelinquetis grauitatem vestram?

4. Nequaquam curuauit - se - cruribus sub ligato, & sub interfectis cadent: in omni isto non reuersus - fuit nasus eius, & adhuc manus eius extenta.

5. Hoi Assur baculus nasi mei: & baculus ipse in manu eorum furor meus.

6. In gente hypocrita mittam eum, & super populum k excandescitiae meae l praecipiam eum: ad spoliare spolium, & ad diripere direptionem, & ad ponere eum calcationem sicut lutum platearum.

7. Et ipse non sic silebit, & cor eius non sic excogitabit: quia ad abolere in corde suo, & ad excindere gentes non m paucum.

8. Quia dicit, An non principes mei n vnite reges?

9. An non sicut Charchemis, Chalano? si non sicut Arphad, Chamath? si non sicut Damesek, Someron?

a statuta, constituciones  
b praue cupiditatis, iniuria, violentiae  
c molestia, erumnam, peruersitatem  
d ius  
e pauperum, oppressorū  
f depraedantur.  
g vastationi, desolationi  
h datinus, pro auxilio  
i nequam

k excessus  
l mandabo

m parum

n pariter  
vna, simul

10 Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sit & simulachra eorum de Ierusalem, & de Samaria.

11 Numquid non sicut feci Samaria & idolis eius, sic faciam Ierusalem & simulachris eius?

12 Et erit: cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.

13 Dixit enim: in fortitudine manus meae feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum depradatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes.

14 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quae derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.

15 Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur ferra contra eum, à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui virique lignum est.

16 Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.

17 Et erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma: & succendentur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die una.

18 Et gloria saltus eius, & carmeli eius, ab anima vsque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus.

19 Et reliquia ligni saltus eius praepaucitate numerabuntur, & puer scribes eos.

20 Et erit in die illa: non adiciet residuum, Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.

21 Reliquia conuertentur, reliquia, inquam, Iacob ad Deum fortem.

22 Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquia conuertentur ex eo: consummatio abbreviata inundabit iustitiam.

23 Consummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae.

10 Secundum quod inuenit manus mea regnis elil: & dedolata eorum de Ierusalem, & de Someron.

11 An non secundum quod feci Someron, & elilim eius; sic faciam Ierusalem & doloribus eius?

12 Et erit, quia auarizabit Adonai omnem facturam suam in monte Tziionis, & in Ierusalem: visitabo super fructum granditatis cordis regis Assur, & super decorem eleuationis oculorum eius.

13 Quia dixit In virtute manus meae feci, & in sapientia mea, quia intelligentia praeditus fui; & discedere feci terminos populorum, & imminencia eorum diripui, & descendere feci sicut robustissimus habitantes.

14 Et inuenit sicut nidum manus mea strenuitati populorum, & secundum colligere oua derelicta, omnem terram ego collegi; & non fuit diuagans aë, & aperiens ampleoris, & gorriens.

15 An glorificare sese faciet securis super excidentem in ea? Si grandescere sese faciet terra super agitantem eius; secundum agitare baculum ad eleuantes eius, secundum eleuare baculum non lignum.

16 Ad sic mittet Adonai Tzebaoth in pinguedinibus eius tenuitatem: & sub gravitate eius vret vstio secundum vstionem ignis.

17 Et erit lux Israelis igni, & Sanctus eius flammæ: & exardebit, & comedet spinetum eius & vepretum eius in die vno.

18 Et grauitatem siluæ eius & Carmeli eius de anima & vsque ad carnem consummabit: & erit sicut liquefactio aufugientis.

19 Et reliquia ligni siluæ eius numerus erunt; & excussus scribes eas.

20 Et erit in die ipsa non adiciet adhuc reliquia Israelis, & euasio domus Iaghakobi ad inniti super percutientem suum, & innitetur super Ivhv sanctum Israelis in fide.

21 Reliquia reuertetur, reliquia Iaghakobi ad El præualidum.

22 Quia si erit populus tuus Israel sicut arena maris, reliquia reuertetur in eo: consummatio acuta inundans iustitiã.

23 Quia consummationem, & acutam Adonai Ivhv Tzebaoth faciens in initio omnis terræ.

o datus: regna, de regnis

p quum q vide Genes 15. v. 2. r factum, opus

f fortitudine, vi potentia, robore, viribus

libere

decorare, ornare

x gloria honore, splendore, maiestate. Sic v. 18.

y consumet liquefacti

a puer

b Fortissimū & Potentissimum Deū c præpositentem, robustissimū d vel iustitiam

4. Reg. 9. 8. 35. Inf. 37. 8. 36.

Ro 9. f. 17. Ibf. 11. c. 11.



24 Propter hoc, hac dicit Dominus Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percussiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti.

25 Adhuc enim paululum modicumque, & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum.

26 Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti.

27 Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei.

28 Veniet in Aiath, transibit in Magron: apud Machmas commendabit vasa sua.

29 Transferunt cursim, Gaba sedes nostra: obstupuit Ramah, Gabaath Saulis fugit.

30 Hinni voce tua filia Gallim, attende Laifa, paupercula Anathoth.

31 Migravit Medemena: habitatores Gabim confortamini.

32 Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filia Sion, collem Ierusalem.

33 Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur.

34 Et subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

24 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH TZEBAOTH: Non timebis, popule mi, habitans Tziionis de Asur: in baculo percussiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti.

25 Quia adhuc paucum paruum, & consummabitur furor, & nasus meus super inueteratione eorum.

26 Et excitabit super eum IHVH TZEBAOTH & flagellum secundum percussionem Midian in petra Ghoreb: & baculus eius super mare, & leuabit eum in via Aegypti.

27 Et erit in die ipsa discedet onus eius de super humero tuo, & iugum eius de super collis tuis: & dissoluetur iugum de faciebus olei.

28 Venit super Ghajath, transiit in Mighon, ad Michmas visitare - faciet vasa sua.

29 Transiuerunt transitum, Ghebagh pernoctatorio pernoctauerunt: contremuit Ramah, Ghibeghath Saulis fugit.

30 Hinni voce tua, filia Ghalim, auscultat Laifah, afflicta Ghanathoth.

31 Diuagata fuit Madmenah, habitantes Ghebim obfirmauerunt se.

32 Adhuc dies in Nob ad stare: agitabit manum suam mons filia Tziionis, collis Ierusalem.

33 Ecce ADON IHVH TZEBAOTH deramicas ramum in praualescentia: & eleuati surrecturae succisi, & excelsi humiliabuntur.

34 Et decidet perplexitates siluae in ferro: & Libanus in praemplissimo cadet.

ab Assyrio

expergiscere faciet

scuticam h rupa

Haramah

k auscultare-fac in Laif

m monti, ad, contra, montem n colle, ad, contra collem o excelsi statura



COMMENTARIA.

VERS. I.



AE QUI CONDUNT, &c.] Hunc versum diuersimodè ex Heb. elucidant: 1. Va scribentibus decreta iniquitatis, & qui scribentes laborem scribere fecerunt. 2. Va exarantibus decreta iniqua, id est, sententias iniquè latas à iudicibus: & scribere-facientes mendacium, scribere-fecerunt. vel & qui dictantes mendacium dictauerunt. Hebraeorum nonnulli priorem partem huius versus dictant volunt aduersus actuarios, scribas, seu tabeliones, quos notarios vocant, qui sententias & statuta iniusta à iudicibus lata scribebant & in acta referebant: posteriorem verò aduersus ipsos iudices & magistros ferentes illa. 3. è conuerso: Va iis, qui decernunt decreta iniqua, & scribis, qui scribunt molestiam. vt prior pars sit contra iudices, posterior contra ex-

ceptores. 4. Va decernentibus decreta iniqua, & scribentibus molestiam, quam illi praescripserint. Tertius exornationis locus, vt dictum est superiore capite vers. 8. quo narratur primum grauitas sceletum, quibus Israelitae tenebantur, & maledictionem Dei sibi accersiebant (quod spectat ad amplendam Dei misericordiam) duobus versibus: deinde misericordia Dei succurrentis inopibus ad gloriam suam, duobus alteris. Ait ergo: Va decernentibus, &c. id est, cum auctoribus maleficiorum, tum etiam ministris. 5. Forsterus reddit: Va constituentibus statuta doloris. & scribentibus, qui laborem scribunt. Sunt hinc duae voces אמן און, & ghama, de quibus vide Numer. 23. v. 21.

VT OPPRIMERENT IN IUDICIO PAVPERES.] Alij ex Heb. 1. vt peruertant iudicium

cium, tenuium. 2. ut declinare-faciant pauperes à iure. 3. ut arceant pauperes à iudicio. 4. ut detrudant tennes à iure. 5. ut cadere faciant causâ inopes. 6. ad inclinandum sententiam exhaustorum. vel sententia iudiciali exhaustos. 7. ad evertendum de causa tennes. מִיֶּדֶן midin vel potest esse vna dictio, id est, tribunal iudicij, vt Iudic. 5. v. 10. ad extendere-facere, seu deflectere-facere tribunal attenuatorum. vel est DIN, cum præpositione Mi. ad extendere, vel deflectere-facere à iudicio, à causa iudiciali, à sententia-definitiuâ pauperem, vel pauperis hoc est, vt pauperes iusta causa, iure suo, sententia iudiciali evertant.

## VERS. 3.

QVID FACIETIS IN DIE VISITATIONIS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt. Quid facturi essetis in die visitationis è longinquo aduentura? ad quem confugeritis pro auxilio? aut vbi relinquetis gloriam vestram? Exponunt Quid facturi essetis, &c. nimirum sine me, sequente versu: q. d. nonne peccatis vestris ipsi consideratis, destituri omni spe, & tota gloria vestra spoliati, nisi misereret me vestri? elegans contestatio ad amplificandum Dei misericordiam erga electos! Aut vbi relinquetis, &c. id est, cuius fidei committeretis? vbi deponeretis asseruandam gloriam. dignitatem, honorem, splendorem, opes, &c.

## VERS. 4.

NE INCURVEMINI SVB VINCVLO, ET CVM INTERFECTIS CADATIS:] Alij ex Hebr. 1. Ne curuetur pro vinctis, & pro interfectis cadant? Quò, inquit, se protipient principes tui, ne sub vincto, seu sub vinctis, aut potius pro vinctis, vel tanquam vincti curuentur? & pro interfectis, id est, tanquam interfecti cadant? 2. Non euadet quisquam nisi qui incurruerit se inter vinctos, & inter interfectos se prostrauerit. id est, nisi is, qui inter vinctos sese absconderit, & qui se inter interfectos occultauerit, ne viuus putetur: & ita euadat. 3. Nisi forte quisquam ex vobis incurruet se inter vinctos, & sub interfectis cadat. 4. Absque me incurruentur infra vinctum, & infra interfectos caderent. id est, nisi ratione duceret nominis & veritatis meæ, populus meus fieret omnium longè miserrimus, & penitus concideretur, mancipio abiectissimo, aut cadaveri putri minimè comparandus. 5. Hispanicus Interpres: Si non se inclinaren entre los presos, y cayeren entre los muertos. Es amenaza en forma de iuramento: vt supra cap. 5. vers. 9.

## VERS. 5.

SVPER OMNIBVS HIS NON EST AVERSVS FVROREM EIVS, &c.] vide supra cap. 9. vers. 12. Quidam exponunt, id est, necdum quiesceret ira eius morte, sed præcipitaret in damnationem æternam.

VÆ ASSYR VIRGA FVRORE MEI.] Quidam exponunt: Heus Assur, vel ô Assur. vt Hoi sit compellantis, vel hortantis. q. d. Heus Assyrii venite perditum Israël. Virga furoris mei. id est, qua vtar quum iratus sum pœnas de Israele. Alij: Væ Assyrio, virga iræ meæ. Secundus locus consolationis à misero exitio eorum, qui populum afflixerint, vt diximus supra cap. 9. vers. 1. Sunt autem huius denuntiationis contra Assyrios tres partes, prima est propositio summa maledictionis Dei

contra Assyrium, duobus versibus: secunda narratio consiliorum & factorum Assyrii, quibus sibi creabit malum, à vers. 7. ad 16. tertia, narratio prophetica cum iudicij, quod adhibiturus est Deus pro liberatione populi, à vers. 16. vsque ad vers. 28. tum expeditionis totius, itineris, loci, & temporis, quo suum illud iudicium effecturus est Deus, inde ad finem capitis. Virga iræ meæ. id est, quo tanquam virga iram meam sum in Israëlitas profuturus.

ET BACVLVS IPSE EST, IN MANV FORVM INDIGNATIO MEA.] quasi dicat, vos Assyrii estis administri furoris mei. Alij: & virga, qua est in manu illorum, ipsa est virga iræ meæ. Quidam: quamuis in manu eorum baculus est indignationis meæ. id est, quamuis ipse velut baculo vel fuste cædentes Israël, exerceant indignationem meam. occupatio, qua anticipat Deus obiectionem hanc: Atqui si virga tua sunt, quo iure illis maledicti potest? respondet Deus: Quamuis vtar ipsorum opera, & per iniustos administratos iustissime & sapientissime consilium meum exequar, tamen non continuo immunes à maledictione putandi sunt. Nam bene foret illis, si quo consilio vtitur Deus in administrandis iudiciis suis, eodem illi in exequendis ducerentur: verum alius est plane eorum animus: sic paratur transitus ad narrationem, v. 7.

INDIGNATIO MEA.] vel indignationis meæ. וַיִּזְאָהָם, commotionis animi, furoris, indignationis, excandescencia, detestationis, contemptus, spretionis.

AD GENTEM FALLACEM MITTAM EVM.] Hebr. In gentem hypocritam, seu infectam, immittam ipsum. id est, in Israëlitas & Iehudæos. qui speciem quidem pietatis & religionis præferebant: sed reuera contaminati, polluti, infecti intus erant prauis opinionibus & affectibus.

ET CONTRA POPVLVM FVRORE MEI.] vel excandescencia meæ. id est, in quem furorem meum & excandescencia effundere decreui. vel & contra populum, in quem excandui. vide de hac voce supra cap. 9. vers. 19. Quidam reddunt: & contra populum, qui indignationem meam commouit.

VT AVFERAT SPOLIA, &c.] Quidam: vt prædetur prædam, & vt diripiat rapinam. quod propheta significauerat supra cap. 8. vers. 3.

IPSE AUTEM NON SIC ARBITRABITVR, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transfundunt: 1. Ipse autem non sic existimabit, cogitabit, imaginabitur, nec cor eius ita reputabitur: sed ad perdendum se missum putabit in corde suo, & ad excidendum gentes non paucas. 2. Ipse autem rem non sic perpendet, neque sic cogitabit cor eius, sed in corde eius est vt gentes non paucas vastet atque excindat. vel quia decreuit in corde suo perdere & excindere gentes, qua non sunt paucas. id est, putat sibi satis virium esse ad perdendum Israël numerosissimum. 3. Ipse verò non ita sibi proponit, & animus eius non ita cogitat, sed perdere est in animo eius, & excindere gentes non paucas. Narratio ætiologica vt ad vers. 5. dicebamus, qua expo-

nit propheta primum gloriosum consilium inuadentis, quinque versibus: deinde superbissimam gloriationem ex victoria, vers. 12. & duobus sequentibus: ac postremo contestationem adiicit, ad excutiendam inanem confidentiam eius, vers. 15.

ARBITRABITVR.] De vsurpatione verbi **דמא** *damah* in *Pihel*, vt hic ponitur, vide Iudicum 20. v. 5. & in Numer. 33. v. 56.

AD INTERNECIONEM GENTIVM NON PAUCARVM.] Hebr. *ad excindendum gentes non parum.* vel *gentium non parum.* id est, non paucas. Alij, *parum* non cum gentes, sed cum, *ad excindendum* iungunt: *ad non parum excindendum gentes*, id est, ad gentes omnino, penitus, funditus excindendas.

VERS. 8.

NUMQVID NON PRINCIPES MEI SIMVL REGES SVNT?] vel *nonne principes mei pariter reges sunt?* Exponunt, Nonne duces seruientes mihi, potentiam & magnitudinem regum æquant, vt 2. Reg. 18. v. 24. exponit Rabschake. Alij: *An non principes mei simul vniuersi reges sunt.* id est, omnes proceres, qui mihi famulantur, reges quoque sunt, vt rex regum merito dici possim: quem titulum reges Perfarum ab Assyriis mutuatos par est credere, Hez. 7. v. 12. Daniel. 2. v. 37.

VERS. 9.

NUMQVID NON VT CHARCHAMIS, SIC CHALANO, &c.] Hunc versum variè alij ex Hebr. accipiunt: 1. *Nonne vt Charchemis vici, vel expugnauit, sic & Chalno?* An non vt Arphad vici seu expugnauit, sic & Hamath? An non Samaria erit vt Damascus? id est, nonne vt expugnauit Damascum, sic expugnabo Samariam? 2. *Nonne vt Carcarnisch est Chalno? nonne & Arphad, Chamath? an non vt Damascus, Schomron?* id est, nonne hanc adæquauit illi utcumque fuerit potens? quasi dicat, nonne has omnes potentissimas & validissimas vrbes eodem numero & loco habui, ac imperio meo subieci?

*Charchanis.* vel *Charchemis.* de quo vide 2. Paralip. 25. v. 20.

*Chalno.* Hebr. *Chalmo*, siue *Chalneck*. de quo vide in Genes. 10. v. 10.

*Arphad.* de quo vide in 2. Regum 18. vers. 34.

*Emath.* Hebr. *Chamath*. de quo vide in Genes. 10. v. 18. & Numeror. 13. vers. 22. & lib. 4. de Antichristo, cap. 17.

VERS. 10.

QVOMODO INVENIT, &c.] Diuersimodè hunc versum ex Hebr. explanant: 1. *Quemadmodum inuenit manus mea regna idoli,* seu idolorum: id est, quemadmodum superauit & vici alia regna, in quibus colebantur idola: *ita inueniet sculptilia eorum, quæ fuerunt allata de Ierusalaim, & de Somron.* hoc est, ita superabit & vincet alias vrbes Iehudæ & Israël; in quibus coluntur idola allata de Ierusalem & Samaria: quod soleant reliquæ vrbes colere deos suarum metropolium. 2. *Vt inuenit manus mea regna idoli, sic & sculptilia eorum, quæ à Ierusalem & Samaria.* id est, vt virtute mea superauit alia regna in quibus coluntur idola: sic sculptilia Iehudæ & Israël; destruiam, quorum cultus manauit à Ierusalem & Samaria. 3. *Quandoquidem virtute mea parauit regna idoli, quorum sculptilia plura & præ-*

*stantiora fuerunt quam Ierusalem & Samaria.* quasi dicat, dii aliarum gentium, qui plures ac præstantiores erant, non quiuerunt eas de manu mea liberare: multo minus poterunt Iehudæorum & Israëlitarum, qui pauciores & imbecilliores sunt. 4. *Quemadmodum assequuta, nacta, adepta est manus mea regna, quodque idoli sui, seu idolorum suorum, quorum sculptilia præstabant, seu fortiora erant, diis Ierusalaimorum, & Schomronis.* Exponunt, præstabant, dignitate, facultate, numero, & si quid est eiusmodi, quod censent idololatræ. Hic versus coniungendus est cum sequente.

INVENIT MANVS MEA REGNA IDOLI.] id est, potentia mea venit ad regna vt ea apprehenderem & caperem, sicut rem quampiam manu; neque eam potuerunt effugere. Vel potius sit Hebraismus, *inuenit manus mea regna.* id est, per hypallagem, regna venerunt in manum meam, & redacta sunt in meam potestatem. Plerique, *inuenit regna.* id est, consequta est.

*idoli.* **עליל** *elil*, vide Leuit. 19. vers. 4. & Forsterum pag. 34. sui Dictionarij: *regna deiculi, deãstri, extreme-nihilitalis.* sic per contemptum vocat idola. Sic versu sequente, vt supra cap. 2. v. 8.

ET SIMVLACHRIS EIVS.] Hebr. & *do-* **דור** *loribus*, seu *terriculis eius*: vide 1. Samuel. 31. vers. 9.

VERS. 11.

ET ERIT: CVM IMPLEVERIT DOMINVS CVNCTA OPERA SVA.] Variè ex Hebr. conuertunt. 1. *Et erit, quando raptim compleuerit Adonai omne opus suum.* id est, ex animi cupiditate compleuerit. 2. *Et erit, quando studiosè compleuerit.* vel quum magno studio ac contentione absoluerit, seu perfecerit Dominus omne opus suum: 3. *Atqui futurum est, quum perfecerit Dominus totum opus suum.* Repetitio denuntiationis transitivæ ad narrationem superbæ gloriationis ex victoria, vt diximus in vers. 7. Ex verbo: *quum auarizabit Dominus omne opus suum.* id est, quum auarè, cupidè, ambitiosè, auidè, exequutus fuerit, *opus sum in monte Tzizonis.* id est, castigationem institutam absoluerit; obfessa Ierusalem per Sancheribum, tempore Chizkijæ; quum thraconicè minatus est curtionem Ierusalaimorum. Vide similem loquutionem Iob. 6. vers. 9.

VERS. 12.

VISITABO SVPER FRVCTVM MAGNIFICI CORDIS REGIS ASSVR.] Alij: 1. *requiram super fructum magnitudinis, seu magnificentia cordis.* id est, superbæ & arrogantia, regis Assur. 2. *animaduertam in fructum magnitudinis cordis seu insolentia animi, vel insolentis animi, vt supra cap. 9. v. 9. regis Assyria.* id est, in insolentissimam iactationem; quam ostendunt proximè sequentes versus.

ET SVPER GLORIAM ALTITVDINIS OCVLORVM EIVS.] Alij ex Hebr. 1. *super decorem celsitudinis.* seu *sublimitatis oculorum eius.* 2. *in ornatum, elationemque oculorum eius.* hoc est, fastum & supercilium. q. d. grauissimè puniam superbiam, insolentiam, fastum, arrogantiam Assyrii. Hoc est, quod vulgò dicitur: *quandiu virga necessaria est,*

est, integra seruat; quando autem nullus usus eius iam amplius est, & ipsa quoque confringitur, & in ignem proicitur.

VERS. 13.

DIXIT ENIM: IN FORTITVDINE MANVS MEÆ FECI, &c.] Hos proximè sequentes, versus duos confer cum 2. Reg. 18. & 19. & infra cap. 36.

ET IN SAPIENTIA MEA INTELLEXI.] Hebr. & in sapientia mea, quia intellectus fui. Sic Hispanicè, *por que soy entendido*. Alij: 1. quia intelligentia præditus fui. 2. quod prudentia instructus sum. 3. nam prudens fui. vel prudentia usus sum. 4. quia perspicax fui & abstuli terminos populorum. Alij ex Hebr. & amoni, transtuli, sustuli, terminos, fines, populorum.

ET PRINCIPES EORVM DEPRÆDATORVS SVM.] Variè ex Hebr. 1. & thesauros eorum deprædatus sum. 2. & promptuaria eorum, quibus ipsi incubuerunt, deprædatus sum. 3. & reposita eorum diripui. seu seposita, congesta. id est, opes & vniuersam suppellectilem. 4. & preparata eorum. id est, quæ magno studio apparauerant, seu comparauerant. 5. & penuria eorum, &c. 6. etiam constructissima loca eorum deprædatus sum. id est, regiones potentissimas & munitissimas. Est autem in tota hac verborum serie gradatio elegantissima. Ego vt Deuteron. 12. vers. 35. verti: & imminuentia, incumbentia eorum diripui id est, loca quæque proxima, & incumbentia seu imminuentia Ierusalimis: vide 2. Reg. 18. vers. 13. vel & imminuentia eorum. id est, quibus ipsi imminuebant, incumbebant, nitebantur, fidebant, hoc est, thesauros, opes congestas, & in futurum repositas, diuitias afferuatas. Montanus: & futura eorum perdididi. id est, quæcunque gentibus vel ad conferuandam, vel ad restituendam rem opportuna, vtilia vel aliâ comparata essent, abstuli: in quo etiam genere futurorum erant auguria, auspicia, & cætera diuinationum genera, quibus gentes futura prænoscerent, ac fidere consueuerunt. In voce חתורו gathidoth scribitur Iod, & legitur Vau, GHATHVDOTH, vt Massoretæ notant, quidam putant non sine mysterio poni Iod pro Vau: vt indicet Assyrius ac gloriatur, se opes, diuitias, copias, thesauros, vires populorum vehementer decurtasse & attenuasse, imminuisseque, vt Iod est ipsum vau decurtatum & imminutum. Audacius Forerius: cubilia eorum diripui.

ET DETRAXI QVASI POTENS IN SYBLIMI RESIDENTES.] Alij ex Hebr. & descendere feci tanquam potens habitantes. 2. & detraxi tanquam gigas sedentes. subaudi, in foliis regiis. 3. & deiecti seu deturbati eos, qui habitant in locis fortissimis. כַּאֲבִיר caabbir, videntur legisse pro כַּאֲבִיר baabbir, nimirum Beth, pro Caph, quæ sunt litteræ quàm simillimæ. 4. Forsterus: & deiecti tanquam robustus habitatores. vel & opprimebam copiosus habitatores. Qui sequutus Sanctem & Hebræos, hæc annotat: [Et pars grammaticorum dicunt, quod Aleph epenthesis interposita sit, & abundet: alij tamen existimant rectius AEBIR esse eius thema, & Caph similitudinis esse notam.

nec desunt qui autumant esse compositum ex כַּבִּיר abbir, & כַּבִּיר cabbir augende significationis causa.] Vide Sanctis Thesaurum pag. 1127. Huc respexerunt Tremellius & Iunius quum reddunt; & deiecti vt potentissimus habitatores. CABBIR, propriè, multiplex, multus, copiosus, validus, &c. vide in Iob. 8. v. 2. ABBIR, robustissimus, potentissimus, amplissimus: vide in Genes. 49. vers. 24. Audaciter Forerius: & deposui, seu detraxi stragulum quiete habitantium. vel sedentium. id enim כַּבִּיר cabbir significat I. Samuel 19. vers. 13. vt subitam hostis irruptionem denotet, qui homines adhuc in cubiculis & in stragulis deprehenderet. Hispanicus, Interpres: y derribe como valiente los que estauan sentados. En reposo, fundados de muchos años.

ET INVENIT QVASI NIDVM, &amp;c.] VERS. 14.

Hunc versum ex Hebr. variè reddunt: 1. Et inuenit veluti nidum manus mea substantiam, seu opes, vel vires, robur, aut exercitum, copias, populorum, & sicut colliguntur oua derelicta in nido: sic omnem terram ego congregavi: nec fuit, qui moueret alam, aut aperiet os, & garriret. 2. Et inuenit tanquam nidum, manus mea strenuitatem populorum: & sicut, qui colligit oua derelicta, vniuersam terram ego collegi; neque fuit, qui motitaret alam, & aperiret os, strideret. Nidum metonymicè capiunt, pro pullis in nido degentibus, vt Deuteron. 32. vers. 11. strenuitatem vero, pro opibus & facultatibus virtute & strenuitate partis: metaphora ab auiculis, quarum diripiuntur pulli & oua à nido, vt ne quidem ipsæ motitare alam, aut garrere audeant præ metu ac stupore. 3. Manus mea inuenit copias populorum veluti nidum, & vt colliguntur oua derelicta à matre, sic collegi ego vniuersam terram nec fuit, qui vel alam motitaret, aut aperto ore insufflaret. 4. Imo assequuta est tanquam nidum manus mea nidum opulentia populorum, & quasi reciperem oua derelicta, totam terram ego recepi: neque est, qui agitet alam, aut aperiat os, aut pipiat. Thrasonica allegoria, qua Assyrius omnia, sibi arrogat, & hostes comparat cum auiculis abiectionissimis. qui agitet alam. ad euolandum, aut inuolandum. aut aperiat os ad impetendum me. aut pipiat. ad implorandam opem, aut expostulationem faciendam.

NVM QVID GLORIBITVR SECVRIS, &c.] VERS. 15. Alij: 1. Num gloriabitur securis aduersus eum, qui eam fecit? id est, gloriari debet, aut potest, aut solet. verba sunt prophetæ. 2. An gloriabitur securis contra cadentem ipsam? vt Assyrius contra Deum extulit vocem suam, sicut idem propheta loquitur. 2. Reg. 19. vers. 22. Contestatio, vt diximus in vers. 7. qua Deus Assyrium contra euincit imbecillitatis ipsius, se cum artifice; illum cum instrumento comparans.

QVOMODO SI ELEVE TVR VIRGA CONTRA ELEVANTEM SE, ET EXALTETVR BACVLVS, QUI VTIQVE LIGNVM EST.] Hebr. nos verbatim reddidimus, alij variè: 1. Quomodo si eleuetur virga contra attollentem ipsam, & exaltetur baculus, qui in iustam arborem non excrescet. vel & sic eam

virgam leuat, ac si leuaret baculum, non arborem. seu quum exaltet, seu eleuet baculum, non arborem. quæ utcumque gloriari posset, non baculus. 2. quod perinde esset, ac si virga sese eleuaret contra eum, qui ipsam fert, & baculus sese extolleret quasi lignum non esset. 3. ut eleuatio virga est in eleuante ipsam, nec eleuatio scipionis est in ligno. subaudi, ita hæc Deo tribui debent non regi Assyriorum. vel Sicut eleuatio virga est penes eleuantem illam, sic eleuatio baculi non est penes lignum. id est, ut eleuatio eiusdem baculi debet tribui eleuanti; ita exaltatio eiusdem baculi non debet tribui ipsi ligno, sed eleuanti. 4. quasi ageretur virga eleuantes se, quasi eleuare baculum non sit lignum eleuare. vel quasi qui eleuat baculum, non lignum eleuaret. quod à se nihil agere potest. 5. Hispanicus Interpres: Como si el bordon se leuantasse contra los que lo leuantan? como si leuara se leuantasse? 6. quasi verò ageretur virga eum, qui tollit ipsam, quasi attolleret baculus non lignum. id est, hominem iusta facultate præditum ad mouendum se, aut efficiendum opus, quam rem baculus non potest ligneus mouere viuente hominem. non autem ligneum, ut baculus est.

VERS. 16.

PROPTER HOC, &c.] Alij: Ideo, idcirco. Notant esse hic tertiam partem denuntiationis contra Assyrios, nempe narrationem prophetica bimembrem, ut dictum est supra in vers. 5. Continere autem hoc prius membrum narrationem iudicij contra Assyrios, quatuor versibus, & vsum ex iudicio hoc ad populum peruenturum, vers. 20. vsque ad 28.

MITTET DOMINATOR DOMINVS EXERCITIVM.] vel immittet Dominus ipse Dominus exercituum. Exponunt, nimirum ea nocte, qua percussit angelus Iehoua in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, 2. Reg. 19. vers. 35. & 2. Paralipomen. 32. vers. 21.

IN PINGVES EIVS.] Hebr. in pinguedines eius. seu in pinguissimos eius. id est, in milites eius robustissimos & opulentissimos, atque potentissimos; sic Iudic. 3. vers. 29. & Psalm. 77. vers. 31.

TENVITATEM.] vel maciem, macorem, macritudinem, macilentiam. Exponunt, id est, lucem repente ipsos consumentem macie. Alij, id est, mortem.

ET SVBIVS GLORIAM EIVS SVCCENSA ARDEBIT QVASI COMBVSTIO IGNIS.] Alij ex Hebr. 1. & sub loco gloriae suae ardebit ardore iuxta ardorem ignis. 2. & in loco gloriae suae aduret adustio quasi adustio ignis. 3. & subius gloriam suam succendet incendium quasi incendium ignis. 4. & sub gloria eius aduret adurendo iuxta adustionem ignis. 5. & sub gloriam eius incendet incendium, ut dum ignis incenditur. 6. & in gloria eius ardebit ardendo iuxta ardorem ignis. id est, in loco, in quo gloriabitur Assyrius, hoc est iuxta muros Ierusalaim, quam obsidebit, adsumetur igni. 7. & in loco gloriae eius, id est, ubi gloria Dei habitat ante mœnia Ierusalaimorum: ardebit ardor similis ardori ignis. id est, lues euidentissima confestim Assyrios tabefaciens.

Maluenda, In libr. Isaia.

S. Hieronymus hunc versum ita explanat: [Quia ista fecisti, & locutus es; qua supra narraui: propterea mittet Dominus angelum suum, & una nocte centum octoginta quinque millia de tuo morientur exercitu; ita ut potentissimi quique, quos pingues appellat, redigantur in tenuitatem, & in nihili; & sicut Hebraei tradunt, illas vestibus Assyriorum corpora occulto cremantur ardore.] Vide 2. Reg. 19. v. 35. Quidam reddunt: & subius gloriam eius succensio ardebit, &c. per gloriam istam intelligunt magnificum & gloriosum exercitum Assyriorum, qui vna nocte per ignem in fauilam redactus est. Sic infra v. 18.

VERS. 17.

ET ERIT LV MEN ISRAEL IN IGNE M, &c.] Quidam: Et erit, vel erit enim lux Israelis pro igne, & Sanctus illius pro flamma. id est, Deus Iraclitas illustrans & sanctificans. Lux, & Sanctus, epitheta summi Dei Israclis.

ET SVCCENDETVR ET DEVORABITVR SPINA EIVS, VT VEPRES IN DIE VNA.] Diuersimodè alij ex Hebr. 1. & comburet & devorabit spinam eius & veprem eius in die vna. Verba sunt foeminea, & ita construenda cum flamma, quæ proximè antecessit. 2. & ardebit, & absument spinas eius & sentes eius in die vna. Fortè, inquit, alludit ad ignem, qui perpetuo ardebat, & seruabatur in templo, quo abiuebantur sacrificia in cultum Domini instituta: erant autem Assyrii in circuitu Ierusalem velut spinetum quoddam & senticetum, armis hispidi, & ad pungendum parati: statuitur velut è templo egressus ignis, qui milites absumpserit, exercitumque deleuerit. Quemadmodum etiam columna ignis Israclitis luci, & Aegyptiis terrori erat: ita ignis templi in lucem, cultum, & sanctificationem fuit Iudæis, Assyrii autem in vastationem & consumptionem. Vide cap. 3. v. 9. 3. qua incendet & consumet vepres eius & sentes eius, id est, Assyrios, quibus ut sentibus & vepribus cohorrebat terra, & qui nimium molesti erant ut spinæ: eodem die. id est, eadem nocte, quæ pars est diei: lyneccoeche: 2. Reg. 10. v. 35.

ET GLORIA SALTVS EIVS, CARMELI EIVS, &c.] Hebr. Et gloriam siluæ eius, & Carmeli eius, &c. id est, omnes valentes robore, de quibus gloriatur: allegoria: vide 2. Paralipom. 32. v. 21. Siluam vocat exercitum armatorum cum hastis, galeis, cistis, &c. qui densissimam siluam refert.

VERS. 18.

ET CARMELI EIVS.] Variè alij ex Hebr. 1. & Carmelum eius. id est, copiosum comitatum, & rerum omnium abundantiam, quam secum deferebant. 2. & agri eius consiti arboribus. 3. & frugiferi campi eius. 4. & aruorum eius. Carmel enim in Scriptura saepe vsurpatur pro campis & aruibus fortissimis & vberimis, qualis erat mons Carmelus, aut vallis ei subiecta: vide in Leuit. 2. v. 14. Hic allegoricè intelligit duces ac principes, seu magnates ac nobiles exercitus Sancheribi, cuius gregarij milites erant ut silua: duces verò ac primores velut arbores agri fertilissimi.

AB ANIMA VSQVE AD CARNEM.] VO-  
L  
lunt

lunt esse Hebraismum pro, non solum morientur, sed etiam cadauera eorum vertentur in cinerem. Alij prouerbialem loquutionem esse putant, pro, penitus, omnino absumet. Nonnulli: & spiritum & carne absumet.

ET ERIT TERROR PROFUGVS. ] Variè alij ex Hebr. 1. Variablis ex Kimchi: & erit vt dissolutio vexilliferi. seu quasi dissolutio signiferi. 2. quemadmodum dissoluitur vexillifer. 3. sicut castra, quæ dissoluit vexillifer. Quum enim dissoluitur vexillifer, siue liquefcit, aut deficit, omnes milites dissoluuntur & fugiunt. quasi dicat, erit tanta clades, quanta esse solet in exercitu cuius vexillifer cecidit. 4. Forsterus: & erit sicut liquefcientia, liquidum quoddam, quod aufugit. seu euanescit. siue erit sicut liquor euanesceus. vel & erit velut euanescentia, qua aufugit. 5. Reuchlinus: & erit quasi euanesceus & fugitiuus. 6. Sanctes: & erit sicut dissolutus vexillifer. 7. Forerius: & erit sicut dissolutio fugientis. 8. Auenarius: & erit ceu liquefcere vexilliferum. id est, exercitus ille peribit, non aliter quàm perire solet exercitus liquefcente & præ metu fugiente vexillifero. 9. Marinus: & erit sicut dissolueri, vel dissolui cito aufugientis. seu vexilliferi. 10. Schindlerus: & erit sicut liquefcit fugiens. seu signifer. id est, sicut signifer terretur, timet, metuit. vel, & erit sicut liquefactio eleuantis, seu vexilliferi. id est, sicut quum timet signifer, totius exercitus timet. 11. Leo Iudas: fietque vt puluis terebinthi. quod ego non capio. 12. eritque Assyrius sicut dissoluitur metu signifer. 13. Tremellius & Iunius: eritque quum tabescet profugus. id est, quum rex ipse profugus, & quidem contentissimè se proripiens fuga, quasi persequente igne consumetur, à filiis cæsus, vt factum esse legimus 2. Reg. 19. v. 36. & 37. & 2. Paralipom. 32. v. 21, מֶסֶס mesos, quidam Infinitiuum faciunt, liquefcere, liquefcieri. Alij nomen, liquefactio, dissolutio: quod nonnulli Hebræorum sine regimine accipiunt: sicut liquefactio eleuans, seu aufugiens: alij in regimine: sicut dissolutio vexilliferi, vel aufugientis. מֶסֶס mesos, à מֶסֶס nus, fugiens; à מֶסֶס nes, vexillans Paronomasia in MESOS, & NOSES, vt aliàs solet vti elegans hic propheta.

VERS. 19.

ET RELIQUIÆ LIGNI SALTUS EIVS, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. efferunt. 1. Et residuum lignum, vel & residua arbores silua eius pauca numero erunt; & puer scribes eas. 2. Et reliquum ligni silua eius, numerus erunt: id est, numerari poterunt, paruo numero erunt, numerabiles erunt. hoc est, ex illa exercitus Sancheribi strage pauci admodum euadent, atque adeo paruo numero, vt puer eos describere & numerare possit: qui maiores rationum summas vix concipere queat. 3. Arbores quoque silua eius reliqua ad eum numerum redigentur, vt puer eas describere possit. 4. Sic reliqua ligna silua illius: id est, superstitites Assyrij: pergit enim in allegoria numeri erunt, id est facile numerabilia, vel pauca erunt, adeo vt puer scribere possit ea. De loquutione illa, ligna numerus, vel numeri erunt, vide de Genes. 34. v. 30.

VERS. 20.

ET ERIT IN DIE ILLA: NON ADICIET,

&c. ] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Eo tempore, quum scilicet Ichoua pœnas sumperit de Assyriis, non ultra nitentur reliquia Israelis, & qui euaserunt de domo Iahakob, eo, qui se percussit: sed nitentur Ichoua Sancto Israelis, id est, quem pro Sancto Israel colit, & qui Israelem sanctificat: ex fide, vel in veritate. id est, ex animo, sincere, & citra simulationem. 2. erit autem tempore illo, vt non pergat ultra reliquum Israelis, & qui euadet in domo Iahakobi inniti percussori suo: sed innitetur Ichoua Sancto Israelis, fideliter. Explicatio vsus ad populum peruenturi ex præcedente iudicio & liberatione, nimirum fidei, & veræ pœnitentiæ. percussori suo. id est, Assyrio, virgæ percipienti ipsum, baculo indignationis Dei, supra v. 5. Ichouæ factio. qui versus est percussio auctor, virgam suam in percussioibus occupans, vt supra cap. 9. v. 13.

inniti. Hebr. incumbere, reclinari, sustentari, sustineri, fulciri, niti, id est, fidere. sic statim, in veritate. אֱמֶת emeth, fide, certitudine, veritate, fidelitate, constantia, firmitate, simplicitate, integritate, sinceritate: vt opponitur opinioni, falsitati, mendacio, simulationi, hypocrisis, & operibus, quæ non ex vero, recto, & simplici corde fiunt.

RELIQUIÆ CONVERTENTVR. ] שְׂאֵר יִשׁוּב Vers. 21. *shear jaschub*. Expositio nominis, vel ipsissimè nomen *Shear jasub*, filij Iesaiæ, mysterio impositum, de quo supra cap. 7. vers. 3. Alij reddunt: Residuum, reliquum, reuertetur. Nomen enim illud significabat, reliquias Israelis & Iahakobi reuersuras ad Christum, & salutem consequuturas.

VERS. 22.

SI ENIM FVERIT POPVLVS TVVS ISRAEL QVASI ARENA MARIS, RELIQUIÆ CONVERTENTVR EX EO. ] Repetit hic idem filij Iesaiæ nomen, *shear jasub*, hoc est, reliquia reuertetur. Aetiologia promissionis Dei erga reliquias, ab æterno consilio, & potentia eius, vt diuinè exequitur Paulus Romanor. 9. v. 27. ac si dicat, vt ex tot, tantisque cladibus Assyriorum, Deus reliquias ac Iudæorum voluit esse superstites, vt ex his tandem nasceretur Christus: sic non omnes voluit strage infidelitatis perire, sed æterno suo decreto ac potentia quasdam ex eis reliquias seruauit, quas vera fide & luce Euangelij perfusas in Ecclesiam, & regnum cælorum traduceret. Reliquias autem appellat paucitatem ex tanto numero Israelitarum: non enim omnes reuersuri erant ad Christum, sed pauci ex eis.

CONSUMMATIO ABBREVIATA INUNDABIT IUSTITIAM. ] variè alij ex Hebr. 1. consumptio decisa inundans iustitiam. 2. nam consumptio definita, determinata; inundat iustitiã. 4. consummatio perfecta inundat eos in iustitia. id est, Deus iusto iudicio decreuit ac decidit Israelem consumere ac perdere: consumptio à Deo decisa ac decreta in Israelem, omnimodâ iustitiã abundat, quasi dicat, erit iustissima ob scelera eorum. 5. consummatio concisa exundabit iustitiam. 6. consumptio decisa inundare faciet iustitiam. 7. consumptionem abbreviatam inundabit iustitia. id est, pauculas illas ac breues reliquias ex consumptione

ptione illa ac strage relictas, quæ conuertentur ad præpotentem Iehouam, iustitia, hoc est, iustificatio & sanctificatio abundè perfundet: quasi dicat, erunt iustissimi & sanctissimi, nempe apostoli, & apostolici. Sed non satis aptè Hebraicè accipitur iustitia suppositum verbi inundabit; nam iustitia est fœmineum, & participium innundans masculeum. 8. consummatio decisa inundat propter iustitiam. 9. consummatio expolita affluens iustitiâ. 10. Tremellius & Junius: consummationem præcisam consummabit inundans iustitiâ. in ablatiuo. id est, quo solus Deus fortis potentissimus per iustitiam suam, & propter veritatem suam, id præcisè consummaturus est, quod ab æterno definiuerit, vt sequens versus explicat. Consummabit extendans iustitiâ. id est, plenè effecturus est sua iustitia, ita vt nullo consilio, nulla vi, non amplius quàm exundans amnis, sisti aut impediri possit; etsi prius in speciem aquulæ iens sensum videbatur, supra cap. 8. vers. 6.

consummatio abbreviata. Hebr. consumptio decisa, præcisa. Nos: acuta, acris, penetrans, vehemens. Nonnulli pro nomine capiunt: consumptio tribula, seu rastro, id est, consumptio, quæ ceu rastro & tribula conteret, & confringet, atque consumet.

VERS. 23.

CONSUMMATIONEM ENIM, &c.] Hunc versum ex Hebr. Forsterus ita exprimit: Consumptionem & concisionem, seu excisionem sustentator Iehoua exercituum faciet in medio totius terræ. [Atque hîc, inquit, obiter notandum est, quod Paulus apostolus postremû hunc locum Isaia citando Romanor. 9, vers. 28. verbum hoc נֶחֱרַץ necheratzah, exponit per αὐτὴν ὄνον, id est, abbrevians, decurtans. Et Christus quoque allusio videtur Matth. 24, v. 22. ubi inquit: ἐν ὄνο-βόδῳ, id est, decurtati fuisse. Similiter in Marco cap. 13, v. 20. ἐν ὄνοβόδῳ, decurtasset, amputata scilicet parte aliqua prioris mensuræ. Significat igitur hæc vox determinationem, decisionem, concisionem, præcisionem, decurtationem, vel rei, de qua dicitur, vel temporis.] Hæc ipsa ex Forstero excipere Foretius & Mercerus. Alij: Quia consumptionem & quidem decisam, determinatam, decretam, id est, definitam ac certam Dominus Iehouah exercituum faciens, seu facit, pro facturus est, in medio omnis terræ. Reparatio proximè præcedentis sententiæ Nonnulli: Quoniam consummationem & expolitam subaudi Ecclesiam, faciet Dominus Iehoua exercituum in medio totius terræ. Aliqui: Nam consummationem & quidem præcisam, id est, præcisè, vt decreuit beneplacito voluntatis suæ, Dominus Iehoua exercituum facturus est in medio huius terræ. vel in vniuersa hac terræ. NECHERATZAH, formam quidem participij habet, sed quod plerique nominaliter accipiunt. Vide similem loquutionem infra cap. 28. vers. 22. Quod hîc quidam legunt Iehoui, quod coniungatur cum nomine Adonai, vide Genes. 15, v. 2. sic versu sequente.

PROPTER HOC, HÆC DICIT DOMINUS, &c.] Aliqui: hunc versum ex Heb. reddunt: Idcirco ita ait Dominus Iehoua exercituum: Ne timeto, popule mi habitator Tzizonis, ab Assyrio. Apostrophe ad populum, sum-  
Maluenda, Inlibr. Isaia.

nam superiorum iudiciorum continens, ad confirmandum ipsum, quatuor versibus: Virga sua percutiet te: id est, ita agitabit te Deus per Assyrium, vt per Ægyptium olim maiores tuos: sed baculum suum efferet pro te via Ægypti. Sic infra vers. 26. id est, Iehoua baculum extendet ad defensionem & liberationem tuam, vt quum Moscheh baculum iussus est protendere ad secandum mare, Exod. 13, v. 16. Quidam idem dici volunt vtroque membro: id est, virga & baculo Assyrij agitareris.

in via Ægypti, id est, more, ratione, eo modo quo te, afflixerunt Ægyptij, sic te affligent Assyrij. Quidam reddunt: sicut Ægyptus.

ADHVC ENIM PAVLVLVM MODICVM-QUE, &c.] Diuersimode hunc versum ex Heb. accipiunt: 1. Adhuc enim paululum paulum, id est, intra breuissimum tempus, & consummabitur ira & furor meus, id est, plenissimum complementum accipiet, ad summum pertinet, ad consumptionem eorum. vel in perniciè illorum, seu in abolitionem, aut ad euersiorem eorum. videlicet Assyriorum, q. d. breui perdam Assyrios, & ita iræ meæ finis imponetur. 2. Quia adhuc minus paululum, vel valde parum, vel post pusillum, & minus pusillo, & consummabitur, ardor & ira mea, id est, ad summum perueniet, explebitur, satiabitur, vt nihil amplius expectandum sit, neque diutius ferre possim: super inueterata malitia eorum, Assyriorum. 3. At post pusillum, minusque pusillo furor & indignatio mea finietur ad ignominiam eorum. 4. Adhuc valde modicum, & consummabitur indignatio & ira mea super inueterata scilicet malitia eorum. 5. Nam adhuc paulisper, minus pusillo tempore, & consummata indignatione, mea scilicet, id est, absoluta & finita, qua excandui in te, quemadmodum dixit supra vers. 5. & 6, tum ira mea incumbet consumptioni istorum. vt effectum est die illo, cuius meminit supra vers. 17.

ET CONSUMMABITVR INDIGNATIO.] vel perficietur, ad summum perducetur: vel cessabit, finietur. Et vtroque vicinum est, nam perducta indignatio ad summum effecto iudicio, tunc expletur, perficitur, absoluitur, finitur.

SVPER SCELVS EORVM.] תְּבִלִּיחַ תְּבִלִּיחַ, veterinus, inueteratum-malum, inueterata-malitia, veteratorum scelus: & quia quod veterascit & putrescit, tandem consumitur, plerique consumptionem exponunt.

ET SVSCITABIT SVPER EVM, &c.] Hunc versum alij ex Heb. 1. Et suscitabit super eum Iehouah exercituum flagellum iuxta plagam Midjan, in Petra Oreb, & virgam suam vt suscitauit super mare, id est, vt percussit Ægyptios in mari rubro, & eleuabit eam super eum in via Ægypti. id est, more Ægypti, vel eo modo, quo leuauit super Ægyptios. vt versu præcedente. 2. Et excitabit Iehoua exercituum contra eum flagellum, quemadmodum in gade Madianitarum in Petra Oreb & virgam suam leuabit super mare in via Ægypti. vel & iuxta virgam suam; nam leuabit eam more Ægypti. id est, percutiet Assyrios, quemad-

L 2 modum



modum percussit Madianitas in Petra Oreb, & Aegyptios in mari rubro: nam leuabit eam virgam vt percussuri solent facere, ea via & modo, quo leuauit aduersus Aegyptios.

3. *Excitabit enim contra istum Iehoua exercituum flagellum; percussorem similem Midjanitarum ad rupem Horebi, & similem baculo suo prope mare, & tollet, auferet, istum ratione Aegypti.* id est, momento Assyrios perdet per noctis vnus spatium, vt Midianitas & Aegyptios olim. & similem baculo suo prope mare, quem protendi mare versus à Moscheh imperauit Deus, Exodi 14. v. 26. & tollet istum Assyrium ratione Aegypti. id est, eadem ratione qua abstulit Aegyptium.

*Iuxta plagam Madian.* vide historiam Iudic. 7. & supra cap. 9. v. 4.

*In Petra Oreb.* locus. clarus cæde Horebi principis Midianitarum, de quo vide Iudic. 7. vers. 2.

**VERS. 27.** ET COMPUTRESCET IUGVM A FACIE OLEI.] variè alij ex Hebr. 1. & dissoluetur iugum à pinguedine. vel propter pinguedinem. vt sit metaphora, ab animalibus, quæ præ pinguedine & crassitie laxatis nexibus dissoluent iuga. vnde quidam reddunt: *quin præ pinguedine laxabitur iugum eius.* q. d. O Iudæe, eris adeo validus & opulentus vt faciliè tyrannidem Assyrij excutias. 2. & corrumpetur seu perdetur iugum propter oleum, seu vnguentum. id est, propter vnctum tuum Ezechiam, vel in gratiam vncti tui Ezechiae: seu potius in gratiam Messiae seu Christi veri Filij Dei. 3. *ino disturbabitur iugum propter oleum.* id est, propter Christum liberaberis, in quo quiescit spiritus Iehouæ, qui vnxit eum, infra cap. 61. vers. 1. sic interpretatur Ionathan Chaldeus. Est autem hoc propterea positum, vt transitio comparetur ad tertium consolationis locum, cap. 11. quod totum huius promissionis est exegeticum. S. Hieronymus: *a facie olei.* id est, Dei misericordiae. Hispanicus Interpres: *vel iugo se empodrecera delante la vnction.* id est, *por ser vosotros mis vngidos.*

**VERS. 28.** VENIET, &c. ] Hebr. præteritum. *Venit, peruenit, &c.* Notant esse alterum narrationis membrum, vt diximus in vers. 5. & 16. quo propheta expeditionem totam Assyriæ legationis, de qua 2. Reg. 18. vers. 27. & cap. 19. vers. 9. mimeticôs iter, tempusque, & locam circumferibit, quo iudicium hoc effecturus est Deus, ad finem vsque capitis. Quidam obseruant describi hic iter Sancheribi ex Aegypto redeuntis versus Ierusalaim.

*IN AIATH.*] Hebr. *super Ghaiath.* Quidam: *contra Haiath.* Haiatham regionem versus. id est, agrum vrbs quondam Hai, quæ iam pridem euerfa fuerat, Iosue 8. De oppido Hai, vide Iosue 7. v. 2.

*TRANSIBIT IN MAGRON.*] Hebr. *transiit in Migron.* Alij: *transiit Migrone,* vel *per Migronem.* de quo vide in 1. Samuel. 14. v. 2.

*APVD MACHMAS COMMENDABIT VASA SVA.*] Alij: 1. *Michmaschi deposuit instrumenta,* seu *impedimenta sua.* exponunt, Michmasi reliquit partem impedimentorum suorum, quo celerius Ierosolymam contem-

dere posset. 2. *apud Michmas recensabit arma sua.* vel *in Michmas recensere faciet arma sua.* Hispanicus Interpres: *en Michmas contara sus armas,* id est, recensabit exercitum. Possis reddere: *apud Michmasum lustrabit instrumenta sua.* seu exercitum. Hispanicè, *reconocera sus armas.* De oppido Michmas vide in 1. Samuel. 13. v. 2.

**TRANSIERUNT CVRSIM, GABA SEDES NOSTRA.]** Alij ex Hebr. 1. *Transierunt vadum,* Gheba diuersorio pernoctarunt. 2. *Transibunt vadum,* Gheba noctu diuertent. 3. *Traiecerunt transitum.* illud de quo 1. Samuel. 13. vers. 23. *Gebali in diuersorium diuertent.* Erat enim Gebah à meridie contra alterum scopulum ex aduerso Michmaschi, 1. Samuel. 14. vers. 5. *לן לנו* lanu, Noster & alij, *nobis.* Plerique præteritum verbi *לן לנו* faciunt, *pernoctauerunt, diuenterunt.*

**OBSTVPVIT RAMA.]** Hebr. *contremuit, conturbata est, tumultuata est, formidauit, trepidauit, perterrita fuit Haranah.* de qua vide in Iosue 18. vers. 25.

**GABAATH SAVLIS.]** de qua vide in Iosue 18. vers. 24. & 1. Samuel. 11. v. 4.

**HINNI VOCE TVA FILIA GALLIM.]** Alij reddunt: *Exalta, intona vocem tuam.* Alij: *Claram ede vocem tuam filia Gallimorum.* Apostrophe, quasi in rem præsentem ventum esset, describens miserabilem & altissimum eiulatum. vnde *צרה* *tzabal, binnire,* hoc loco non erit lætitiæ aut petulantiae, sed doloris & metus: vnde reddere possis: *Mugi voce tua.* nam id verbum tauris etiam tribuitur, vt Ierem. 50. vers. 11. *Gallin,* vel *Gallini* oppidum erat in tribu Benjaminis, de quo vide in 1. Samuel. 25. vers. 44. vt etiam alia omnia præter Laifchum, quæ commemorantur vsque ad vers. 32.

**ATTENDE LAISA PAUPERCVLA ANATHOTH.]** Ex Hebr. Alij variè elucidant: 1. *Attendere-fac Laifam, ô tu paupercula Anathoth.* id est, tuæ calamitates ab Assyrio allatae, ô Anathoth, aduertant Laifam. 2. *Animaduerte, Laifam, afflictam Anathoth.* id est, ne tu Laifa despice clamores & eiulatus Anathoth, tibi solum consulens. 3. *Fac vt attendat Laifam humilis Anathoth.* 4. *Arrige aures, Laifa, & paupercula Anathoth.* id est, accomoda aures clamori vrbs vicinæ. 5. *Fac vt audiatur Laifchum vsque, ô paupercula Hanathoth.* id est, ad summum vsque terminum aquilonarem, & remotissimum terræ sanctæ, vbi erat Laif seu Dan. Itaque hic Laifam accipiunt notissimam urbem illam, de qua Iudicum 18. vers. 27. 28. & 29. Non quòd illuc nunc Assyrius exercitus venerit, sed quòd illuc vsque fama eius ac terror peruagatus fuerit. Quidam non istam Laifam Borealem terminum terræ sanctæ hic accipiunt, sed aliam non longè ab Ierusalaimis, cuius meminit liber 1. Machab. cap. 9. vers. 5. Sed eo loco Machabæorum, non *Laifa,* sed *Hadasis,* legendum quidam contendunt, vt ibi videbimus. De *Hanathoth* vide Iosue 21. vers. 28. Hebr. est elegans paronomasia *ענייה ענחות* *ghanijah ghanathoth, afflictæ, oppressa, humilis paupercula* GHANATHOTH, ab eadem radice.



**VERS. 31.** MIGRAVIT MEDEMENA. ] Alij ex Hebr. 1. *Elongavit se Madmenab.* 2. *Mouit se, agitavit-se, vel agitata fuit Madmenab.* 3. *Ablata est, aufugit, Madmenab.* Si hæc est illa Madmanah, de qua Iosue 15. vers. 31. illam constat fuisse in extremo australi tribus Iuda, in confinio Idumææ: quod huic loco non convenit: nisi altera hæc fuerit in tribu Benjaminis: vel hic *He* sit locale, hoc sensu: *Migravit scilicet Hanathoth in Madmanam.* hoc est, metu Assyrij fugerint habitatores Hanathothæ in Madmanam, & extremos fines Ichudææ. vide in Ierem. 28. v. 2.

HABITATORES GABIM CONFORTAMINI. ] variè alijs ex Hebr. 1. *habitatores Gabim congregaverunt se.* vt fugerent. 2. *habitatores Gebimorum se-confirmarunt.* ad migrandum. Alij imperatiuè: *habitatores Gebim obfirmemini, obfirmate, roborate, fortificate vos.* *Gebim* potest esse proprium nomen vrbs, formam habens pluralem: *habitatores Gebimorum*; cuius alibi nomen in Scriptura non extat. vel appellatiuum: *habitatores fossarum.* id est, locorum munitorum, *roborate vos.* vel *roborauerunt se,* aduersus tantam vim hostium. *הגזיזי* *heghiziu,* imperatiuum, vel præteritum, quidam à *גזז* *ghazaz,* obfirmare: alijs à *גזז* *ghuz* vel *גזז* *ghiz* congregare, confugere, deriuant.

**VERS. 32.** ADHUC DIES EST VT IN NOBESTETVR. ] Hebr. *Adhuc dies in Nob ad standum.* Alij: 1. *Adhuc intra diem in Nob stabit.* 2. *Adhuc supererat multum diei, quum venit in Nob.* vt illic subsisteret. seu interquiesceret. 3. *Vnus tantum diei spatium Nobi.* exercitus hostium subsistet. 4. *Adhuc diem Nobi constitutus est.* id est, quum vixdum Nobo profectus ad urbem accesserit. de Nobo vide in I. Samuel. 21. v. 1.

AGITABIT MANVM SVAM SVPER MONTEM FILIÆ SION, COLLEM IERUSALEM. ] Alij: *agitavit manum suam contra montem filie Tzjonis, collem Ierusalaimorum.* id est, quum primum ad Ierusalaima probro Dominum affecerit, & profciderit nefariis illis blasphemis, de quibus idem propheta 2. Reg. 19. vers. 21. & sequentibus. Nonnulli: *agitata manu sua minabitur monti filie Tzjonis, colli Ierusalaim.* quasi scilicet breui expugnaturus. Aliqui, quod *monti & colli* Hebr. nulla præfigatur præpositio, in recto vertunt: *agitabit manum suam mons filie Ierusalem, collis Ierusalaim.* quod tremore concussi fuerint Ierofolymitani ad aduentum exercitus Assyrij.

**VERS. 33.** CONFRINGET LAGVNGVLAM IN TERRORRE. ] Diuersimode alijs ex Hebr. *deramificat ramum cum robore.* 2. *excidet, amputabit ramum cum violentia.* vel *vi magna.* 3. *amputabit pauore ramum istum.* 4. *collucaturus est ramum violenter.* id est, tunc temporis Deus

Assyrios profligabit: quod eadem allegoria siluæ à propheta figuratur; vt supra vers. 18. *פסעף* *mesagheph* participium Pihel, aiunt proprie esse, *deramans, deramificans, ramos excidens, amputans, collucans:* sic enim Latini collucare dicebant ramos excindere. Gallicè dicitur *esbroncher,* & Valentinè, *esbrancar.* vel *esbronjar.* *Lagungulam,* sic Noster sequutus Aquilam vocem פורארה *phurah,* cum *van & aleph* exposuit: Symmachus & Theodotion, *torcular,* à פור *phur,* vt sit פורה *phurah,* sine *Aleph;* quod etiam *dolium* significare asserunt. inde פור *pur fors* quod in dolium seu vinam mittatur: vnde nihil mirum aut prorsus alienum, si Noster *lagunculam* dixit. forte vt alluderet ad lagunculas Gedeonis, Iudic. 7. vers. 16. & sequentibus & hanc victoriam illi similem indicaret. Plerique tamen *ramum,* vel *frondem* reddunt, à פאר *paar,* decorare, quod sit decor arboris. in terrore. Hebr. in *præualiditate, præualescentia, præpotentia, vi violentia, fortitudine, robore.* vnde proprie reddes: *deramans ramum in præualiditate.* id est, vel ipsum Sancheribum, vel procerem quemque ex eius exercitu: allegoria.

ET EXCELSI STATURA SVCCIDENTVR, ET SVBLIMES HVMLIABVNTVR. ] Alij: 1. *procera statura arbores excindentur, & sublimes deiciuntur.* 2. *adeo vt proceri statura excindantur, & alii deprimantur.*

ET SVBVERTENTVR CONDENSE, &c. ] **VERS. 34.** Alij hunc versum ex Hebr. diuersimodè reddunt: 1. *Succidetque arbores perplexas, vel ramos perplexos & densos arborum siluæ ferro: & arbores Libani ferro forti cadent.* 2. *Et excidet condensa siluæ ferro, & Libanus per præualidum, aut præpotentem cadet.* id est, Assyriorum exercitus per angelum: 3. *Attondebuntur vepreta siluæ ferro: & Libanus ipse per fortem cadet.* id est, per angelum. 4. *Et excidet densitates siluæ.* id est, ipse Deus opera angeli excidet densas illius siluæ arbores, & perplexas, hoc est densos manipulos & cohortes exercitus Assyriorum: & Libanus ipse, id est, silua maxima, *forti securi cadet.* vel excidetur. 5. *Et circumputabit perplexa siluæ ferro suo: denique Libanus ipse:* id est, quum elatissimi & numerosissimi: allegoria per *magnificum casurus est.* id est, per Deum vtentem operâ angeli, aut etiam per angelum potentia Dei armatum: nam propterea etiam angeli robustissimi appellantur Psal. 77. vers. 25. itemque virtutes, & potestates, potentia, imperia, dominiaque Ephesior. 1. v. 21. & Colloss. 1. vers. 16.

EXCELSIS. ] Hebr. in גרר *addir.* id est, in *præamplissimo, præualidissimo, magnificentissimo:* vt sit epithetum Dei vel angeli: vide in Iudic. 5. vers. 25. Alij: *in fortei, vel cum fortis ferro, accipiunt.*

## CAPVT XI.

Vaticinium de Christi natiuitate, iudicio, exaltatione, conuersione populorum  
& gentium ad Christum, & gloria sepulchri ipsius: item de conuersione  
reliquiarum Israel ad Deum, ac fide Gentium.

Vulg.

Matu.

Act. 13.  
d. 13.

**I** T egredietur virga de ra-  
dice Iesse, & flos de radice  
eius ascendet.

2 Et requiescet super eum spiritus Do-  
mini: spiritus sapientia, & intellectus,  
spiritus scientia, & pietatis.

3 & replebit eum spiritus timoris Do-  
mini. Non secundum visionem oculorum  
iudicabit, neque secundum auditum au-  
rium arguet:

The. 3.  
c. 8.

4 sed iudicabit in iustitia pauperes, &  
arguet in aequitate pro mansuetis terra:  
& percutiet terram virga oris sui, & spi-  
ritu labiorum suorum interficiet impium.

In Is. d. 25.

5 Et erit iustitia cingulum lumborum  
eius: & fides cinctorium eius.

6 Habitabit lupus cum agno: & pardus  
cum hædo accubabit: vitulus & leo &  
ouis simul morabuntur, & puer paruulus  
minabit eos.

7 Vitulus & vrsus pascentur: simul re-  
quiescent catuli eorum: & leo quasi bos  
comedet paleas.

8 Et delectabitur infans ab ubere su-  
per foramine aspidis: & in cauerna regu-  
li, qui ab lactatus fuerit, manum suam  
mitteret.

9 Non nocebunt, & non occident in  
vniuerso monte sancto meo: quia repleta  
est terra scientia Domini, sicut aqua maris  
operientes.

Ro. 15. c. 12.

10 In die illa radix Iesse, qui stat in si-  
gnum populorum, ipsum gentes deprecabuntur,  
& erit sepulchrum eius gloriosum.

11 Et erit in die illa: Adiciet Dominus  
secundò manum suam ad possidendum re-  
siduum populi sui, quod relinquetur ab  
Assyriis, & ab Ægypto, & à Phætos, &  
ab Æthiopia, & Ælam, & à Sennaar, &  
ab Emath, & ab insulis maris.

12 Et leuabit profugos Israel, dispersos

**I** T exhibit virga de trunco  
Isai, & surculus de ra-  
dicibus eius fructifica-  
bit.

2 Et confidebit super eum spiritus  
IHVH: spiritus sapientia, & intelligen-  
tia: spiritus consilij, & præalescentia;  
spiritus cognitionis, & timoris IHVH.

3 Et introspirare<sup>a</sup> eum in timore<sup>a</sup> eius  
IHVH, & non visioni oculorum suorum  
iudicabit, & non auditioni aurium  
suarum arguet,

4 Et iudicabit in iustitia exhaustos,  
& arguet in rectitudine<sup>b</sup> afflictis ter-  
ra: & percutiet terram in baculo oris  
sui, & in spiritu labiorum suorum mo-  
ri-faciet improbum.

5 Et erit iustitia<sup>c</sup> cinctura lumborum  
eius, & fides cinctura<sup>d</sup> renam eius.

6 Et trahet lupus cum agno, & par-  
dus cum hædo accubabit: & vitulus &  
leo-iuuenis, & merinus<sup>f</sup> vnitè; & g  
excussus paruus<sup>h</sup> abducens in eis.

7 Et iuuenca & vrsus pascentur, vni-  
tè accubabunt nati earum: & leo si-  
cut bos comedet stramen.

8 Et oblectabitur<sup>i</sup> lactens super fo-  
ramen aspidis: & super specum basilis-  
ci retributus manum suam extendet.

9 Non malefacient, & non funditus-  
perdent in omni monte sanctitatis  
meæ, quia impleta fuit terra<sup>k</sup> cog-  
nitione ad IHVH, sicut aquæ maris coo-  
perientes.

10 Et erit in die ipsa, radix Isai, quæ  
stans<sup>l</sup> vexillo populorum, ad eum  
gentes quærent: & erit residentia eius  
grauitas.

11 Et erit in die ipsa<sup>m</sup> ADONAI<sup>n</sup> m vide in  
secundâ manum suam ad acquirere<sup>o</sup> o  
reliquiam populi sui quod relinquetur  
de Assur, & de Ægypto, & Phætos, &  
de Chus, & de Ghelam, & de Singhar,  
& de Chamath, & de insulis maris.

12 Et leuabit vexillum gentibus, &  
colli

b appressis  
mansuetis,  
modestis  
terra:c zona, cin-  
gulum.

d sic statim.

e lumborum,

f feminaum

g vide in

h iudic. 14.

i v. 5.

j simul, pa-

k riter, vna.

l sic v. 7.

m g puer

n abigens.

o minas

p i sugens,

q infans

r cognosce-  
re leuams datus.  
in signum

t m vide in

u Genes. 15.

v v. 2.

w n secunda

x vice, secun-

y do, vt Iosue,

z s. v. 2.

aa o reliquum,

ab residuum

*Iuda colliget à quatuor plagis terræ:*

13 Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non emulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.

14 Et volabunt in humeros Philisthim per mare, simul prædabuntur filios Orientis. Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt.

15 Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen, in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuibus, ita ut transeant per eum calceati.

16 Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israeli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.

colliget impulsos Israelis, & dispersas Iehudah congregabit de quatuor alis terræ.

13 Et discedet zelus Ephraim, & coangustantes Iehudah excidentur: Ephraim non zelabit Iehudah, & Iehudah non coangustabit Ephraim.


14 Et volabunt in Scapula Phelithim ad P mare q vnitè diripient filios orientis: Edom: & Moab immisso manus eorum, & filij Ghamon auditio eorum.

15 Et anathematizabit IHH linguam maris Ægypti: & agitabit manum suam super flumen in collectione spiritus sui: & percutiet illud <sup>r</sup> septem torrentibus, & <sup>f</sup> calcare-faciet in calcementis.

16 Et erit strata reliquæ populi eius, qui relinquetur de Asur: secundum quod fuit Israeli in die ascendere eum de terra Ægypti.

p occidentem q vs v. 6.

r datus, in septem torrentes s' viare, incedere



COMMENTARIA.

VERS. I.



TEGREDIETVR, &c.] Alij: Nam prodibit, &c. Tertius, inquit, locus consolationis, vt dictum est supra cap. 9. vers. 1. à promissione regni Christi, qui fons & causa est liberationum omnium generalium singulariumque, corporalium & spiritualium. Sunt autem in hoc consolationis loco descriptiones duæ: vna est personæ, officiorumque Christi, quinque primis versibus: altera, effectorum inde ad finem vsque. Hoc autem versu allegoricè prænuntiatur Christus, & status stirpis regis, ex qua nasciturus erat, vt illustrior sit comparatio beneficentiæ Dei cum iudicio proximè precedente, quod per allegoriam eiusdem generis est adumbratum. S. Hieronymus: [Vsq̄ ad principium visionis vel ponderis Babylonis, infra cap. 12. omnis hæc propheta de Christo est.]

VIRGA.] <sup>וַיִּזְרַע</sup> choier, virga, virgula, virgultum, surculus, radis, rudicula, ramus, germen succrescens & pullullans ex arbore. videtur cognitionem habere cum transposito <sup>וַיִּזְרַע</sup> cheret, stylus. vt significet virgam gracilem ac tenuem in modum styli. Exponunt, id est, humilis in speciem & abiectus Christus, vt obseruatum est supra cap. 9. v. 6.

DE RADICE IESSE.] Forsterus: [וַיִּזְרַע ghezagh, stipes, caudex, truncus, pars dissecta arboris inferior, que supra terram eminent & prostat, ac cui radices adherent inferne, sicut recte Aquila, Symmachus & Theodotion <sup>νεραν</sup> verterunt: nam vt ex ipsis Scripturæ locis liquet, atque Rabbi David Kimchi dextrè sentit, propriè significat eam radice partem, non que terra infixæ est, sed

supra terram eminent: sicut è contra <sup>וַיִּזְרַע</sup> schoreschsqua hinc subiicitur, propriè ea pars arboris seu herba dicitur, qua sub terra est, & Latini radicem vocant.] Id ipsum probant Sanctes, Vatablus, Forerius, Mercerus, Auenarius, Schindlerus. Nonnulli Hebræorum reddunt: de semine Isai. Alij: de stirpe Isai. Tremellius & Iunius atque Buxtorfius: ex trunco-succiso Iefchài. id est, regia stirpe Daudis, quæ tum principatum omnem amiserit, & extincta tota ac succisa videbitur. In summa hoc versu, gens ipsa Christi, adeoque locus educationis, & ipse Christus describitur: dona in Christum collata, versu sequente: regia verò administratio & officium eius sanctissimum, tribus aliis.

ET FLOS DE RADICE EIVS ASCENDET.] Variè alij ex Hebr. 1. & surculus de radicibus eius crescet. 2. & virgultum de radicibus eius germinabit. 3. & surculus de radicibus eius fructum faciet. 4. & surculus è radicibus eius eius efflorescet. Exponunt, Surculus, vel Nazarenus, educatus in Notzerath, vel Natzareth, siue Netzer: quæ vox significat Surculum: Sic Christus vocatur metonymicè Natzareth, seu Netzar, pro Nazareno, quod in ea vrbe educatus fuerit, Matth. 2. vers. 23. <sup>נֶזֶר</sup> netzer, propriè surculus, inde dictus, quod eius habeatur ratio & obseruetur, conserueturque ne præcidatur, aut lædatur. alioqui enim præ teneritudine facile confringitur: vel quod sit reseruatus, & arbori adhuc impactus, & ab ea nondum resectus, ideoque trahens succum ex eius stipite fructificat: seu, quod custodia egeat ne à vento deiiciatur aut auellatur. Plantulam quidam reddunt. Inde factum nomen

nomen vrbi Natzareth, dicemus in Matth. 2. vers. 23.

**VERS. 2.** ET REQUIESCET SUPER EUM.] Hebr. *Et residebit, quiescet, pausabit, repausabit*, Hispanicè, *reposara, super eum*. Notant, quod quum in Scripturis dicitur requiescere spiritus Iehouah super aliquem, perpetuitatem eius muneris significare, vt 2. Reg. 2. v. 15.

SPIRITVS DOMINI.] Hebr. *spiritus IHVH*, id est, virtus & dona infinita spiritus, quæ sequente accumulatiõe à propheta designantur.

SPIRITVS SAPIENTIÆ.] vide in Proverb. 1. vers. 2.

ET INTELLECTVS.] seu *intelligentiæ*. vide in 1. Paralip. 12. v. 32.

ET FORTITVDINIS.] גבורה *gheburah*, virtutis, potentia, roboris, fortitudinis, prauauiditatis, prauatescentia, prapotentia, superioritatis, predominanti, victoria, superlacionis, animi heroici.

SCIENTIÆ.] דעה *daghath*, cognitionis, scientia, notitia. Quidam ad diuinæ legis cognitionem, & Scripturarum intelligentiam hîc astringunt: sed præstat generaliter accipere, omnium rerum notitiam ad suam functionem pertinentium.

ET PIETATIS.] Hebr. & *timoris Iehouah*, siue reuerentia, cultus, religionis, venerationis erga Iehouah. Sic versu sequente.

**VERS. 3.** ET REPLEBIT EUM SPIRITVS TIMORIS DOMINI.] Hebr. ad verbum: & *odorari facere eum in timore Iehouah*. Alij: 1. & *odorari faciet eum in timore Iehouah*, vel *timorem Iehouah*. id est, paruo iudicio agnoscat illum, qui fuerit iustus & timens Dei. 2. & *olfaciet ipse in timore Iehouah*. id est, spiritu iudicabit. 3. & *odoratus, olfactus, eius erit in timore Iehouah*. q. d. præditus erit acerrimo & infallibili iudicio, quod erit coniunctum cum timore Domini. 4. & *odoratu suo, seu sagacitate quam maximè valebit propter timorem Iehouah*. quasi dicat, timor Iehouæ efficit eum sagacissimum in cognoscendo & iudicando. 5. & *spirare, vel respirare eius; erit, in, cum timore Iehouah*. id est, nihil, nisi timorem, religionem, ac pietatem erga Iehouam spirabit. vel & *spirare faciet eum in timore Iehouah*. 6. *cuius odorari, vel odoratus*. id est, qui non infirmè, tenuiter, atque humanitus singula odorabitur & cognoscet in speciem, sed recto iudicio penitus omnia cognoscens iudicabit: *erit coniunctus reuerentia Iehouæ*. & reliquis donis Spiritus, quæ modo dicta sunt: synecdochicè: sic enim Hebræi solent ab vltimo per hysterosin incipere. Nonnulli iungunt eum sequentibus: & *odorari faciet eum in timore Iehouæ*. id est, aded omnia odorabitur, præsentifcet, & sagaciter inquiret, ac deprehendet in timore Domini, vt nec visione oculorum, nec auditu aurium in iudicio egeat.

NON SECUNDVM VISIONEM OCVLORVM, &c.] Quidam reddunt: *ob id non ad aspectum oculorum suorum iudicabit, neque ad famam, quæ ad aures eius affertur, arguet*. Alij: *non autem ad aspectum oculorum suorum iudicabit, neque ad auditum aurium suarum corripiet*. Sine notitia, & cæteris donis ad iudicandum

necessaris. q. d. non secundum apparentiam, vt vulgo dicitur, iudicabit, sed iuxta ea, quæ certò nouerit.

**VERS. 4.** SED IUDICABIT IN IYSTITIA PAUPERES, ET ARGVET IN ÆQVITATE PRO MANSVETIS TERRÆ.] Alij: *sed vindicabit iuste tenues*: id est, æquam sententiam feret erga pauperes, qui sententia iudicum opprimi solent: & *corripiet ex æquo mansuetos terræ*. Quidam reddunt: & *carpet subaudi sceleratos, ob mites, qui in terra sunt*. quod nimirum eos vexent & affligant.

ET PERCVTIET TERRAM VIRGA ORIS SVI.] id est, potente verbo suo, vel Euangelio.

ET SPIRITV LABIORVM SVORVM INTERFICIET IMPIVM.] Hebr. *mori faciet*, vel *morte afficiet, improbum, seditiosum, inquietum, turbidum, turbatorem*. vel distributiue, quemuis improbum, vel singulariter Antichristum omnium improborum improbissimum, vt certè interpretatur, aut accommodat Paulus 2. Thessalonicens. 2. v. 8. Chaldæus Interpres hîc pro רשע *raschagh*, *improbo*, ponit ARMILOS, quod esse nomen Antichristi existimat David Pomarius in Germine Dauidis. vide lib. 13. de Antichristo, cap. 6. vbi hunc locum fufius enarramus.

**VERS. 5.** ET ERIT IYSTITIA CINGVLVM LVMBORVM EIVS, &c.] vide Psal. 44. v. 4. & 5.

ET FIDES CINCTORIVM RENVM EIVS.] Alij: & *fides ipsa cingulum feminum eius*. חמוןה *haemunah*, *fides, fidelitas, constantia, certitudo, veritas, firmitas, virtus promissa, seu pacta seruans*. Allegoria cinguli, seu zonæ summam & intimam coniunctionem ac perennitatem simul cum decore & ornatu significat, quasi dicat, his virtutibus tanquam sibi coniunctissimis ac familiarissimis perpetuo exornabitur. Alij hic abstracta pro concretis accipiunt, ac si dicat, incedet semper Christus succinctus iustis & fidelibus, erunt ei coniunctissimi, iisque se ornabit.

**VERS. 6.** HABITABIT LVPVS CVM AGNO, &c.] Hebr. *Et trahet, peregrinabitur, versabitur, commorabitur, hospitabitur lupus cum agno, vel apud agnum*. Quidam: *Quapropter commorabitur lupus cum agno*. Altera pars consolatiõnis ab effectis Christi, quæ ad nos perueniunt regno ipsius. Sunt autem hæc effectuum genera, primum pacis in vniuersitate constitutio, & conseruatio, vsque ad vers. 10. secundum, electorum conuocatio & adunatio, inde vsque ad vers. 14. tertium, aduersariorum edomatio ad commoditatem & vsum suorum, inde ad finem Capitis. Primum hoc porro effectuum genus totum est hyperbolicum, & allegoricum, vt infra cap. 65. vers. 13. *commorabitur lupus cum agno, &c.* id est, potentissimi, ferocissimi, & damnosissimi quique ad Ecclesiam aduertentur domiti potentia Christi, ac ne trepidi quidem pueruli sibi ab illis metuent amplius. Consimilem allegoricam pacis & felicitatis descriptionem ex Sibylla Erithræa refert Lactantius Firmianus lib. 7. Diuinarum Institutionum, cap. 24.

ET PARDVS.] נמר *namer*, vide de hac voce in Canticor. 4 v. 8.

ET OVIS. ] Hebr. מרי meri, cum Iod, & Aleph, quiescente. Variè reddunt: 1. & bubalus. 2. & pecus-pingue, ac saginatum, seu crassum, aliile. vide supra cap. 1. v. 11. Huc spectat illud Virgilij Ecloga 4.

nec magnos metuent armenta leones.

ET PVER PARVVLVS MINABIT EOS. ] Quidam: & puer parvulus dux inter eos futurus est. Hispanicus Interpres: y vn ni o pequeno los pastoreara. id est, seran muy faciles de regir.

VERS. 7. VITVLVS ] פרה pharah, iuuenca, iunx, vacca, bucula: vide in Numeror. 19. v. 2.

PASCENTVR. ] subaudi; simul, è sequente membro: quidam: compascetur. fiducia summa, & innocentia deceptio allegorica.

ET LEO QVASI BOS COMEDET PABAS. ] תבן theben, stramen: vide in Genes. 24. v. 25. id est, non amplius in homines aut alias animantes grassabitur, non erit carnivorus, sed communi pabulo vtetur creatione instituto, Genes. 1. v. 3. o. pro eo, quod est instaurabuntur omnia.

VERS. 8. ET DELECTABITVR INFANS AB VBERE SVPER FORAMINE ASPIDIS. ] Hebræi reddunt: Et ludet, lactabitur lactens, &c. Forsterus: Et incumbet cum oblectatione lactens super caverna aspidis.

REGVL I. ] seu basilici. De voce צפוני tziphgoni, vide Prouerbior. 23. v. 32. De basilici natura differere Plinius lib. 8. cap. 21. Solinus cap. 30. Aelianus lib. 2. Historia Animalium, cap. 5. & 7. & lib. 3. cap. 31. vide Iulium Casarem Scaligerum in Commentariis ad lib. 2. Aristotelis de Historia Animalium, cap. 18. pag. 240. Reuchlinus, Forsterus, Marinus, hic aspidem reddunt; sequuti proculdubio LXX. Forsterus vocem Hebræam à transposito צפא phatzagh, vulnerare deducit, quod alia animantia vulneret, & enecet. Forerius componit ex צפא tzaphah, speculari, & נאג ghanab, affligere, quod visu noceat, & interimat, quod basilico conuenit. vide infra cap. 22. vers. 24. Allegoriam huius versus, sequens exponit.

ABLACTATVS. ] propriè: retributus: vide in Genes. 21. v. 8.

MANVM SVAM MITTET. ] Hebr. misit, iniecit, libere-extendit, protendit, intulit.

VERS. 9. NON NOCEBUNT ET NON OCCIDENT, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Non afficient-malis, neque vastabunt per omnem sanctum montem meum; plena enim erit terra scientia Domini, perinde ac dum aqua maris omnia tegunt. id est, plena erunt omnia cognitione Christi, seu Euangelio, quod cuncta mala auertit, quodque tam latè patebit quam latè patet maris superficies. 1. Non afficient-malo, neque corrumpent in toto monte sanctitatis meae. id est, in Ecclesia nihil erit damnosum, nihil venenosum aut lethale, sed diligentibus Deum omnia conferent ad bonum, qui ex proposito ipsius vocati fuerint, Romanor. 8. v. 28. quum plena erit terra heo scientia Iehoua, velut aquis mare, seu aluenum maris operientibus: metonymia: quasi dicat, erit in Ecclesia mare immensum cognitionis Dei, vt etiam prophetatur infra cap. 54. v. 13. & lectuenda, In libr. Isaia.

rem. 31. v. 34. 3. Non male-afficient, neque perdit-agent, id est, nec erunt perditis & deprauatis moribus: quasi dicant, nec alios, nec se ipsos perdent aut corrumpent: in toto monte sanctitatis meae; quia plena erit terra scientia Iehoua sicut aqua mare operientes.

sicut aqua maris operientes. subaudi, terram, id est, quum mare exundat & operit terras. Quidam: sicut aqua, que mare tegunt. id est, operiunt superficiem maris, vel aluenum ipsum maris. Mare hic Hebr. est in datiuo. Vt numerum magnum per arenam significauit supra cap. 10. vers. 2. ita hic magnum extensionem & latitudinem, per aquas maris operientes intelligit.

IN DIE ILLA RADIX IESSE, &c. ] Variè alij ex Hebr. 1. Et erit in die illa eum, qui egredietur de radice Isai, qui stabit in vexillum populorum; ipsum gentes requirent: eritque requies eius in gloria. 2. Et erit in die illo, radicem Isai, que stat in signum populorum, in illam gentes inquirent, videlicet, pro consilio & auxilio, & erit mansio eius gloria. 3. Tunc quoque vsuenerit, vt radicem Isai (que stat in signum, seu vexillum populorum) id est, ad quod populi vndique congregabuntur: gentes quoque requirant; eritque requies ipsius gloria. hoc est, tranquillum regnum eius erit gloriosum. 4. Erit etiam tempore illo, vt ad eum, qui è radice Iischai stabit in signum populorum, gentes consultiura veniant, & sit requies eius gloria, vel requies gloriae, seu gloriosa. Secundum genus effectorum, vt diximus in vers. 6. sumptum ex prophetia Iahakobi, Genes. 49. vers. 1. vt sit requies eius gloriosa. id est, Ecclesia, domus Dei, in qua requiescit Christus; vt Psalm. 131. v. 14.

VERS. 10.

radix Iesse. id est, Christus, qui nascetur ex radice Iesse, supra v. 1. metonymia.

qui stat in signum, vel vexillum, populorum. id est, ad quem tanquam ad vexillum confluent omnes populi, quos ipse quasi sublato signo crucis, & mortis suae, atque Euangelio coruscante congregabit & coadunabit in castra & ordines Ecclesiae suae militantis: infra vers. 12.

ET ERIT SEPVLCHRVM EIVS GLORIOSVM. ] Insigne vaticinium de gloria, & honore sepulchri Dominici, quod semper hodieque in maximo honore, gloria, & veneratione habetur nedum à toto Christiano orbe, sed etiam ab ipsis infidelibus, vt innumerae peregrinationes, itineraria, descriptionesque terrae sanctae euidentissime proclamant. מנחם menchab, quod hic sepulchrum reddit Noster, propriè est, desideria, residentia, repausatio, locus, sedes, in qua aliquid quiescit, requies, quies, quietis locus. Nonnulli hic eisdem litteris, mutatis punctis MINCHAN accipiunt, pro dono, munere, donario, quod alicui principi honoris causa offertur: redduntque: & erit donum eius, vel munus eius gloriosum. vt indicet, gentes, ac reges gentium, honorificentissima & gloriosissima dona ac munera oblaturus Christo tanquam vero Regi ac Deo: Psalm. 67. v. 30. & 31. Psalm. 71. v. 10. eodem pacto possis exponere: & erit sacrificium-farinacem eius gloriosum. De sacro & incruent-

to Missæ sacrificio, quod tanta gloria, honore, splendore, magnificentia in toto orbe celebratur. Sed liberior est hæc mutatio punctorum. Hic *residentia eius*, id est, Ecclesia locus residentiae & habitationis Christi, in qua ipse rex, princeps, Sacerdos, Deus verus, ac monarcha præsidet.

GLORIOSVM. ] Hebr. *maiore emphasi in abstracto*, כבוד *cabod. grauitas, gloria, honor, dignitas, excellentia, splendor, maiestas, claritas.*

VERS. II. ET ERIT IN DIE ILLA; ADII-  
CIET, &c. ] Hunc versum explanauimus in Antichristo lib. 4. Cap. 17. Equidem hinc prophetari conuersionem gentium vsque ad intimum Orientem, synecdochicè per nationes hinc nominatas, significatam, plerique existimant: alij singularem Iudæorum reductionem ad Ecclesiam ex his gentibus inter quas commorebantur. Illud primum magis probamus.

SECUNDO. ] Exponunt, id est, vt primò fecerat quum liberaret ex Ægypto. Alij, *secundò*, id est, tandem, postremò, in aduentu Christi. Possis exponere, iterum atque iterum, vt sæpius manum huic operi adhibuerit.

PHETHROS. ] vide in Genes. 10. v. 14. & lib. 4. de Antichristo, cap. 17.

ÆLAM. ] vide in Genes. 10. v. 22. & lib. 4. de Antichristo, cap. 17.

SENNAAR. ] Hebr. *Schingbar*. vide Genes. 10. & lib. 4. de Antichristo, Cap. 17. & lib. 6. cap. 7.

EMATH. ] Hebr. *Chamath*. vide supra cap. 10. v. 9.

ET AB INSVLIS MARIS. ] & regionibus etiam transmarinis; vide in Genes. 10. v. 5. Quidam hinc reddunt: & a regionibus transmarinis.

VERS. 12. ET LEVABIT SIGNVM IN NATIONIBVS, &c. ] Alij hunc versum ex Heb. ita reddunt: 1. *Et eleuabit vexillum in nationibus, congregabitque ciechos, proscriptos, Israelis: & dispersas animas Iehudah congregabit à quatuor angulis terra.* 2. *Et eleuabit signum ad gentes, & colliget expulsos Israelitas, & dispersiones Iehudah congregabit à quatuor alis terra.* 3. *Et sublato signo gentibus, recipiat depulsos Iisraelitarum, ex promissione Deuteron. 30. v. 4. & dispersa membra Iehuda congreget ex quatuor oris terra.* Hoc est, gentes, & Iehudæos reducet.

VERS. 13. ZELVS. ] vel *emulatio, inuidencia, simulas, indignatio*. Aliqui hunc versum ita reddunt. 1. *Abscedet zelus Ephraim, & hostes Iuda, excidentur, vel tollentur de medio: neque Iuda hostiliter premet, vel exagitabit, aut affliget more hostis.* id est, Iudæi non erunt animo hostili aduersus Israelitas. 2. *Et auferetur emulatio Ephraim, & aduersarij Iehuda, & Iehuda non auget Ephraim.* 3. *Et amota inuidencia Ephraimi, hostibusque Iehuda excisis, Ephraim non inuideat Iehuda, & Iehuda non agat hostiliter contra Ephraim.* Sed omnibus sit cor vnum & anima vna in Christo, Actor. 4. v. 32.

VERS. 14. ET VOLABVNT IN HVMEROS PHILISTINIM, &c. ] Alij hunc versum ex Heb.

reddunt: 2. *Sed inuolabunt in humerum Palaestinarum ad occidentem, & simul de prædabuntur omnes filios orientis, id est, Syros: Edom & Moab manus suas illis submittent, & filij Ammon illis parebunt.* q. d. apostoli accepto Spiritu Sancto celeriter conferent se in Palaestinam, Syriam, Idumæam, Moabitidem, & Hammonitidem, vt Euangelium annuntient, & illic velut deprædentur electos Dei, eripientes ipsi satanæ. 2. *Sed inuolent in humerum Pelischtheorum ad occidentem, quia diripiant populos orientis: Edomai & Moabita inmissio manus ipsorum, & filij Hammonis obedientia ipsorum, vel in Edomæos & Moabitas inmittant manum suam, & Hammonita obediant eis.* id est, mutuas operas præstent, & communes vires vno consensu adhibeant ad subiugandos & domandos hostes regni spiritualis Christi: vt olim in adipiscenda possessione terræ sanctæ (quæ symbolum erat spiritualis regni, à Deo fuerat imperatum, Iudic. 1.

*Filios Orientis.* Vide in Genes. 15. v. 19.

*Idumæa & Moab præceptum manus eorum.* Heb. *Edom, & Moab inmissio manuum eorum.* id est, in Idumæam & Moabitidem regionem inmittent manum suam. Possis reddere: *Edom & Moab erunt missio manus,* id est, functionis eorum. Sic *missiones* vulgò appellamus, quum aliqui in aliquam regionem mittuntur ad prædicandum Euangelium. q. d. apostolatus.

*Es filij Ammon obedientes erunt.* Heb. & *filij Hammonis auditio, vel audientia, obauditio eorum.* erunt. id est, eos libenter audient, vel obedientia eorum. erunt. id est, obedient eis; seu apostoli Hammonitas reddent sibi morigeros, & obedientes, hoc est, ad Christum conuertent.

ET DESOLABIT DOMINVS LINGVAM MARIS ÆGYPTI. ] Alij: 1. *Et anathemate percutiet Iehoua scopulum, seu promontorium, quod linguæ figuram refert, maris Ægypti.* 2. *Et excidet Iehouah linguam, id est, sinum, quod sinus præferat figuram linguæ exercitæ, excurrendo scilicet longius in continentem, maris Ægypti.* hoc est, maris rubri, cuius magna pars Ægypto adiacet. 3. *Et funditus excindet, id est, perdet, vel siccabit, linguam maris Ægypti, hoc est, mare rubrum, seu, sinum Arabicum.* 4. *Etiam deuouebit anathemathi, seu interneconi sinum maris Ægypti.*

SUPER FLVMEN. ] Alij: *contra ipsum flumen.* Nilum Ægypti. Alij: *Euphraten* qui simpliciter solet *flumen* in Scriptura appellari.

IN FORTITVDINE SPIRITVS SVI. ] Alij ex Heb. *in vehementia, impetu, eruitione, venti sui, vel in collectione, coniunctione, condensatione venti sui.* Nonnulli reddunt: *ea inflante vento ipsius.* Nimirum fluenta Nili, quæ innox nominantur, & ipsum mare: quasi dicat, ita accumulante aquas vento ipsius, vt omnia cedant & se accommodent ad salutem populi Dei, quemadmodum fuerat olim factum, Exod. 14; & Iosue 3. Acceperunt ex verbo: *inflatione eorum vento eius.* vt in עַוְבַּיִם *baghiam*

bagham, radix sic **בגהב** bagbah, & Mem sic affixum. Adito Lexica.

ET PERCVTIET EVM IN SEPTEM RI-  
VIS.] Alij, & percutiet illud diuidendo in  
septem flumina, vel torrentes, seu meatus, aut  
alueos. Sic enim flumina ingentia, quæ va-  
dari non possunt, diduci solent in plures  
alueos, vt facile pedibus transiri queant. Sic  
Cyrus proficiscens Babylonem Gyndem flu-  
uium magnum in trecentos sexaginta riuos  
diduxit, vt Herodotus lib. 1. Numero 189.  
& 190. & Seneca lib. 3. de Ira, Cap. 21. Oro-  
sius lib. 2. Cap. 6. produnt. Et fortassè huc  
propheta respexit: nam etiam ipsum Euphra-  
ten Cyrus fossis auertit, vt idem Herodotus  
auctor est. Quidam reddunt per septena fluen-  
ta. Ostiis tuis septem irrupentia in ma-  
re, vt de Nilo sit sermo, septem suis ostiis  
nobili: Virgilius 6. Aneidos:

*Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.*

ITA VT TRANSEANT PER EVM CAL-  
CEATI.] Heb. & viare-faciet in calceamentis,  
Alij: 1. & ambulare-faciet transeuntes in calcea-  
mentis. 2. & calcare faciet illud cum calceamē-  
tis. 3. & deducet suos calceatos. q. d. Quia Eu-  
phrates posset esse impedimēto electis veniē-  
tibus ab Assyria in Ecclesiam Ierusalem, diui-  
det illū Dominus in tot partes vt etiam à cal-

ceatis citra vllum aquæ periculum transmie-  
ti possit: & per eum deducet eos, qui se re-  
cipere voluerint in Ierusalem. Vide quid si-  
mile Apocalyp. 16. v. 12. 4. efficiet vltiter ha-  
beat ea calceis populi. 5. & efficiet illum flu-  
uium pedibus permeabilem. Hispanicus Inter-  
pres: y harà que passen por el con çapatos. vt  
vix vestigia tinguant aqua.

ET ERIT VIA RESIDVO POPVLO SVO.]  
Heb. Et erit strata, via-trita, regia, aggesta,  
actus, residuo populi sui. hoc est, via ampla,  
regia, publica, facili venient ad Ecclesiam.  
Aliqui reddunt: Erit enim agger reliquo po-  
pulo suo. Agger Latinis interdum, pro aggesta  
via: Virgilius 5. Aneidos:

*Qualis sapè via deprehensus in aggere serpens.*  
Vbi Seruius. [Agger est media via eminentia,  
coaggeratis lapidibus strata.] Possit hinc pro-  
ptiè pro aggere seu munimento accipi. q. d.  
Veluti agere munitus ac septus erit in Eccle-  
sia tutus ab incurso hostium spiritualium.

QVI RELINQVETVR AB ASSYRIIS.]  
Alij: qui relictus fuerit ex Assyria, & Baby-  
lone, cæterisque, de quibus supra vers. 11.  
synecdochicè. Hæc autem allegoricè dicuntur,  
ad figurandum liberationem spiritualem per  
Christum, cuius aliæ omnes fuerunt typi,  
atque particulae.

VERS. 16.

## CAPVT XII.

*Canticum laudis & gratiarum actionis pro liberatione & beneficiis  
Christi saluatoris*

Vulg.

**I** T dices in die illa: Confi-  
tebor tibi Domine, quo-  
niam iratus es mihi:  
conuersus est furor tuus,  
& consolatus es me.

2. Ecce Deus saluator meus, fiducia-  
liter agam, & non timebo: quia fortitudo  
mea, & laus mea Dominus, & factus est  
mihi in salutem.

3. Haurietis aquas in gaudio de fonti-  
bus saluatoris.

4. & dicetis in illa: Confitemini Domi-  
no, & inuocate nomen eius: notas facite  
in populis adinventiones eius: mementote  
quoniam excelsum est nomen eius.

5. Cantate Domino quoniam magnifi-  
cè fecit: annuntiate hoc in vniuersa  
terra.

6. Exulta, & lauda habitatio Sion:  
quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Malu.

**I** T dices in die ipsa:  
Confitebor te, IHVH,  
quia nare-flavisti in  
me: reuertetur nasus  
tuus, & consolatus-  
fuisti me.

2. Ecce <sup>a</sup> EL salus mea confidam, &  
non expauescam: quia obfirmatio  
mea, & modulatio IAH IHVH, & fuit  
mihi salutem.

3. Et haurietis aquas in gaudio de  
fontibus salutis.

4. Et dicetis in die ipsa: Confitemini  
<sup>b</sup> IHVH, vocate in nomine eius; cogno-  
scere-facite in populis ludicra eius:  
recordari-facite quia exaltatum no-  
men eius;


5. Modulamini IHVH quia super-  
biam fecit; notum-factum est illud in  
omni terra.

6. Hinni, & acclama-gratulatoriè ha-  
bitatrix Tziionis, quia grandis in inti-  
mo tuo Sanctus Israelis.

Exod. 15.  
32.  
Ps. 117. c. 14

<sup>a</sup> Fortissi-  
mus & Po-  
tentissimus  
Deus

<sup>b</sup> Antimus



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



T DICES IN DIE IL-  
LA.] Conclusio laudatiua  
totius concionis, vt dictum  
est supra cap. 8. v. 1. Con-  
tinet duo laudationis ge-  
nera pro duabus partibus  
salutis acceptæ à Deo, per  
Christum; vnum est liberationis à malo, duobus  
versibus: alterum, infinitæ beneficentiæ,  
quam in Christo percipiunt credentes ac pij  
fideles, versibus quatuor reliquis.

CONFITEBOR TIBI DOMINE, &c.]  
ex Hebr. 1. *Gratias ago tibi, ô Iehouah, quoniam iratus eras mihi, sed mutato vultu miseratus es mei.* per incarnationem Filij tui. 2. *Celebrabo te Iehoua, quia iratus fuisti mihi, sed auersa ira tua consolatus me.* Verbo & opere. 3. *Celebrabo te, ô Iehoua, quoniam irâ commotus fueras in me: conuersa est ira tua, & consolatus es me.* 4. *Laudabo te, ô Iehouah, summis laudibus offeram te: quoniam iratus sis mihi; aueretur furor tuus, & consolaberis me.* vel quod *tametsi iratus fueris mihi, auersus est tamen furor tuus, & consolatus es me.*

VERS. 2.

ECCE DEVS SALVATOR MEVS.]  
Hebr. *Ecce Deus-fortis salus mea.* Tremellius & Iunius reclamantibus exemplaribus FL per segol, & non Tseri legentes, reddunt: *Ecce ad salutem meam.* nimirum ad Deum præsentem præsentia gratiæ. Propositio fiducia in Deum ad futurum tempus, propter præsentiam, naturam, officium, gratiamque Dei, & anteaquam experientiam eius. Vide Exod. 15. v. 2.

FIDVCIALITER AGAM ET NON TIMEBO.] Hebr. *confidam, vel fidam eo, & non expauescam.*

QVIA FORTITVDO MEA.] Hebr. *obfirmatio mea, vel robor meum.*

ET LAVS MEA DOMINVS.] Hebr. & *cantio, canticum, carmen est Iah Iehouah.* זמרה *zimrath*, quidam accipiunt in regimine, vt forma præsefert, & *cantio ipsius Iah, Iehoua.* id est, ipsi conuenit, ipsum decet. Alij, ZIMRATH pro זמרה *zimrathi*, positum volunt, ac deficere Iod notam affixi, quod occultatur in Cametz sub Res; quum si constructum esset, debuisset esse cum *patach*: : vide Sanctis Thesaurum colum. 587. & *cantio mea, vel cantus meus Iah Iehoua.* Plerique tamen formam absolutam faciunt: & *cantus est Iah, Iehoua.* vide de voce ZIMRATH in Exod. 15. vers. 2. *Iah Iehoua.* Propriè est Essentius Essentij, Ens Entis, Deus Dej, id est, Æternus Filius æterni Patris, in assumpta humana natura decurtatus, imminutus, Deus de Deo. Vide Exod.

15. v. 2. & Psalm. 67. v. 5. q. d. qui propter beneficia in me collata, ingentem mihi materiam & occasionem laudum præbet.

ET FACTVS EST MIHI IN SALVT-  
TEM.] Quidam: *qui fuit mihi saluti.* ישועה *Ieschughah*, propè ipsum nomen ישוע *Ieschuagh*, quod proprium fuit Saluatoris nostri, q. d. & *fuit mihi in Iesum*, vt huc proculdubio respexerit diuinus vates. Sic versu sequente.

HAVRIETIS AQVAS IN GAUDIO  
DE FONTIBVS SALVATORIS.] Transito  
ad alterum laudationis genus, ex profusis in  
Ecclesiam beneficiis Christi salutaribus. q. d. ex Sacramentis tanquam ex vberimis perennibusque gratiarum, & beneficiorum fontibus, & sanguine ipso ac meritis Christi innumera & copiosissima charismata capietis. de fontibus saluatoris, seu salutis, vel Iesu, vt versu precedente.

CONFITEMINI DOMINO, &c.] Hunc  
versum accepit Isaia ex Psalm. 104. v. 1. & 1. Pa-  
lip. 16. vers. 18. vide ibi expositum. Est laudatio  
Dei, à maiestate, operibusque eius, & singularibus  
in Ecclesiam beneficiis.

MEMENTOTE QVONIAM EXCELSVM  
EST NOMEN EIVS.] Alij ex Heb. 1. *commemorate quod excelsum, sublime, est nomen eius.* 2. *memoresque sitis quoniam exaltatum est nomen eius.* 3. *narrate, prædicate, dicite publicè, palamque, quòd nobile & clarum sit nomen eius.* id est, quòd sit clarus & insignis, quòd plurima gessit vnde clarum sibi nomen comparauit. 4. *commemorate editum esse nomen eius.* seu altum esse nomen. 3. *commonescitate quòd excelsum sit nomen eius.*

CANTATE DOMINO QVONIAM MA-  
GNIFICE FECIT.] Hebr. *Modulamini IHVH quia superbiam fecit.* Alij: 1. *Pfallite Iehoua quoniam magnificentiam, excellentiam, fecit.* id est, res præclaras & magnas gessit. 2. *quoniam magnificum, magnifica, fecit.* 3. *quoniam excellenter ac præclare fecit.* 4. *Pfallendo prædicate Iehouam, &c.*

EXVLTATE ET LAUDA.] Alij: *Exalta vocem, & clama.* 2. *Hinni ei iubila.* seu *canta, oua.* 3. *Claram ede vocem, & canta.*

QVIA MAGNVS IN MEDIO TVI  
SANCTVS ISRAEL,] Alij: *magnum esse in medio tui sanctum Israelis.* id est, Christum omnis sanctitatis fontem & auctorem, præsidem in Ecclesia. Nam *esse in medio*, interdum idem esse in Scriptura quod præsidere, ducem, principem, præfectum esse, annotant auctores pharæon: vt Genes. 23. vers. 3. vide Pierium lib. 15. Hieroglyphicorum pag. 111.



CAPVT XIII.

Ingens ac truculenta Babyloniorum vastatio à Medis

Vulg.

Malu.

**N**us Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos.

2 Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, si ingrediantur portas duces.

3 Ego mandavi sanctificatis meis, & vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4 Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, gentium congregatarum: Dominus exercituum praecepit militia belli,

3 venientibus in terra procul, à summitate cali: Dominus, & vasa furoris eius. ut disperdat omnem terram.

6 Plulate, quia propè est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.

7 Propter hoc, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet,

8 & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt; quasi parturiens, dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.

9 Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & ira, furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

10 Quoniam stella cali, & splendor eorum, non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.

Exec. 32.  
b. 7.  
Ioel. 3. c. 1.  
Matth. 24.  
c. 2.  
Mat. 1 c. 24.  
Luc. 21. c. 25.

11 Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

12 Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

13 Super hoc calum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem ira furoris eius.

**E**uanda Babelis, quam praeuidit Iesaghiahu filius Amoz.

2 Super montem prominentem leuate vexillum; eleuate vocem eis: agitate manum, & venerunt ostia beneficiorum.

3 Ego praecepi sanctificatis meis, etiam vocavi praeualidos meos meo, exultantes superbiae meae.

4 Vox multitudinis in montibus, similitudo populi multi: vox obruionis regnorum gentium collectarum: IHVH TZEBAOTH visitans militiam caesionis.

5 Venientes de terra longinquitatis, de extremitate caelorum: IHVH, & vasa furoris eius ad dissoluere omnem terram.

6 Eiulate, quia propinquus dies IHVH: sicut deuastatio de SCHADDAI veniet.

7 Super sic omnes manus remittentur: & omne cor mortalis liquefiet.

8 Et subito-terrore-perculsi-fuerunt coangustationes & funes apprehendent; sicut parturiens enixè dolebunt: vir ad sodalem suum obstupescet, facies flammaram, facies eorum.

9 Ecce dies IHVH venit crudelis, & excandescencia & ardor nasi, ad ponere terram afflationis, & errantes eius abolebit de ex ea.

10 Quia stellae caelorum, & Chesilim eorum non expandent lucem suam: obtenebratus-fuit sol in exire eum, & luna non splendere-faciet lucem suam.

11 Et visitabo super orbem, & super improbos prauitatem eorum: & cessare-faciam superbiam superborum, & superbiam praeualidorum humiliabit.

12 Pretiosum-faciam mortalem de auro solido, & hominem de massa Ophir.

13 (Super sic caelos commouebo, & commota-fuit terra de loco suo, in excandescencia IHVH TZEBAOTH. in die ardoris nasi eius.

ut veniant

b datius. ira mea c gentium

d irruptionis

e exercitum belli

f anxie-enitentur

g praetium vel veniens h peccatores

i malitiam k curvitate, distortionē, peruersitatem

l humiliare. faciet m pra n pra

o commouere-faciam p contremuit agitata fuit

14 Et erit quasi damula fugiens, & quasi ovis: & non erit qui congreget: unusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.

15 Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis, qui superuenerit, cadet in gladio.

Psal. 130.  
h. 9.

16 Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur.

17 Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quarant, nec aurum velint:

18 sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus uteris non miserebuntur, & super filios non parcat oculus eorum.

Gen. 19.  
c. 24.

19 Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, in clyta in superbia Chaldaeorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram.

20 Non habitabitur usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.

21 Sed requiescent ibi bestia, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi:

22 & respondebunt ibi ulula in adibus eius, & sirenees in delubris voluptatis.

14 Et erit sicut capreolus impulsus, & sicut ovis, & non colligens: vir ad populum suum aspicient, & vir ad terram suam fugient.

q faciunt,  
faciem. vet-  
tent

15 Omnis inuentus transfodietur, & omnis contractus cadet in gladio.

16 Et pueri eorum allidentur oculis eorum: diripientur domus eorum, & mulieres eorum peruolutabuntur.

r paruulis  
infantes: vñ  
de in 1. Sa-  
muel. 15. v. 3  
s datus.  
ob, ad ocul-  
los

17 Ecce ego excitans super eos Madaj, qui argentum non excogitabunt, & auro non bene-complacebunt in eo.

r expege-  
faciens  
u Medos  
x zstima-  
bunt, repu-  
tabunt  
y pueros

18 Et arcus excussos allident, & fructum ventris non inuiscerabunt, super filios conuiuiebit oculus eorum.

19 Et erit Babel nobilitas regnorum, decor superbia Chaldaeorum, sicut subuersio ELOHIM Sedom & Ghomarah.


20 Non sedebit victoria, & non scenitabit usque ad generationem & generationem: & non tentoriabit ibi Arabs, & pascentes non accubare facient ibi.

z datus. in  
victoriam,  
in æternū,  
in perpetuū  
a taberna-  
culabit, co-  
habitabit

21 Et accubabunt ibi sicci, & implebunt domus eorum aues-ferales: & scenitabunt ibi filia struthionis, & pilosi exilient ibi.

b vt v. 20.

22 Et respondebit formidabile animal in viduatis mœnibus eius, & draco in basilicis delicij: & propinquum ad venire tempus eius, & dies eius non protrahentur.



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



**ONUS BABYLONIS.** ] *אָנֹשׁ* *massa*, proprie est, leuatio, leuanda onus, quod alicui leuandum, seu ferendum imponitur. Sumitur hic, & aliis eiusmodi locis, pro graui, dura, molesta, & onerosa prophetia, qua alicui futurum malum praedicitur, quod tanquam onus ferre debeat. Quidam addunt, quod eiusmodi prophetia etiam ipsis prophetantibus essent onerosa & iniucunda, nempe aduersa aliis denuntiare: sed parendum erat Spiritui. Quidam exponunt: *Onus*, seu *pondus Babylonis*, quo scilicet, depressus est Babylonios per Medos & Persas. Alij: *onerosa prophetia in Babylonios*. Quum propheta supra cap. 5. & 6. sub finem non obscure maximam cladem Iudæis, euerisionem regni per Chaldaeos fore prænuntiaisset, populum, tempus, expeditionemque futuram ita circumscribens, vt non posset de ea dubitari: nunc demum his duobus capitibus

populum Dei consolatur duobus argumentis, nimirum narratione prophetica iudicij, quo Deus Babylonios perditurus est, hoc capite: & narratione restitutionis populi, in qua sit Deum celebraturus, & iudicium in Babylonios decantaturus, sequente Capite. In narratione autem huius Capitis (vt nihil interim de inscriptione dicamus, vers. 1.) tria ex ordine rerum gestarum exponuntur: primum est, proclamatio, qua Medi ad arma, Babylonij ad flebilem eiulatum prouocantur, usque ad vers. 9. secundum est, narratio malorum, quæ Babylonij diuinitus & humanitus perpassuri sunt, inde ad vers. 19. tertium, euentus ex illa clade à Medis accepta consequuturus, inde ad finem usque Capitis. Quamobrem huic prophetia, & aliis eiusdem argumenti optimè attributa est oneris, siue onerosæ prophetia appellatio.

**SUPER MONTEM CALIGINOSVM.** ] *אֲשֶׁר נִשְׁכַּחֵהֶם*, nonnulli cum Nostro à *אֲשֶׁר נִשְׁכַּחֵהֶם* id

VERS. 2.

id est, tempus-obscurum, crepusculum, deducunt, super montem obscurum, tenebrosum, caliginosum. Perspicuum errorem id Sanctes appellat. Sed immerito. Aben Ezra: *super montem denigratum*, aut *nigrum*. Ex Chaldaico significato possis reddere: *super montem contritionis*, quod statim conterendus esset. Plerique tamen à שַׁבָּחָהּ *schaphah*, deriuant: *Super montem precipitatum, præcipitem, præcellsum, eminentem, altum*. Ferè omnes ipsam Babylonem intelligunt: sed hæc in plano, non in monte sita erat, vti ex Herodoto, Strabone, aliisque in Genes. 11. v. 2. annotauimus. Quidam *montem eminentem* dictam putant propter altitudinem & magnitudinem ædificiorum, ac cumpimis imensam illam turrim, de qua Genes. 11. v. 3. Sine quod vrbs munitissima esset, vt esse solent, quæ in montibus constitutæ sunt. Vide Jerem. 51. v. 25. S. Hieronymus, montem caliginosum, seu tenebrosum appellatam propter superbiam intelligit. Alij, quod nebulas spiraret ex Euphrate. Fortè ob id quod Plinius lib. 2. cap. 106. tradit: [*Campus Babylonia flagrat, qualem veluti piscina jugeri magnitudinis.*] Et D. odoros Siculus lib. 2. Numero 71. [*Multa sanè Babylonia continet spectatu digna, & admiranda: sed inter hæc non minimum admirationis meretur bituminis copia illic exundantis: qua tanta est, vt non modo tot & tantis ædificiis sufficiat, verum etiam profusè populo collectum, pro lignis siccatum cremetur. E- licet ab innumerabili hominum multitudine, vt pote ex fonte amplissimo hauriatur, integra tamen eius manet vbertas. Prope fontem istum scaturigo est hæud ita magna, sed mire efficax: vaporem enim sulphureum & grauem emittit, quo quidquid animantium accedit, subita nec opinata morte correptum exinguitur: anhelitu enim diutius compresso, & respirandi facultate per vim exhalationis interclusa, præfocatur.*] Et Seruius in Eclogam 8. Virgilij: [*Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari: vnde iuxta Babylonem, quia frequentia cadunt fulmina, hæc relicta redundant, adeo vt inde fabricent muros.*] Ergo vel ab eo, quod campus Babyloniae flagret, vel ab scaturigine vaporem sulphureum exhalante, vel à crebris fulminibus, quibus terra Babylonis icitur, rectè intelligitur dici mons nebulosus. Cæterum alij montem hinc eminentem & præcellsum, non Babylonem, sed Mediam, ac Persiam, quæ regiones montosæ sunt, vnde Syrus & Medi ac Persæ expugnaturi Babylonem venire, accipiunt: de Media Herodotus lib. 1. Numero 110. [*Media valde montosa est & edita, ac nemoribus frequens.*] De Persia Q. Curtius lib. 5. cap. 4. [*Namque Persis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur.*] vnde locum hunc ita explanant: *Super montem eminentem attollite vexillum*. Totà hæc proclamatio per hypotiposin scripta, quasi iam in rem præsentem ventum esset, primum ex auctoritate Dei Medos armat, qui disertè nominantur infra v. 17. & bellicam rationem apparatusque describit elegantissime, versibus quatuor. deinde maximam consternationem Babylonis imperat, v. 6. & duobus sequentibus: nam inde solent dari bellorum tumultuumve significatio-

nes in montosis regionibus & infulis. *Super montem eminentem*. cuiusmodi est Medorum regio, in qua prædicat fore vt arma conclamentur: Sic infra cap. 18. v. 3.

LEVATE SIGNVM. ] vel *attollite vexillum*. Pro more militiæ, vt scilicet illuc milites conueniant. Sic Virgilius initio 8. Æneidos: *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Exulit.*

Sic Romani proposito in arce signo delectus exercituum habebant: de quo more plura Lipsius de Militia Romana lib. 1. Dialogo 3. & Steuuechius in Commentariis lib. 1. Cap. 6. Vegetij de Re militari.

EXALTATE VOCEM. ] Heb. *elevate vocem eis*, vel *ad eos*. nempe ad conuocandos milites. Alij: *contra eos*. Babylonios.

LEVATE MANVM. ] Heb. *agitate manum*. Hebræi exponunt: *efferte vocem ad illos, agitate manum*. metaphoricè, id est, propinquos voce, & longinquos significatione ad arma conuocate. Nam quum distantes non possumus voce ciere, agitatione & significatione manus aduocamus. Fortasse alludit propheta ad triplex illud militiæ genus, quo postea sunt vsi Romani, de quo Seruius initio lib. 8. Æneidos scribit: [*Apud maiores nostros tria erant militia genera in bellis gerendis: nam aut legitima erat militia, aut coniuratio, aut euocatio. Legitima erat militia eorum, qui singuli iurabant pro republica se esse facturos: nec discedere nisi completis stipendiis, id est, militia temporibus, & sacramentum vocabatur vt Æneidos 2.*

*Fas mihi Grajorum sacrata resolvere iura. Aut certè si esset tumultus, id est, bellum Italicum seu Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus, quia singulos interrogare non vacabat, qui sicerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, vnum roseum quod pedites euocabat, & vnum caruleum, quod erat equitum, (nam ceruleus color maris est, à cuius Deo equum constat inuentum) dicebat: Qui Rempublicam saluam esse vult, me sequatur: & qui conuenissent, simul iurabant: & dicebatur ista militia, coniuratio. Alij, album & roseum vexilla tradunt, & roseum bellorum, album conitiorum signum fuisse. Fiebat etiam euocatio, nam ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus.] Hæc Seruius. Eadem habet in 7. Æneidos, ad verbum:*

*Ipsi vocat pugnas, &c.*

De quibus vide fulius Lipsium & Steuuechium locis citatis. Ergo quum ait propheta, *leuate signum*, fortè *coniurationem* indicat: quum vero addit, *exaltate vocem*, *conuocationem*: quum denique: *agitate manum*, legitimum militiam per sacramentum, seu iuramentum, quod manu fiebat, designat. Et potuere sanè tria hæc militiæ genera iam sub Romulo, qui hisce temporibus regnabat, viguisse: quamuis iuramentum sacramento postea accesserit. Vide Rosinum Romanorum Antiquitatum lib. 10 cap. 3. & Dempsterum in Paralipomenis eiusdem Capituli.

SI INGREDIANTVR PORTAS DVCEs. ] Sed quia Heb. *portas*, est in regimine, passim reddunt: & *ingrediantur portas ducum*. נְדִיבִים *nedibim*, vide in Numeror. 21. v. 18. Quidam reddunt;

reddunt: *ut ingradientur portas principium seu ingenuorum.* id est, inuadant & occupent terminos Babyloniorum, qui ex aliena præda erant locupletissimi, & luxu principali disfluebant. Aliqui totum hunc versum ita capiunt: O Medi, inferte signa bellica in Babylonem, & super altissimas turres eius, aut mœnia statuite: nam primum captæ urbis argumentum est, si hostis super muros vexillum posuerit: *efferte vocem*, vos, qui primi euastis in muros, & *vocate*, alios commilitones, ut etiam ipsi subeant, & si voce non potestis, *agitate manum*, eo signo excientes, *ut duces exercitus porius urbis inuadant.* Quidam neglecta syntaxi, reddunt: *ut ingradientur portas magnificas.* ut sanè fuerunt Babylonis, de quibus Herodotus lib. 1. Numer. 179. [*Eius per ambitum centum portæ stabant, arca omnes cum oardinibus in idem postibusque*]

VERS. 3. EGO MANDAVI. ] vel præcepi. ætiologia superioris clamationis, à decreto, & arcano instinctu Dei.

SANCTIFICATIS MEIS. ] exponunt, id est, Medis & Persis, quos ego destinaui atque comparavi ad exequendum iudicium meum. Alij: militibus sacramento adactis; vel quòd bella olim sacris ritibus susciperentur. vide Ieremiæ 6. v. 4.

ET VOCAVI FORTES MEOS IN IRA MEA, EXULTANTES IN GLORIA MEA. ] Alij ex Heb. 1. *etiam vocavi robustos meos in ira mea, exultantes gloriæ meæ.* vel ob gloriam meam, id est, qui exultant quum honore & gloria afficior. 2. *etiam vocavi potentes meos, vel heroes meos ad iram meam exequendam, exultantes in excellentia meâ.* vel qui excellentia meâ letantur. Id est, potentia instruxi, & excellentia, atque exultabunda alacritate, quæ milites fortes decet.

VERS. 4. VOX MULTITUDINIS, &c. ] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: 1. *Vox multitudinis, seu turba, aut strepitus, in montibus, instar populi ingentis:* verba prophetæ, q. d. Videtur mihi audire strepitum in montibus instar populi multi, &c. *vox fragoris ac si regna gentium conuissent.* vel *vox sonitus regnorum gentium congregatorum.* è regno scilicet Medorum & Persarum: *Domini exercituum recenset exercituum bellicum.* id est, videtur mihi recensere. 2. *Vox multitudinis in istis montibus Mediæ & Persiæ auditur ad similitudinem populi, vox tumultus, seu tumultuosa, regna gentium congregatarum, Iehoua exercituum lustrat exercitum bellicum.* Alij: *numerat exercitum prælii.* id est, conueniunt milites frequentia maxima, & Iehoua tanquam imperator congregatos lustrat.

VERS. 5. DE TERRA PROCVL. ] Heb. *de terra longinquitatis, seu longinqua.* hoc est, Media & Persia, quæ quamuis non multum distarent à Babylonia, at istæ secum alias procul diffiras gentes trahebant: ut de Antonio canit Virgilius 8. Æneidos

—viresque orientis, & vltima secum  
Bactra vehit.

A SUMMITATE CÆLI. ] Quidam exponunt, ab ipso polo Arctico, seu septentrione. Virgilius 1. Georgicorum:

*Mundus ut ad Scythiam, Riphaasque arduus  
arces*

*Consurgit; premitur Libya deuexus in auiros.  
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum  
Sub pedibus Stryx atra videt, manesque  
profundi.*

Heb. *ab extremitate, seu sine calorum.* ] id est, locis quam longinquissimis, vbi terra cælum contingere videtur: emphatica hyperbole. Sic Virgilius 4. Æneidos:

*Oceani sinem iuxta, solemque cadentem  
Vltimus Æthiopiæ locus est, vbi maximus  
Atlas  
Axem humero torquet stellis ardentibus  
apertum.*

DOMINVS, ET VASA FVRORIS EIVS, VT DISPERDAT OMNEM TERRAM. ] Quidam ex Heb. *Iehoua, & instrumenta indignationis suæ, ad corrumpendum totam istam terram.* Babyloniæ. *Instrumenta indignationis suæ* dicit, milites, & omnem apparatus bellicum, quibus iram suam exequuturus est.

VVLATE. ] Heb. *Eiulate, seu vulate.* subaudi, Babyloniæ. Altera pars proclamationis ad Babyloniens, ut diximus in vers. 2.

VERS. 6.

QVIA PROPE EST DIES DOMINI. ] Hebr. *quia propinquus est dies Iuh.* quo sumpturus est pœnas de Babyloniis. Notant esse Scripturæ phrasim frequentissimam, ut dies Domini dicatur, quo iudicium exercet in improbos. Inde fortasse ductam, quod, quum dissimulat, dormire videatur: & somnus quieti: dies vero ac vigilia actionibus destinata sit. Et alioqui Hebræis *dies*, pro reuelatione rerum, inspectione, & iudicio frequenter vsurpatur: vide Forsteri Dictionarium pag. 320. & Thesaurum Sanctis colum. 925. Sic infra 49.

QVASI VASTITAS A DOMINO VENIET. ] Alij: *quum vastatio ab omnipotente aduentura est.* Exegetis eius, quod dixerat, *nam propinquus est dies Iehouab.* De voce *SCHADDAI* vide in Genes. 17. vers. 1. Hic reddere possis: *tanquam vastatio à vastatore veniet.* ut sit allusio vocum. id est, imminet à Deo præpotente & insuperabili: q. d. Vastatio, quæ vitari non potest, talis, qualem decet supremum vastatorem inferre.

PROPTER HOC OMNES MANVS DISSOLVENTVR, &c. ] Alij ex Heb. 1. *Idcirco omnes manus debiles erunt, vel flaccescent: & omne cor hominis liquecet.* 2. *Idcirco omnes manus remissa sunt, & omne cor humanum colliquecet.* id est, infirmabuntur Babyloniæ & corpore & animo: vide Daniel. 5.

VERS. 7.

ET CONTERETVR. ] Puto Interpretem scripsisse: & conterentur. Nam Hebr. est verbum plurale. Alij: & perterrebuntur, trepidabunt, vel conturbabuntur.

VERS. 8.

TORSIONES. ] צִרִים *tzirim*, iungunt cum verbo antecedente, *terrebuntur*, seu *trepidabunt cardines, seu vertebrae, aut compages.* scilicet, ossium aut membrorum. 2. & *terrore percellentur forma, imagines, idola.* ut infra cap. 45. vers. 16. Alij sequenti verbo annectunt: *angustia, tormina, cruciatus, dolores grauissimi, quales parturientium: sic dicti quod coarctent, & constringant, ac premant corpus.*

ET DOLORES.] חבליים *chabalim*, proprie funes, vulgo *chables*. id est, dolores intentissimi & grauissimi, quibus homo ceu funibus arctissime ligatur & constringitur ac plane torquetur, vnde se extricare non potest: tormenta grauissima: vnde peculiare quoddam tormenti genus vulgo appellatur *cuerta*, quod fune adhibeatur: vide in 2. Reg. 22. v. 5. & 6. & in Iob 39. vers. 6. Quidam hic reddunt: *tormina & dolores comprehendent, corripient, eos.*

VNVSQVISQUE AD PROXIMUM SVVM STUPEBIT.] Aliqui: *quisque de proximo suo admiratione rapietur.* Cogitantes se prius ingenuos, strenuosque fuisse, & Medis, aliisque gentibus imperasse, iam vero ignauia, torpore, & in miseram seruitutem rapi ignominiosissime. Nam Assyrios & Chaldaos a Medis interdum defecisse, partemque Media obtinuisse, satis constat: vide Scaligerum *Ilagoricorum Canonum* lib. 3. pag. 314.

FACIES COMBUSTAE VLTIVS EORVM.] Hebr. *facies flammaram facies eorum.* Alij: 1. *& facies eorum flammam referunt.* 2. *facies rubentes uti flamma vultus eorum.* Quidam hoc ad hostes Medos & Persas referunt, qui facies adeo truculentas ostentabunt, ut flammam fundere videantur. Alij ad Babylonios, quorum facies praemetu; & anxietate imminentis hostis exsiccabuntur ac nigrescent ac si ad flammam exsiccatae essent. 3. *facies inflammata facies eorum futura est.* id est, perfusa rubore & confusione maxima. 4. *d. suffundentur rubore & erubescunt.*

Vers. 9.

ECCE DIES DOMINI VENIET, CRVDELIS.] Hebr. *Ecce dies Iehouah aduenit crudelis.* vel *sauius, atrox, ferox.* secunda pars narrationis, ut diximus in vers. 2. similiter per hypotyposin calamitates Babyloniorum explicans.

CRVDELIS, ET INDIGNATIONIS PLENVS, ET IRAE, FVRORISQVE.] Alij ex Hebr. 1. *sauius, & excandescencia atque astus nasi.* 2. *crudelis, & ardor, & excandescencia atque astus nasi.* 2. *crudelis, & ardor, & excandescencia vultus.* 3. *crudelis & indignatio, seu excessus-ira, & ira furoris,* 4. *sauius, & excandescencia, & accensa ira.* Quidam exponunt: id est, in quo Deus excandescens, & accensus ira sauiet in Babylonios.

AD PONENDAM TERRAM IN SOLITVDINEM.] Alij ex Hebr. 1. *ad redigendam terram in flatum.* siue *in afflatum, in afflationem,* seu *in stupendam, abominandam-desolationem.* 2. Tremellius & Iunius: *ad disponendum istam terram in desolationem.* Hoc enim maxime factum est, quum Cyrus Euphratem deriuauit, & in varias paludes distraxit per bonam partem Babyloniae: prout euidentius exponitur infra cap. 14. vers. 23. At Herodotus Lib. 1. Numero 191. non ait Euphratem deriuatam a Cyro in plana Babyloniae, sed in repurgatam profundam illam & amplam paludem constructam a Nitocri regina, de qua superius Numer. 185. dixerat, immissum, ut depressio alueo exercitus Babylonem ingredi posset.

Maluenda, In libr. Isaie.

QVIA STELLAE CALORVM, ET SPLENDOR EARVM, &c.] Quidam reddunt: *Quia stella calorum, & Oriones, seu planeta eorum non splendebunt lumine suo.* Alij: *Nam stella calorum, & sidera eorum non facient ut luceat lux sua.* Explicatio singularis interminationis, quae posita est superiore versu: caeli, inquit, & terra omnibus aduersabuntur, vsque ad vers. 14. & Medi non parcent cuiquam, inde ad vers. 19. Stellae calorum, quae alioqui in Chaldaea sunt euidentissimae & clarissimae, propter patentia camporum aequora, ut ait Cicero lib. 1. de *Diuinatione*, & nubium raritatem. Est autem allegoria hoc versu, ad significandum grauissimas calamitates, in prophetis frequens. Stellam porro a sidere hoc loco distinguit propheta, ut Graeci *astera* & *astrum*, nimirum ut stella siue *aster* sit singulare aliquid; sidus vero vel *astrum* sit quiddam ex pluribus stellis coagmentatum, cuiusmodi sunt signa astronomica. Ergo חבליים *chabilim* hic sidera, constellationes reddunt. Forsterus: [ *Atque hoc in loco positum est valde generaliter pro omnibus astris splendidis, quae non sunt singulares stella: sicut Latini sidus a stella quoque discernunt.* ] Macrobius lib. 1. in *Somn. Scipionis*, elucidans verba illa *Ciceronis*, *Quae sidera & stellas vocatis.* ait: [ *Neque enim hic res una gemina appellatione monstratur; ut ensis & gladius: sed sunt stella quidem singulares, ut erraticae quinguae, & ceterae, quae non admista aliis, sola feruntur. Sidera vero, quae in aliquod signum stellarum plurimum compositione formantur: ut aries, taurus, ut Andromeda, Perseus, vel corona, & quaecumque variarum genera formantur in calum recepta creduntur. Sic & apud Graecos, aster & astrum diuersa significant: etenim aster stella una est; & astrum signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus.* ] Et *Seruius* initio 1. *Georgicorum*: [ *Sane sidus proprie est, quod in se plures continet stellas: sed a poetis confusè ponitur.* ] CHE-SILIM numero multitudinis hic pro constellationibus quidam accipi notant, & comprehendere ipsos planetas, qui ut Latinis *errones*, sic Graecis *planetae*, ab errando, seu fallendo; & Hebraice ab inconstantia dicuntur. Vide Iob. 9. vers. 9. & cap. 38. vers. 31. Ego suspicor hoc versu carpi vanitatem sideralis scientiae, quam tantopere profitebantur Chaldaei, ut in Daniel. 2. vers. 2. annotabimus. quasi dicat, ex aspectu stellarum, siderumque, non poterunt Chaldaei providere & anteuertere excidium suum: nihil eos iuuabunt astronomiae suae praenotiones.

NON EXPANDENT LVMEN SVVM.] Alij: 1. *non splendere-facient lumen suum.* 2. *non suspendent, expandent supernè-cum gloria lucem suam.* 3. *non laudare-facient lumen suum.* id est, non magnam & claram lucem, ac multa laude dignam emittent. *Hispanicus* Interpres: *no derramaran su lumbre.*

ET VISITABO SVPER ORBIS MA-LA, &c.] Hunc versum alij clarius ex Hebr. transfundunt: 1. *Et visitabo orbem ob malitiam, & impios ob iniquitatem eorum: fastum superborum comescam, & tyrannorum elationem deuiciam.* 2. *Et animaduertiam in orbis*

VERS. 11.

N babit

habitabilis malitiam, & in improbos iniquitatem ipsorum, seu & in improborum iniquitatem, faciamque ut cesset fastus superborum, elationemque violentorum deitiam, seu deprimationem.

FORTIVM.] ערצים gharizim, prapotentium, prauulidorum, violentorum, tyrannorum.

VERS. 12.

PRETIOSIOR ERIT VIR AVRO, ET HOMO MUNDO OBRIZO.] Alij ex Hebr. i. Pretiosorem-faciam hominem magis quam aurum obrizum, & hominem quam aurum Ophir. id est, reddam cariores & rariores homines auro obrizo, ac purissimo. id est, faciam magnam caritatem & penuriam hominum. q. d. pauci euadent à clade Medorum ac Persarum. 2. Forsterus, Forerius, & Metcerus: Pretiosorem-faciam virum quam aurum purum, & hominem quam massam Ophir. scilicet, propter ipsorum raritatem & paucitatem minoris erit pretij aurum optimum quam homines, iuxta vulgare prouerbum: Omne rarum carum. 3. Pretiosorem-faciam virum auro purgatissimo, & hominem massa auri ex Ophir. virum & hominem. scilicet, Babylonium. id est, in expugnatione Babylonis faciam vt miles Medus nulli Babylonio parcat, etiam auro ingentissimo & pretiosissimo oblato. 4. Faciam vt pretiosior sit mortalis auro purgatissimo, & homo insigni auro Ophirino. id est, Medorum Persarumque animos Babyloniā inuadentium ita inflammabo, vt omnibus modis superbos istos & violentos persequantur, neque vilo pretio huc adduci possint, vt parcant illorum vitæ vt dicitur infra v. 17. quod non dubium est tum demum euenisse, quum occupata est Babylon, & rex Belschatzar interemptus. Daniel. 5.

AVRO.] פז paz, vide in Job. 28. v. 17.

MUNDO OBRIZO.] כהם אופיר cethem ophir. vide in Job 28. vers. 16. & cap. 22. cap. 24.

VERS. 13.

SVPER HOC CÆLVM TVREBAMO, &c.] Quidam hunc versum parenthesi inclusum ita ex Hebr. conuertunt: [Idcirco calos commoueo, concutitur terra è loco suo in excandescencia Iehoue exercituum, & in die accensionis ira eius. vel & quo die accenditur ira eius.] Breuis ætiologia, qua Deus hypothesein iudicis sui venturi in Babylonios confirmat thesi: Idcirco, inquit, id est, propter malitiam, iniquitatem, fastum, & violentiam, non possum non excandescere, & accendi ira, quam cælum & terra ipsa perhorrescunt, & quum opus est, commouentur ad testificanda & præstanda iudicia mea: quod vt fieret euidentius hunc versum parenthesi inclusimus.

VERS. 14.

ET ERIT QVASI DAMVLA FVGIENS, &c.] Aliqui hunc versum ita ex Hebr. reddunt: Nam erit vt caprea depulsa, & vt pecus nullo colligente: quisque ad populum suum spectabunt, & quisque in terram suam fugient. Ergasia, comminationis, quæ posita est vers. 12. Nullo, inquit, pretio superbi isti redimentur: nam fugientes illos persequentur Medi, hoc versu: inuentos confodient, & antequam confodiant, omnes contumelias atrocissimas facient viuis illis, atque videntibus, duobus se-

quentibus. nullo colligente. id est, neque vllus vel ex gentibus, & necessariis ipsorum, vt sequentia verba explicant, audebit istorum quemquam in domum suam recipere. 2. Et erit, Babylon scilicet, & qui in ea habitat, aut miles externus à Babyloniis conductus: ceu caprea agitata, vel acta in fugam, persequentibus scilicet canibus: & omni, quam nemo colligit: quisque ad populum suum respiciet, & quisque ad terram suam confugiet.

QVASI DAMVLA FVGIENS.] צבי tzebi, caprea, capreolus: vide in Deuter. 14. vers. 5. est animal timidum, velox, fugax. Quidam hic ceruum vertunt non satis apte.

VNVSQVISQVE AD POPVLVM SVVM CONVERTETVR, ET SINGVLI AD TERRAM SVAM FVGIENT.] Hæc plerique accipiunt de milite auxiliari, aut conductitio à Babyloniis, vel de negotiatoribus, & peregrinis quicumque tum Babylone inuentus fuerit. S. Hieronymus: [Postquam capta fuerit Babylon, & per portas eius intravit hostilis exercitus, cuncta auxilia & diuersarum gentium turma, quibus prius ciuitas defensabatur, ad suas provincias reuertentur.]

CONFODIETVR.] Hebr. perfodietur, transfodietur, transfigetur, transadigeretur, transuerberabitur.

VERS. 15.

ET OMNIS, QVI SVPERVENERIT.] Participium נספה nispeh, cum Samech, variè exponitur: 1. & omnis additus, adiunctus, adiectus, adiectitiuus, aut aduentitiuus. id est conductitiuus aut auxiliariis miles. vel omnis negotiator seu peregrinus. 2. & omnis absumptus, consumptus, deficiens. scilicet viribus, vel ætate. 3. & omnis decrepitus. vt opponat paruulis, versu sequente. 4. & omnis additus. id est, superstes. Nos diximus: & omnis contractus. id est, comprehensus, retractus à fuga. Hispanicus Interpres: y qualquier que a ellos se iuntare. Nescio cur quidam verterint: & omnis, qui sese defendere parauit. De notionè verbi נספה saphah vide in Genes. 18. v. 23.

INFANTES EORVM ALLIDENTVR IN OCVLIS EORVM.] Alij: Et paruuli eorum illidentur, relidentur, ante oculos eorum. vide in Psalm. 136. v. 8.

VERS. 16.

DIRIPIENTVR DOMVS EORVM.] Possis reddere: auellentur, seu euellentur. vt maius excidium indicet.

VIOLABVNTVR.] חשגלנה tischschaghahnah, propriè, peruolutabuntur, subagitabuntur, vitiabuntur, stuprabuntur, actu-venero-violabuntur. Verbum propriissimè aiunt significare actum venereum: sed honestatis causa hic Hebræi substituerunt legendum; חשגלנה tischschacabnah, cubabuntur, vel concubentur, hoc est, concubitu violabuntur. vide in Deuter. 28. v. 30.

ECC EGO SVSCITABO SVPER EOS.] Alij. Ecce ego excito contra istos. Conclusio superioris interminationis, in qua iudicium grauissimum, & gentem nominatim definit, quam supra obscure indicauerat vers. 2. & tribus sequentibus.

VERS. 17.

MEDOS.] Hebr. Madai. vide Genes. 10. vers. 2. Hic exponunt, id est, Medorum copias, Cyro duce, Medorum & Persarum rege. Successionem



**OCHIM**, absque interpretatione dimiserunt. **LXX.** & Theodotion traduxerunt. clamores, vel sonitus. *Alij, martichoras, & Barbari vocant marder. Multj Hebræorum dicunt esse feles marinos. Præceptor meus exposuit cercopes, simias, Nicolaus de Lyra putat aues esse magnas solitudinem amantes.* Sanctes. **OCHIM**, plurale, sunt furunculi, ut dicunt nonnulli: alij dicunt esse mustelas, quæ vernacula lingua dicuntur martore Gallicè martres: & in Thalmud appellatur hoc animalis genus נמיה nemijah & est instar felis, id est. cati. ] Furunculum Hispanicè appellamus. **Huron. Pomarius.** [ **OCHIM**, simia, feles, mustela. ] **Auenarius:** [ **OCHIM**, bestia monstrosa, lynces, & dicuntur à sonora & gemebunda voce, seu ululatu quo inuicem & simul vociferantur. **Montanus:** [ **OCHIM**, viueras docti omnes esse ajunt, in quarum genere mustela etiam sunt: has scimus etiam in ruinis & antiquis edificijs versari, utpote quæ lacertarum murium, stellionum, & aliorum immundissimorum animantium, & insectorum captu viuunt: quorum copia in veteribus ruinis gignitur maxima. ] **Varablus:** [ **OCHIM**, furunculi, viueræ Gallicè, fures: mustelas quidam esse volunt: alij cercopithecus, simias caudatas. *Quidam Hebræorum dicunt bestias esse, quas qui vident, obstupescit.* ] **Marinus** coniectatur **OCHIM**, non esse nomen alicuius animalis, vel auis, sed vocem naturalem illorum animantium, quæ paulo ante vocantur רזימ, de quibus dixerat, quod tubarum essent ibi, & eas domos repleturi his vocibus, *Ochim, Ochim.* **Buxtorces, aues-ferales, vel animalia terribilia** exponit. **Tremellius & Iunius**, participium esse existimant ductum ex interiectione נא ach, dolentis, id est, facientes ach, hoc est, dolorem & malum hominibus afferentia animalia: vnde reddunt: & implebunt domos eorum noxia animalia. Hæc longius annotare placuit, ut quanta sit istius vocis, quæ non alibi in Scriptura reperitur, obscuritas, perspicue intelligatur. Nos sententiam Forsterij magis probamus. Nec prorsus alienè, *bubones, acceptis à ferali cantu.* **Virgilius Æneidos 4.**

— ferali carmine bubo.

**STRUTHIONES.** ] Hebr. filia struthionis: vide in **Leuit. II. v. 16.**

**ET PILOSI.** ] שֶׁגְּחִירִים scheghirim. vide in **Leuit. 17. vers. 7.** variè hîc reddunt: 1. hirci siluestres. 2. Satyri; Fauni. Solent enim eiusmodi pilosa & hirsuta spectra apparere in locis desertis. 3. demones. quod & horridi sint & horrorem incutiant apparentibus: & in huiusmodi hirsutis formis Satyrorum, & hircorum soleant se præbere visendos. 4. **Aben-Ezra** hîc annotat, præstare ut intelligantur aues horrendæ desertorum locorum, quam hirci siluestres, demones, Fauni, aut similia monstra. Et certè **Apocalyp. 18. vers. 2.** aues immundæ & inuisæ, videntur intelligi. 5. Nonnulli ea voce comprehendi volunt omne ferum animalis horridumque genus, quale est leonum, vrforum, luporum, vulpium, &c. 6. **Tremellius, Iunius, Buxtorhus:** & *scopes, vel copes saltabunt ibi.* [ *Aues deformes motu Satyrico, olim inauspicatæ, voce incondita, quarum meminit Homerus sub initium Odyssæ*

*lib. 5. Latini etiam asiones vocant, Galli appellatione, dominas: quæ auis est imitatrix, ac parasita, & quodam genere saltatrix, ut loquitur Plinius lib. 10. c. 23. Quamobrem nos habita ratione proximè precedentis membri, & huic adiuncti verbi, malum sic interpretari, quam ad Satyros. Faunos, Tragopanades, aut eiusmodi portentæ accommodare. ] De scopibus vide Plinium lib. 10. cap. 49. & **Notas Delecampij** ibidem. **Ælianum** libro 15. de **Natura Animalium** c. 28. **Athenæum** lib. 9. cap. 10. **Cælium Rhodiginum** lib. 12. **lectionum Antiquarum**, cap. 14. De **Asione** seu **Oto** vide **Leuit. II. v. 19.***

**ET RESPONDEBUNT.** ] Hebr. singulare; & cantabit, pro, & cantabunt, seu alternis canent. Nonnulli: & responsabunt. *Alij: & clamabunt, vociferabuntur.*

**VULVÆ.** ] נִימִים ijim, Plerique plurare faciunt ab נִימִי, insula, & insulares, seu insulanas aues exponunt. *Alij, feles, vel catos siluestres, alij, mustelas siluestres: Nonnulli, picas, quæ Italicè agassæ, & Gallicè, piuerts. Hispanice picasas dicuntur. Aliqui, striges. Nec desunt qui, bubones. Forsterus: aues ferales quæ in siccis & desolatis locis habitant. Tremellius & Iunius, singulare esse volunt ab נִימִיא, & terrificum-animal exponunt. id est, draco. nam propheta primum de quadrupedibus, tum de volucris egit superiore versu: nunc de reptilium genere. Haud absurde quis existimari esse plurale nominis נִימִיא ijjah, certæ speciei auis, de qua vide in **Leuit. 11. v. 14.** vnde possis hîc reddere: *vultures, seu accipitres-tinnuculos.* **Noster** cum aliis *vlulæ* dixit, ab interiectione נִימִי, vè. **Ecclesiast. 4. v. 10. & 10. v. 16.** à clamore & ululatu sic dictæ.*

**IN ÆDIBVS EIVS.** ] אֲלֵמֶנֹשׁ almenosh, idem esse volunt quod אֲרֵמֶנֹשׁ armenosh, *Res in Lamed conuersa vsu Chaldaico, palatium, arces, ades magnificæ.* *Alij mænia interpretantur, consentiente voce Hispanica, almenas.* *Quidam reddunt: in viduatis palatiis eius: hoc est, desertis & desolatis: ut significatonem habet ab אֲלֵמֶן almon, viduus, & אֲרֵמֶן armon palatium. Aptius reddes: in desolatis mœnibus eius. id est, in ruinis & parietinis murorum.*

**ET SIRENÆ.** ] Hebr. & dracones. תַּנִּינִים tannim. Vide in **Genes. 1. vers. 21.** proprie est singulare, draco. *Quidam reddunt: & serpens: id est, omnis serpentis genus: Vide Exod. 7. vers. 12.*

**IN DELVBRIS VOLVPTATIS.** ] Hebr. in basilicis, palatiis, regijs, dominicis, aulis, templis, atrijs, delicij, voluptatis, oblationis. *Aliqui reddunt: in templis voluptuariis. Alij: in palatiis voluptuosjs.*

**PROPE EST VT VENIAT TEMPVS EIVS.** ] Hebr. & propinquum est ad veniendum tempus eius. Relatiuum est fœmineum; id est, **Babylonis.** *Quidam: atque tempus eius prope adest. Alij: prope autem est quum adueniet tempus eius: id est, quo incipient hæc mala inuadere Babyloniam: cœperunt autem illa post ducentos ferme annos, quam hæc à propheta fuerunt pronuntiata, per Cyrum regem Persarum. S. Hieronymus: [Initare dicit tempus, quo*

VERS. 22.



quo ab hostibus capienda sit: post captiuitatem quippe Ierusalem non multum tempus in medio, & a Medis Persisque vastata est.]

Et dies eius non elongabuntur.

Passim accipiunt, dies, quibus deustanda est, non quam longissime absunt. Nonnulli tamen exponunt: & dies eius non protrahentur.

id est, dies, quibus florebit regnum Babylo-  
nia, & in Iudaeos deportatos tyrannidem  
exercebit. q. d. non durabit diu illorum glo-  
ria, aut vestra calamitas: qui finis est meta-  
baticus seu transitorius ad narrationem se-  
quentem:

CAPVT XIV.

Vaticinium de Iudeorum consolatione & à Babylonica captiuitate liberatione,  
Babyloniormque contritione, quorum ingens superbia, amplitudo domini  
& crudelitas explicantur, vnà cum punitione Philistinorum, ac ce-  
zerorum qui ob calamitatem Iudeorum letati sunt.

Vulg.

Malu.

**R**opè est vt veniat tem-  
pus eius, & dies eius non  
elongabuntur. Miserebi-  
tur enim Dominus Iacob,  
& eliget adhuc de Israel, & requiescere  
eos faciet super humum suam: adunge-  
tur aduena ad eos, & adhaerebit domui  
Iacob.

2 Et tenebunt eos populi, & adducent  
eos in locum suum: & possidebit eos domus  
Israel super terram Domini in seruos &  
ancillas: & erunt carientes eos qui se ce-  
perant, & subiciant exactores suos.

3 Et erit in die illa: cum requiem de-  
derit tibi Deus à labore tuo, & à concus-  
sione tua, & à seruitute dura, qua ante  
seruisti:

4 Sumes parabolam istam contra regem  
Babylonis, & dices: Quomodo cessauit  
exactor, quicuit tributum?

5 Confringit Dominus baculum impio-  
rum virgam dominantium,

6 cadentem populos in indignatione,  
plaga insanabili; subiciantem in furore  
gentes persequentem crudeliter.

7 Conquieuit & siluit omnis terra, ga-  
uisa est exultauit:

8 abietes quoque letatae sunt super te,  
& cedri Libani: ex quo dormisti, non as-  
cendet qui succidat nos.

9 Infernus subter conturbatus est in  
occursum aduentus tui suscitauit tibi gi-  
gantes. Omnes principes terra surrexe-  
runt de solis suis, omnes principes natio-  
num.

**V**ia inuiserabit IHVH  
Iaghakobum, & eliget  
adhuc in Israele: & de-  
ponet eos super <sup>a</sup> hu-  
mum eorum, & adiungetur <sup>b</sup> tractus  
super eos, & adiciantur super domum  
Iahakobi.

<sup>a</sup> tellurem  
<sup>b</sup> peregri-  
nus, ad veni-

2 Et accipient eos populi, & venire-  
facient eos ad locum suum, & hæredi-  
tare - sese - facient eos domus Israelis  
homum IHVH, <sup>c</sup> seruis & famulabus:  
& erunt captiuos - abducentes capti-  
uos-abducentibus eorum, & domina-  
bantur in <sup>d</sup> angariantibus eorum.

<sup>c</sup> datui in  
seruos &c

3 Et erit in die requiescere facere  
IHVH tibi de dolore tuo, & de com-  
motione tua, & de seruitio perplexo,  
quo seruitum fuit in te.

<sup>d</sup> vide in  
Exod. 3. v. 7.

4 Et leuabis prouerbum istud su-  
per regem Babelis, & dices: Quomodo  
cessauit <sup>e</sup> angarians, cessauit aurea-  
pensio!

<sup>e</sup> vt v. 2.

5 Confregit IHVH baculum impro-  
borum, baculum dominantium.

6 Percutientem populos in exan-  
descentia, percussione <sup>f</sup> non discessio-  
nis: dominantem in naso gentibus, per-  
sequi factum non prohibuit.

<sup>f</sup> nequaquam  
neutiquam

7 Confedit, tranquillata fuit omnis  
terra: personuerunt acclamationem-  
gratulatoriam.

8 Etiam fraxini lætatae fuerunt & ti-  
bi cedri Libani: De tunc cubauisti, non  
ascendet exscindens super nos.

g de te

9 Infernus de subter commotus-  
fuit tibi occursum <sup>h</sup> aduentus tui, exci-  
tauit tibi rephaim, omnes <sup>i</sup> capros ter-  
ræ; surgere fecit de solis suis omnes  
reges gentium.

<sup>h</sup> venire  
vel tui  
<sup>i</sup> hircos ma-  
iores  
vide Genes.  
30. v. 10.

10 Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es.

11 Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

12 Quomodo cecidisti de calo Lucifer, qui mare oriebari? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?

13 qui dicebas in corde tuo: In calum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebam in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.

14 Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.

15 Verumtamen ad infernum detrahentis, in profundum lacu:

16 qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid est iste vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna.

17 qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinculis eius non aperuit carcerem?

18 Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua.

19 Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta lacu, quasi cadauer putridum.

20 Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in aeternum semen pessimorum.

21 Preparare filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hereditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

22 Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.

23 Et ponam eam in possessionem ericij, & in plaudes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum.

24 Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non, ut putauit, ita erit: & quomodo mente tractauit, sic eueniet:

25 ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculem eum: & au-

10 Omne eorum respondebunt, & dixerunt ad te: Etiam tu aegrotus factus-fuisti sicut nos, ad nos prouerbiatus-fuisti.

11 Descendere facta fuit infernum superbia tua, sonitus nabliorum tuorum: subter te substerni factus fuit vermis, & cooperientes tui vermis.

12 Quomodo cecidisti de caelis Lucifer fili aurorae? succisus-fuisti terrae domans super gentes.

13 Et tu dixisti in corde tuo: Caelos ascendam, de super stellis eleuabo solium meum: & sedi in monte Stationis in femoribus aquilonis.

14 Ascendam super excelsa denubis: assimilabor GHELION.

15 Tantummodo ad infernum descendere-fies, ad femora cisternae.

16 Videntes tui ad te prospicient, ad telligere-sefe-facient: An iste vir commouens terram commouens regna?

17 Ponens orbem sicut desertum, & vrbes eius diruit, ligatos eius non aperuit in domum.

18 Omnes reges gentium omne eorum cubauerunt in grauitate vir in domo sua:

19 Et tu deiectus-fuisti de sepulchro tuo sicut furculus abominabilis, indumentum interfectorum, transfossorum gladij: descendentium ad lapides cisternae, sicut cadauer conculcatum.

20 Non vneris ad eos in sepultura, quia terram tuam funditus-perdidisti, populum tuum interfecisti: non reuocabitur aeterno semen male facientium.

21 Apparate filiis eius mactationem, in prauitate patrum eorum: nequam surgent & haereditabunt terram, & implebunt facies orbis vrribus.

22 Et surgam super eos, Fidelis-sermo IHVH TZEBAOTH: & excindam Babeli nomen, & reliquiam, & filiationem, & nepotem, Fidelis-sermo IHVH

23 Et ponam eam haereditati cypseli, & stagna aquarum: & scopabo eam in scopo abolitionis, Fidelis-sermo IHVH TZEBAOTH.

24 Obstrictus-iuramento-sermo IHVH TZEBAOTH, ad dicere: si non secundum quod silui, sic fuit; & secundum, quod consului, ipsum surget.

25 Ad confringere Asur in terra mea, & super montes meos conculcabo eum:

k datus. ad terram

l datus ad stellas  
m Fortissim  
n mansi  
o datus: habitau  
p Veruntamen  
q fouez, sepulchri  
r comouere-faciens  
s Posuit  
t suos

u dormierunt, iacuerunt, occubuerunt  
x flos, virgultu, planctula

y corripit

z datus. in aeternum, in saeculum  
a malignantium, malignorum  
b curuitate, distortione; perversitate  
c vide in Genes. 2. v. 16. sic statim  
d reliquias; residuum  
e filium

f posteros

g aboleré

feretur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur.

26 Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, & hac est manus extenta super uniuersas gentes.

27 Dominus enim exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: & quis auertet eam?

28 In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud.

29 ne lateris Philisthae omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.

30 Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam.

31 Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthae omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius.

32 Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

eum: & discedet de super eos iugum eius, & onus eius de super humerum eius discedet.

26 Istud consilium consultatum super omnem terram: & ista manus extenta super omnes gentes.

27 Quia IHVH TZEBAOTH consuluit, & quis labefactabit? & manus eius extenta, & quis reuertere faciet eam?

28 In anno mori regem Achaz fuit leuanda ista.

29 Non lateris Pelesthæa omne tuum, quia contractus fuit baculus percussoris te: quia de radice serpentis exibat basiliscus, & fructus eius comburens volitans.

30 Et pascentur primogeniti exhaustorum, & egeni confidentiæ accubabunt: & mori faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiet.


31 Eiula, porta, exclama, vrbs: liquefacta fuit Pelesthæa omne tuum: quia de aquilone fumus venit, & non solitarii in stationibus eius.

32 Et quid respondebit legatis gentis? Quia IHVH fundauit Tzionem, & in ea protegent afflicti populi eius.

h percussoris

i attentatorum, k datus ad confidentiam

l pauperes, oppressi



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ISEREBITUR ENIM DOMINVS IACOB. ] Hebr. Quia, vel nam inuiserabit, vel in viscera sua condet, seu visceribus misericordia complectetur Iehouah Iahakobum, id est, Ecclesiam suam ex captiuitate Chaldaica liberatam. Altera pars narrationis, vt dictum est superiore capite, in vers. 1. in qua exponitur primum causa & forma instaurationis, & amplificationis Ecclesiae, duobus versibus: deinde vsus promissionis Dei perceptae in Ecclesia, a versu 3. ad finem vsque capituli.

ET ELIGET ADHVC DE ISRAEL. ] Quidam: & eliget rursus Israelitas, id est, gentem, quae in speciem fuerat reiecta, & alieno dominio, exposita, perinde recipiet quasi de integro electa foret: humanitus dictum. S. Hieronymus: [ Significat autem tempus, quo Cyrus rex Persarum captiuum populum Ierusalem redire permisit, Hezra 1. ]

ET REQUIESCERE EOS FACIET SVPER HVMMVM SVAM. ] vel repauescere. Quidam reddunt: quos reponat in terra ipsorum.

ADIVNGETVR ADVENA AD EOS, ET ADHAREBIT DOMVI IACOB. ] Alij ex Hebr. l. & copulabit se peregrinus eis, adherentque domui Iahakob. 2. & adiungetur ad-

vena ad eos, & apponentur ad domum Iahakob, 3. adiungetque se advena ipsis, & associabunt se domui Iahakobi. Promissio vocationis gentium per Christum, in quo demum consummata est instaurationis, in plenitudine Iudaeorum & gentium, vt totus Israel seruetur. Romanor. II.

ET TENEBVNT EOS POPVLI, &c. ] Quidam hunc versum dilucidius ex Hebr. ita reddunt: 1. Tollent, seu assumunt, eos populi, & introducent eos ad locum suum, & possidebit eos domus Israel in terra Iehoua in seruos & ancillas: & captiuos ducent eos, quorum captiui fuerant; imperitabuntque suis exactoribus. 2. Nam accipient ipsos populi, adducentque eos in locum suum, & constituent se possessores eorum Iisraelita in terra Iehoua vt serui sint & ancilla, & captiuos ducent eos, qui captiuis abusi fuerint ipsis, dominabunturque in exactores suos. Allegorica figuratio regni spiritualis Christi, in quo fideles, serui & ancillae comparantur Domino ministerio verbi, vt praedixit Ioel. 2. vers. 29. infideles vero velut mancipia abiectissima coguntur in ordinem, & subiiciuntur potentiae Christi, & Ecclesiae eius. Respiciunt autem haec verba ad historiam, quae habetur Hezra 1. de Cyri mandato, & populorum ministerio.

POSSIDEBIT. ] Hebr. verbum in Hithpalel

VERS. 2.]

hel propriè est, iure hereditario attribuent, vindicabunt, appropriabunt sibi.

VERS. 3.

ET ERIT IN DIE ILLA, CVM REQUIEM DEDERIT TIBI DOMINVS.] Quidam: *Et erit, quo die requiem praestiterit Iehoua tibi, &c.* Secundus locus de vsu proximè praecedentium beneficiorum Dei, quum ab Ecclesia fuerint percepta, vt diximus in vii. Est autem hic vsus, praedicatio iudiciorum & veritatis Dei, quam praescribit Ecclesiae propheta, ad finem vsque capitis.

A LABORE TVO.] propriè. à dolore tuo, vel molestia tua.

ET A CONCVSSIONE TVA.] Hebr. & à commotione, agitatione, perturbatione tua. propriè opponitur quieti.

ET A SERVITUTE DVRA.] propriè, & à seruitio perplexo, intricato, rigido, duro, difficili, pertinaci. quod facile flecti, resolui, aut extriticari non possèt.

QVA ANTE SERVISTI.] Verbum כבד *ghubbud* ex Puhal diuersimode conuertunt: 1. qua vel quo seruitio seruitum fuit in te. 2. quam seruiisti. 3. qua seruitus exercita fuit in te. 4. qua duriter actum est in te. 5. qua te abusus est. Hispanicè, *conlaqual*, o por la qual an abusado de ti. vide similem loquutionem Deuter. 21. v. 3.

VERS. 4.

SVMES PARABOLAM ISTAM.] מלמא *maschal*, sententiam grauem, dicitur, apophthegma: vide in Prouerb. 1. vers. 1. Quidam, vt proferas parabolam hanc de rege Babylonia. id est, cantionem, qua in ore sit omnium: vt Numerorum 21. vers. 27. sunt autem huius confectionis seu praedicationis, qua imperatur Ecclesiae, partes quinque, prima est, propositio summae ruinae Babyloniae à iudicio Dei, tribus versibus; secunda, narratio sarcastica, qua res omnes creatae etiam mortuae vtuntur ad ludificandum Babyloniam, à v. 7. vsque ad 18. tertia, narratio prophetica iudiciorum, qua Deus amplius in Babyloniam exerciturus est, à versu 18. vsque ad vers. 24. quarta, confirmatio à promissione, iuramento, & exemplis iudiciorum Dei, vers. 24. & sequentibus; vltima, conclusio duobus reliquis.

QVOMODO CESSAVIT.] Propositio dialogistica, qua per admirationem videntur omnes quaerere, qui potuerit fieri, vt rex tantus, & tantum regnum vna nocte intercederet.

EXACTOR.] propriè, *angariator*: vide in Exod. 3. v. 7. id est, tyrannus saeuus rex Babyloniae, oppressor Iudaeorum.

QVIEUIT TRIBVTVM.] מדהבה *madhebah* Forsterus: [דבה *dahab* Chaldaica vox, qua idem illis, & Arabibus significat, quod Hebraeis דהב *Zahab*, aurum. Sunt enim ista dua litterae zain & Daleth in his duabus linguis Hebraea & Chaldaea commutabiles. Inde denominatum MADHEBAH, aurarium, id est, auream tributarium.] Istud sequitur Reuchlinus, Alfonsus Zamorensis, Forerius, Auenarius, Pomarius, Schindlerus, Leo Iudas. Quidam: *cessauit aurea pensio*. quam ipsa exigebat à subiectis nationibus, praecipue à Iudaeis deportatis. Sic apud Graecos chryfargyron, vel chryfargyrion dictum est quoddam tributum genus, quasi di-

cat, aur argentum, vel argentaurum, de quo vide Meursium in Lexico Graeco-Barbaro, pag. 627. Et sane tributum quod Babylon ab aliis gentibus exigebat, coacta est ipsa postmodum victoribus Persis reddere. Herodotus lib. 1. Numer. 192. [Cuius ciuitatis quanta sit potentia, cum ex aliis multis declarabo, tu nunc ero ex hoc. Cum Regi magno omnis plaga, cui imperat, sit distributa in ipsius atque exercitus eius alimentum, praeter tributa; ex duodecim, quibus annus constat, mensibus, quatuor regio Babylonica, octo reliquis eum omnis Asia alii: ita huius regionis potentia tertiam Asia partem equiparat. Et eius principatus, quem satrapiam Persae vocant, omnium prouinciarum longe est optimus; adeo ut Tritachna Artabazi filio, qui pro rege tributum hoc exigebat, singulis diebus singula argenti plena artaba penderentur. Est autem artaba mensura Persica, capacior quam Atticus medimnus, tribus chenicibus Atticis.] Alij vero MADHEBAH nomen adiectiuum esse volunt; exponuntque: *cessauit aurea, inaurata, aurifica, diues, opulenta, auro plena, abundans. vel auri cupida, auri exaetrix. seu congregatrix.* Chaldaica, seu Babylonica vox, qua vsum prophetam volunt ad perstringendam Chaldaicae monarchiae superbiam ex fiducia opum maximam constatam: quo spectat descriptio illa Danielis 2. & 3. & Apocalyp. 17. vers. 12. & 13. Hanc interpretationem amplectuntur Kimchi, Sanctes, Vatablus, Marinus, Mercerus, Montanus, Tremellius, Iunius, Buxtorfius, Schindlerus. Sed prior nobis magis probatur.

CONTRIVIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Fregit Iehoua baculum improborum, sceptrum dominantium.* Hypophora, seu subiectio ad praecedentem admirationem duobus versibus, exponens, quis, quo, quatuorque malo affecerit Babylonios, & quam obrem. *baculum improborum*, id est, durum imperium, quasi exerceretur in belluas.

CAEDENTEM POPVLOS.] Alij: *percutientis populos*, id est, Babylonijs, qui percutiebat & vexabat populos indignissime, vt exempla multa apud Danielem ostendunt.

IN INDIGNATIONE.] Hebr. *in excandescencia, in ira-feruida, in ira, que modum transgreditur in excessu ira, in furore tanquam ignis peruadente.*

PLAGA INSANABILI.] Hebr. *percussione nequaquam discessione.* Alij. 1. *plaga absque auersione*, id est, qua non potest auerti, vel à qua non auertit manum, qui caedit, vt percussione frequentem & continuam indicet. 2. *læsione assidua, seu continua*, id est, qui non cessabat percutere. 3. *plaga sine dimotione*, hoc est, immota permanente, vel percussione non remouenda, id est, continua. 4. *percussione indeclinabili, seu inenitabili.* 5. *plaga non recedente, seu qua non recedit.* id est, iugi & assidua, indeficiente, perpetua. 6. *plaga est immota*, id est, plagam istam neque amoturus est Deus, qui infixit, inquam, neque vllus effecturus potentia sua, vt amoueat à Babylonijs. Illud Hebr. *percussione non discessionis*, non iungunt cum *percutientem*, vt ad Babylonium referatur: sed cum, *confregit Iehouah percussione immota.*

PERSEQUENTEM CRVDELITER.] 977 מרדאפ, Participium Hophal; *persequi- factum, persequutionem paſſum, non prohibuit.* ſcilicet, à nouis injuriis & calamitatibus. id eſt, populum Iudæum perſequutionibus afflicto ac depreſſum, nouis cumulauit. Ali- qui exponunt: populus perſequutionem paſ- ſus eſt, nec Babylonius ſuos milites aut mi- niſtros cohibebat ne illi nouam inferrent. vel perſequutionem populus patiebatur, nec Ba- bylonius eam prohibebat. Nonnulli: *perſe- quutionem patitur abſque miſericordia.* Qui- dam: *inſectantem ſine cohibitione.* Sed non ſa- tis id congruit cum natura coniugationis Hophal, proinde puncta mutant, leguntque 977 מרדאפ, participium Pihel, *perſe- quentem, inſectantem:* vt Noſter. Tremellius & Iunius iungunt antecedentibus: *dominans iracunde gentibus, agitatur perſequutione, quam non cohibebit.* Exponuntque. Id eſt, dominans gentibus in iracundia ſua, hoc eſt, ita ſua in- toleranda iracundia, quæ etiam adynata, ſeu impoſſibilia hominibus imperabat, & de om- nium vita conſcientiaque tyrannicè ſtatue- bat, vt apud Danieleſem videre eſt. *quam non cohibebit.* ipſe, aut alius quiſquam. Montanus ad Deum refert: *inſectatus abſque obſcuratio- ne.* id eſt, inſectabitur Deus Babylonios, ne- mine excepto ab illa inſectatione, nemine per tenebras euadente. 977 חאſחאב, per Sin, dextrum legit: cum exemplaria Sin, ſiniſtrum conſtanter præferant.

VERS. 7.

CONQUIEVIT.] 977 נאחאב, *conſedit: quieuit: requieuit: repauſauit.* Quidam: *Quieſ- cit, tranquilla eſt tota terra.* id eſt, habitatores totius terræ, metonymicè. Altera pars cantio- nis, vt diximus in verſ. 4. qua per proſopo- pæjam res omnes & viuentes, & ſenſus vitæ- que expertes inducit propheta lætitiã agi- tantes de funeſto caſu Babylonix; primum quidem totam hanc terram, hoc verſu; deinde arbores, ſequentem verſu; poſtremo verò mor- tuos, inde aduerſum 18.

GAVISA EST ET EXULTAVIT.] variè alij ex Hebr. 1. *cecinerunt laudem.* 2. *edide- runt orationem.* 3. *eruperunt orationem.* 4. *ju- bilauerunt præconium.* 5. *fragorem ediderunt cantu.*

ABIETES QVOQUE LÆTATÆ SVNT.] Quidam: *etiam abietes lætantur.* Amplifica- tio à rebus ſenſu carentibus, quibus hyper- bolicòs per proſopopæjam elegantiffimam exultatio, & ſermo tribuitur ex tranquillitatis ſenſu.

Abietes, ex quibus terra & mari magnifi- ca opera conſtruebantur ad regum Babylo- niorum libidinem. 977 ברוſחאב, nos *fraxinos,* interpretati ſumus. vide in 2. Samuel 6. verſ 5.

ET CEBRI LIBANI: EX QVO DORMIS- TI, NON ASCENDET, QUI SVCCIDAT NOS.] Alij ex Hebr. 1. *Cedri Libani, dicen- tes: Ex eo tempore, quo obdormiſti, non aſcen- det exciſor contra nos.* 2. *Cedri Libani dicen- tes: Ab hinc, quo tu iacuiſti, id eſt, mortuus es, nemo eſt, qui aſcendat ad incidendum nos.* 3. *cedri Libani, dicentes: Ex quo occu- buiſti, non aſcendit ullus caſor contra nos.* Reges Maluenda, In libr. Iſaia.

Babyloniæ ac deinde Perſidis monti Libano præficiant ſaltuarios: vide in Nehem. 2. v. 8. Nonnulli allegoriam eſſe putant aliorum regum ac regnorum, vt ſit rex Babylonix quaſi lignator intentus ad excidendas arbo- res Libani, hoc eſt proceſſos reges & regna: quo extincto exultent omnes, quaſi iam tutæ futura à caſore.

VERS. 9.

INFERVVS SVBTER CONTVRBATUS EST, &c.] Alij totum verſum ita ex Hebr. efferunt. 1. *Sepulcrum percuſum fuit, vel expauit, aut contremuit ſub terra propter te, ad occurſum ad- uenire tui: id eſt, Metu percuſi ſunt mortui audito rumore aduentus tui, quum ad eos mortuus deſcenderes: timuerunt enim ne eos affligeres, vt viuos aliquando affligeras: excitauit ſepulcrum propter te mortuos. id eſt; fortiffimos quoſque mortuos vt tibi reſiſte- rent: omnes duces terra excitauit, inquam, de ſoliis ſuis omnes reges gentium.* 2. *Inferi ſubtus commoti ſunt propter te, vt tibi aduenienti oc- currant, excitauerunt tibi gigantes, omnes hircos terra, excitauerunt, inquam, de ſoliis ſuis omnes reges gentium.* 3. *Inferus de ſubter commotus eſt tibi, in occurſum introitus tui ſuſcitans tibi gigantes: omnes duces terra ſurgere fecit de ſo- liis ſuis, omnes reges gentium.* Inferus autem hic accipitur pro regno & ſtatione infero- rum: cui figuratè animam tribuit, actiones viuorum, & affectus humanos: primum eum inducit commotum ad aduentum Babylonij tyranni, vt ſolent commoueri homines ali- cuius præpotentis tyranni inopinato aduen- tu: deinde honoris cauſa, admixta irriſione vehementi, fingit excitantem manes, vt ob- uiam prodeant aduentanti regi: & vt omnes mortui reges ei aſſurgant. 4. *Sepulcrum in- ferne commotum eſt tua cauſa, ad occurrendum aduenienti tibi, excitabit tibi expertes vita, om- nes duces terra, facit vt ſurgant de ſoliis ſuis om- nes reges gentium.* Vltimus proſopopæjæ lo- cus, vt obſeruatum eſt in verſ. 7. quo ſepul- crum, velut dux & imperator mortuorum, ſuas omnes copias excitat, vt Babylonium collapſum alloquantur, & velut indignum; qui ſepeliatur ſecum, repudient à conſor- tio ſuo.

SVSCITAVIT TIBI GIGANTES.] RE- PHAIM gigantes, *vita expertes, mortui, in- terfecti, cadauera, manes, demones-tortores, damnati infernales.* Vide in Prouerb. 9. v. 18. & in Genef. 14. v. 5.

OMNES PRINCIPES TERRÆ.] 977 עחאדאב, *gbatudim,* proprie, *capri,* ſeu *birci* maiores, qui gregis duces ſunt. Figuratè, *duces, gubernato- res populi:* ſic dicti, quod populo Præeant, eique immineant ac incumbant: vt Za- char. 10. v. 3.

VERS. 10.

VNIVERSI RESPONDEBUNT, ET DI- CENT TIBI.] Nescio cur quidam reddant: *Omnes ipſi cantabunt, & dicent tibi.* Alij: *Hi omnes alternis te celebrabunt, & dicent tibi.* Rectius alij: *Hi omnes loquuti ſunt, dixerunt- que tibi.* q. d. vbi viderunt omnes mortui re- gem Babylonis mortuum etiam eſſe, & im- becilleſ, dixerunt ei. Nonnulli: *Qui omnes loquentes dicant tibi.* Huius ſermonis ficti par- tes ſunt dux, vna eſt, qua factum immaniſſi- mum

num Babylonij per contentionem exagitant, vsque ad vers. 15. altera, qua etiam honore, & beneficio sepulturæ illum indignum iudicant & abiiciunt à se, versibus reliquis, vsque ad 18.

ET TV VVLNERATVS ES SICVT ET NOS.] Alij ex Heb. 1. *Etiā tu infirmatus es sicut nos.* 2. *Etiā confectus es morbo sicut nos.* 3. *Et tu dolore-affectus es sicut & nos.* 40. *Etiā tu agrotasti, agritudine-affectus-fuisti sicut nos.* Notant, ironicum esse sermonem per admirationem, tribus versibus; qui deinde amplificatur per comparisonem præfidentis animi, & gloriationis, qua vñ fuerant reges Babylonij vers. 13. & 14.

NOSTRI SIMILIS EFFECTVS ES.] Forsterus, & Forerius: *ad nos, vel apud nos, seu super nos in eminentia, auctoritate, superioritate, domino constitutus es, vel eras, aut fuisti: at nunc deiecta est in infernum superbia tua, vt jungatur sequentibus.* Auenarius: *apud nos superatus es, dominatione subactus es. proprie, dominatus es. passiuè, hoc est, sub dominium redactus.* Nos diximus: *apud nos, vel inter nos prouerbiatus es.* id est, de te iactantur apud nos prouerbia, seu exempla depressi fastus ac superbiæ, & inconstantia rerum humanarum: quasi dicatur: *Babylonius cecidit, de insigni & ingenti clade monarchæ cõiulvis, vt casus Babylonix abierit in prouerbum. vide similem loquutionem Psalm. 48. vers. 13.*

VERS. II. DETRACTA EST AD INFEROS SUPERBIA TVA.] Alij ex Heb. *Deiecta est ad infernum superbia tua.* 2. *Deposita est in sepulcrum magnificencia tua.* 3. *Deducitur seu detrahitur in sepulcrum fastus tuus.* id est, cares omni honore sepulturæ, iustaque ipsa (quæ tibi vt potentissimo regi fuerant soluenda) velut sepulta iacent, neque adhibentur tibi. Hoc enim non dubium est euenisse ex historia, quæ habetur Daniel. 5. Sed aptius alij periphrasin mortis esse volunt. id est, tota excellentia, potentia, gloria, dignitas tua morte & sepulchro extincta fuit.

CONCIDIT CADAVER TVVM.] Facile alij rationem huius translationis expediunt, nescio quam apte. Hebræa constanter habent: *Sonitus, strepitus, tumultus naborum, seu nabliorum tuorum, vel hyrarum tuarum, seu instrumentorum muscorum tuorum.* Sub audi, detractus est in sepulcrum. Quidam: *cum sonitu naborum tuorum.* Exponunt, id est, iam non audiuntur in aula tua instrumenta musica, quibus aulæ regum perstrepere solent ac personare. Forte alludit ad historiam Daniel. 3. v. 5. Alij: *abiectus es in sepulcrum ad sonitum naborum tuorum, & aliorum instrumentorum muscorum.* Nam olim funera cum cantu & musica elata apud plerasque gentes, constat: Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis, cap. 3. [ *Mortuos quoque ad sepulturam persequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum statuta sanxerunt: persuasione hac, qua post corpus anima ad originem dulcedinis musice, id est, ad calum redire credantur.* ] Vide Matth. 9. v. 23. & Kirchmannum de funeribus Romanorum lib. 2. cap. 4. & 5.

Quidam intelligunt, dici hic à propheta iusta funebria, cantum, & honorem sepulturæ Babylonio defutura.

SUBTER TE STERNETVR TINEA, ET OPERIMENTVM TVVM ERVNT VERMES.] Alij ex Hebr. 1. *subter te sternetur vermis, & operientes te vermis.* id est, multitudo vermium. q. d. plenus eris vermibus, te subtus & supra tegent vermes. 2. *substernitur tibi lumbricus, & obtegit te vermis.* id est, cares omni pollinctura, condituraque aromatica quæ regibus adhiberi solet, vermibus & putredini omni ex parte expositus.

QVOMODO CECIDISTI DE CÆLO.] Quidam: *Quomodo decidisti de calis.* id est, è summa illa velut cælesti luce & dignitate tua: allegoria dignitatem summam figurans commodissime.

LUCIFER.] *לְחֵי לְחֵי hehel, lucifer, stella-matutina, sic dictus à laude, gloria, extollentia, suspensione, vel expansione lucis.* id est, stella præueniens solem, & ante matutinum exoriens, magnitudine alia sidera exuperans, & claritatis tantæ, vt vnus huius stellæ radiis (præter solem & lunam) vmbra redantur: quam alij Veneris, alij Isis, alij Iunonis, alij Matris deum appellauere: vt ostendit Plinius libro 2. cap. 8. Naturalis Historiæ. Quamobrem allegoricè ad figurandam dignitatem Babylonij hæc appellatio ipsi attributa est.

QVI MANE ORIEBARIS.] Hebr. *fili, vel nate auroræ.* id est, velut alumnus & comes auroræ, vt pulli hærentes lateribus matrum apud Hebræos nominantur: quemadmodum obseruatum est Genes. 18. vers. 7. & Exod. 29. vers. 1. & alibi. Quidam alludere prophetam volunt ad satanam, qui olim superbia sua decidit de dignitate, in qua creatus fuit à Deo, quem vocat Luciferum, & filium auroræ, quod creatus fuerit in maxima luce & splendore gratiæ ac donorum: huic comparat Babylonium, qui vt alter Lucifer è luce ac splendore imperij sui casurus erat. Nonnulli, hic potius respectum putant ad casum satanæ è cordibus hominum & imperio, quod exercebat in mundum, cui confertur casus & interitus Babylonij. Quo etiam respexit Christus Lucæ 10. vers. 18. [ *Videbam satanam tanquam fulgur de celo cadentem.* ]

CORRUISTI IN TERRAM QVI VVLNERABAS GENTES.] Alij ex Heb. 1. *succisus es ad terram, qui debilitabas gentes.* id est, exscindebas. vt Exod. 17. vers. 13. 2. *deiectus es in terram dormitor gentium.* 3. *detractus es in terram.* vel *prostratus es ad terram debilitans super gentes.* 4. *ad terram afflictus es, &c.* 5. *resectus es ad terram, &c.* vel *succisus es de terra, &c.* 6. *succisus es vsque ad terram? debilis es supra quam gentes?* Altera allegoria à similitudine arboris, cuius nulla extant vestigia: quæ allegoria similiter de Nebucadnetzare dicitur Danielis 3. *debilis es supra quam gentes?* id est, magis deiectus iusto iudicio Dei quam vnquam gens vlla fuerit: nam aliorum quidem imperiorum, postquam euersa sunt, sua superfuerunt vestigia, huius vero ne ipsum quidem nomen,

aut tenuissima imperij particula mansit. In his verbis inest gradatio, cuius causa verbum Hebraicum accipimus amatabat, seu intransitiue, vt Iob. 14. v. 10.

**VERS. 13.** QVI DICEBAS IN CORDE TVO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. Explanant; *1. quum tamen tu in corde tuo sic cogitaueris: Calos conscendam, superne secundum stellas Dei.* id est, fulgentissimas, *exaltabo solium meum, & sedebo in monte constituto,* seu in monte congregationis, siue Ecclesie: mons Tzionis dicitur hic mons congregationis, quod in eo esset templum, ad quod conueniebat populus, vel quod eo conueniret populus precatationis causa; *in lateribus aquilonis.* id est, in vno è lateribus aquilonis. *2. At tu dicebas cum animo tuo:* alterum membrum contentionis vt dictum est in versu 10. exprobrans gloriationem Babylonis, quasi dicat: Vbi nunc est illa gloriatio tua, qua tu dicebas, caelestem quandam dignitatem obtinebo? quod sequentibus verbis proponit thraonica illa regis gloriatio: *in calum ascendam, supra stellas Dei fortis exaltabo solium meum:* id est, sedem, dignitatem, imperium, potestatem diuinam mihi vindicabo: quod finis sequentis versus explicat.

ET SEDEBO IN MONTE CONVENTVS.] id est, Dei ipsius sedem occupabo, & eundem mihi assiamam honorem, qui attributus est Deo in monte Tzionis à Iudæa gente: *in lateribus aquilonis.* ad quæ spectat mons Tzionis, si cum situ Ieruschalaimorum comparetur. Vide in Psalm. 47. vers. 3. Kimchi exponit: *sedebo in monte congregationis.* scilicet, vbi reges & exercitus ad me congregantur. *in lateribus aquilonis.* id est, Babylonia, Ieremias 1. vers. 14. sed præstant priores interpretationes.

SVPER ASTRA DEI EXALTABO SOLIVM MEVM.] Quidam: *superius, superne, ad stellas Dei attollam thronum meum.* Figuratè ista accipiunt, vt caelum sit templum Ierusalemitanum; & sanctum sanctorum; stellæ Dei, Cherubini propitiatorij: super quæ omnia minabatur Thrafo Babylonicus se exaltaturum solium suum.

IN MONTE TESTAMENTI.] Hebr. *in monte stationis, conuentus, Ecclesie.* Ita appellatur mons Tzionis propter templum & cultum in eo constitutum & ordinatum. Nam Morjah iugum & pars Tzionis erat. De voce *מגבד mogbed* Vide Exod. 27. v. 21. & Forsteri Dictionarium, pag. 336.

**VERS. 14.** SVPER ALTIIVDINEM NVBIVM.] Hebr. *super excelsa densa nubis.* Forte alludit ad nebulam gloriæ, quæ templum obtegebat; 1. Reg. 8. vers. 10. Totum hunc locum de Lucifero, proprio & historico sensu de Babylonio monarca accipiendum esse, non est dubium. Plerique tamen Patrum sublimiori ac mystico sensu adiuncta prosopopœia de casu Luciferi primi angeli aptè, pieque interpretantur.

SIMILIS ERO ALTISSIMO.] Coniugatio Hithpahel significatum auget: *similem me faciam supremo.*

**VERS. 15.** VERVM TAMEN AD INFERNVN DE-  
Maluenda, In libr. Isaia.

TRAHERIS IN PROFVNDVM LACI.] Alij: *veruntamen in sepulcrum deiicieris, ad latera fouea.* Altera pars sermonis, vt ostendimus in vers. 10. qua exponunt mortui, ne volentibus quidem Medis & Persis sepelire Babylonium, passuros esse mortuos, sed eum recognitum consensu vno è numero suo eiekturos propter intolerandam eius tyrannidem. Quidam exponunt: *ad angulos cauernæ.* quasi indignus loco medio.

QVI TE VIDERINT, AD TE INCLINABVNTVR, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *1. videntes te, te prospicient, vel intente aspicient te.* vel *inclinabunt se ad te,* gestu mirantes sortem tuam: *te contemplantur dicentes: Num hic est vir ille, qui conturbabat terram, concutiebat regna?* *2. videntes te, ad te prospicient, te diligenter observabunt: Nunquid iste est vir, qui commouebat terram, qui trepidare faciebat regna?* *3. videntes te, inclinabunt se ad te, vt propius te considerent, dicentes, Anne hic est vir iste, qui treme fecit terram, & regna concussit?* *4. videntes te, considerabunt te, in te aduertenti, dicentes: Hicne vir ille est, qui commouebat terram, qui continebat regna?* *5. videntes te ad te prospicient, ad te perpendiculariter: Num hic vir tremefaciens terram, commouens regna?*

**VERS. 16.**

TE QVE PROSPICIENT.] Verbum *בין* hic in Hithpahel, notant significare conatum intelligendi, & diligentem, accuratam, & studiosam obseruationem: vt supra cap. 1. vers. 3.

QVI POSVIT ORBEM DESERTVM.] Quidam: *qui disponebat orbem habitabilem sicut desertum.*

**VERS. 17.**

VINCTIS EIVS NON APERVIT CARCEREM.] Alij ex Heb. *1. Vinctis eius domum non aperuit.* *2. Vinctos eius non soluit vt redirent domum,* *3. Vinctos suos non saluabit reuersuros domum.* *4. Vinctis suis non aperuit intrinsecus.* id est, carcerem interiore. q. d. vinctos penitissimis carceribus inclusos detinebat.

OMNES REGES GENTIVM, &c.] Alij ex Heb. *1. Omnes reges gentium, omnes, inquam, iacent cum gloria, quisque in domo sua.* id est, in sepulcro suo. Etenim sepulcrum domus æterna, constituta omni viuenti, Ecclesiastæ 12. v. 5. & Iob, 30. v. 23. *2. Omnes reges gentium, quotquot sunt, occubuerunt, gloriose quisque domi sua.* id est, non ita turpiter vt tu. Terria pars, prophetica narratio grauissimorum iudiciorum Dei, cum velut præsentium; quæ Iudæi erant visuri in regem Babylonia; tribus versibus; tum deinceps amplius euenturorum, vers. 21. & sequentibus.

**VERS. 18.**

TV AVTEM PROIECTVS ES, &c.] Alij variè huic versum ex Heb. transferunt: *1. Tu autem abiectus es de sepulcro tuo, vt surculus abominandus, veluti exuvie intersectorum, qui ferro confecti sunt, descendenti ad lapides lacu tanquam cadauer proculcatum.* *2. Tu autem proiectus es de sepulcro tuo tanquam stirps abominabilis, & vestimentum occisorum perforatorum gladio, vel qui confossi sunt gladio, aut qui descenderunt ad lapides sepulcri.* id est, conjiciuntur

**VERS. 19.**

ciuntur in sepulcrum stratum, seu conseptum lapide: ac veluti cadaver conculcatum. id est, quod in praelio pedibus hominum, & vngulis equorum proculcatur, aut in cæno volutatur. 3. Tu verò abjiceris è sepulcro tuo. id est, in quo alioqui sepeliendus esses; ut surculus abominandus, ut vestimentum interfectorum, onustorum crebris ictibus gladij: ut descendentes ad lapides fouea, ut cadaver proculcatum. Triplex similitudo euentissime de scribit hoc loco abiectionis statum Babylonij; prima est putris furculi; secunda, vestimenti vndeque profcissi & scædati sanguine; tertia cadaueris laniati in partes innumeras, adeo vt non possint colligi, quod ita negligitur vt libere proculceretur omnium pedibus, & ne tum quidem sepeliatur quum fouea præsto est, iacens hic illic ad cippum aut monumentum foueæ deferatur

ET OBVOLVTVS CVM HIS QUI INTERFECTI SVNT GLADIO. ] Heb. *vestimentum interfectorum, oneratorum gladio. seu onustorum crebris ictibus gladij. vel confessorum, perfossorum, punctorum, transfixorum gladio*: De significatione verbi יָצָה *tagbau*, vide in Genl. 45. v. 17.

SICVT CADAVER PVTRIDVM. ] Participium passiuum מְבֵרֵס *mnbas* ex Hiphil, auget significatum. id est, *valde proculcatum vel despectum, inquinatum, pollutum tabo, sanieque, aut depradatum, direptum. vt solent cadauera in praelio spoliari & nuda relinqui. Quidam istud iungunt sequentibus: tanquam cadaver conculcatum non vneris cum eis in sepultura.*

VERS. 20.

NON HABEBIS CONSORTIVM, NEQVE CVM EIS IN SEPVLTVRA. ] Heb. *Non vnies te cum eis in sepultura eorum. id est, Non admittent te in sua sepulcra, sed abjicient. vel non poteris tali honore sepulturæ quali reges alij. 2. Non adunaberis illis sepultura.*

NON VOCABITVR IN ÆTERNVM SEMEN PESSIMORVM. ] vel *facinorosorum. id est, feminis improborum memoria diu durare non potest. Quidam: non prædicabitur in sæculum semen maleficorum. id est, tuum: sic transitur ad sequentem narrationis partem.*

VERS. 21.

PRÆPARATE FILIOS EIVS OCCISIONI IN INIQUITATE PATRVN SVORVM. ] Alij: 1. *Præparate filiis eius mactationem, propter parentum eorum iniquitatem. id est, nepotibus eius cædem: q. d. Parate vos Medi vt posteros Nabuchodonosori interficiatis. 2. Parate filiis eius mactationem. alter locus narrationis, quo ostendit propheta, non semel tantum perditum iri Babyloniam, sed sepius etiam in posterum, donec tota deserta sit: quam ob rem ad maiorem emphasim, primum certi velut milites, administri iudiciorum Dei accersuntur, & mandatam accipiunt, vt supra cap. 13. v. 2. & sequentibus; deinde iudicium exponit Deus, quod ipse effecturus est, duobus sequentibus versibus. Fuerunt autem isti administri iudiciorum Dei, cum Medi, & Persæ, tum etiam Macedones, Characeni, Attali, latrones, Parthi, & alij, de quibus sparsim in historiis habetur mentio. propter iniquitatem maiorum ipsorum. id est, similem omnino ei quam fecerant maiores, vt*

solent accumulare iniquitates, quoscunque abdicauit Deus: sic 2. Reg. 23. v. 37. Hanc interpretationem comprobant verba proxime sequentia: q. d. æque atque maiores sui viribus suis abuterentur suaque amplitudine, nisi hoc facto caueretur.

NON CONSVRGENT, NEC HEREDITAVNT, &c. ] Alij: 1. *ne consistant, nene possideant terram, & continentem impleant osoribus. seu prauis & infestis hominibus. 2. ne postliminio surgant, & terram occupent, ac superficiem orbis arcibus compleant. 3. ne surgentes hereditario iure possideant terram, & impleant faciem orbis habitabilis ciuitatibus.*

CIVITATVM. ] seu *ciuitatibus. גְּרָרִים gharim* plerique exponunt: *ciuitatibus: urbibus: arcibus: alij: inimicis: hostibus: aduersariis: proprie. excitatoribus. vide in 1. Samuel. 28. v. 16.*

ET PERDAM BABYLONIS NOMEN. ] Alij: & *excindam, seu excisurus sum Babyloniam nomen. istarum copiarum, quas modo accersui, opera, deleturus sum gloriam, ac memoriam famamque Babyloniam.*

VERS. 22.

ET RELIQUIAS. ] שְׁאֵרֵי שֵׁבֵעַ *shear, reliquam, reliquum, restans, residuum. Haud recte quidam: propinquum, consanguineum. nem id est SCHEER.*

ET PONAM EAM IN POSSESSIONEM ERICII. ] קִיפּוֹד *kippod* obscuræ significationis nomen. Sanctes: [ *Rabbi David in Commentariis scribit esse animal, quod vulgo dicitur טַרְטוּגָא tartuga, qua inuenitur in loco aquarum. Idem Rabbi Ioseph, hoc est testudo. Ipse vero Rabbi David putat genus esse auis deserta incolentis. LXX. vbiq; ericium verterunt. TARTUGA Latine est testudo animal. Earum genera sunt marina, palustres, terrestres, & lutaria, qua in dulci aqua diuersantur. In commentariis Rabbi David sequitur Rabbi Ioseph. Rabbi Selomoh ericium exponit Isaia 14. Sed Isaia 34. auem scribit esse qua noctu volat, qua vulgo dicitur Chouette, Gallice; Italice Siuetta, vel Ciuetta, Latina noctua. In lingua Israhelitica, inquit Rabbi Abraham, dicitur קַפְּחִיד, vel קַנְפְּחִיד. ]*

VERS. 23.

Forsterus: [ *KIPPOD, Interpretum alij exitium, alij, castorem, alij, fibrum. cui horrendam morsus vim scriptores tribuunt, esse voluerunt. At ego ex circumstantiis Scripturæ auem significare colligo, qua supra paludibus & maribus rapidissimo volatu fertur, ex hirundinum specie, qua ab abreptis pedibus apodes, alias Plinio referente, consona cum Hebræa voce, Cypseli vocantur, Germanice, Merschwalben. ] Ergo hic ericium seu herinaceum reddunt Lxx. Noster, Sanctes, Alfonso Zamorensis, Vatablus, Schindlerus: *Et ponam eam in possessionem ericij. 2. Et ponam eam in possessionem testudinis. id est, Efficiam vt vbi nunc est Babylon ibi sint multæ pecudes, in quibus sunt testudines. Ita Kimchius & Vatablus. 3. ponam eam vt fibri occupent. Ita Leo Iudas. De fibro vide Plinium lib. 8. cap. 30. M. Vatronem lib. 4. de lingua Latina, cap. 13. & Festum. atque Iulium Cæsarem Scaligerum in Commentariis lib. 2. Aristotelis de Historia Animalium, c. 2. pag. 12. 4. Et ponam eam in possessionem cypselo. seu apodi. ita Forsterus, Forerius, Marinus. 5. Tremellius,**



mellius, Iunius, Buxtorfius exponunt: *Et disponam eam in hereditariam possessionem, seu ut sit hereditaria possessio anatarie, & stagna aquarum.* id est, aquilæ vitæ agentis circa lacus; quam Græci morphon, & perchon vocant; alij plancum, de qua Plinius lib. 10. Naturalis Historiæ, cap. 3. nam hæc interpretatio magis cum hoc loco videtur convenire, & vocis etymologia, similitumque locorum comparatione confirmatur, infra cap. 34. vers. 11. & Tzephania 2. vers. 4. q. d. desertissimam efficiam Babyloniam & palustrem totam: quod factum esse magis ac magis, ex quo tempore Euphrates derivatus est Cyri, & Orchoenorum opera, ipse Ptolemæus testis est. Ita illi. De derivatione Euphratis per Cyrum egimus supra cap. 13. vers. 9. de altera per Gobarem, Plinius lib. 9. cap. 26. [*Sunt, qui tradunt Euphratem Gobaris præfæti opere diductum, ubi cum diximus findi, ne præcipit cursu Babyloniam infestaret.*] De Orchenis idem Plinius eodem lib. 6. c. 27. [*Sed longo tempore Euphratem præclusere Orcheni, & accola agros rigantes.*] Et præcedente capite dixerat: [*Fluere aliqui ultra Babylonem continuo alveo, priusquam distrabitur in irrigua LXXX. XII. mill.*] Verum hæc distractiones seu derivationes Euphratis, non in devastationem terræ sed in magnum beneficium terræ adornatæ fuerunt. Atqui nos ex etymo vocis magis probamus Forsteri & aliorum interpretationem: *Et ponam eam in possessionem Cypselo.* nam verbum קִפְּסָה kipped præcidere & abrumpere significat, unde dictus est קִפְּסוֹד, cypselus voce consona, seu apos, à præcisione seu abruptione pedum; seu quod ungues habeat fortes, quibus abrumpit & incidat: & quod brevissimo & rapidissimo volatu feratur. De cypselis vide Plinium lib. 10. cap. 39. Hispanicè appellamur *vencejos, auiones: Valentine, falzies.*

ET IN PALVDES AQVARVM.] Hebr. & stagna, seu lacus aquarum. Illustrat hunc locum Plinius lib. 5. cap. 26. de Euphrate: [*De teriore autem alveo Babylonem quondam Chaldaea caput petit, mediamque permeans, item, quam Orrim vocant, distrabitur in paludes.*] Ptolemæus lib. 5. cap. 20. De Euphrate, Baarfare, Bafilio fluvii Babylonæ: [*Faciunt autem fluvij & ipsorum divertigia lacus atque paludes.*] Arianus lib. 7. Expeditionum Alexandri, de Euphrate: [*Atque ita in magnam altitudinem elatus universam circumiectam regionem obruat nisi quis nonnihil diducens in Pallocopam, & in paludes ac stagna eum exoneret: quæ quidem paludes ab hoc alveo initio factæ usque ad regionem Arabia proximam, per vadosa loca, ac tandem per oculos meatus in mare feruntur.*] Facit & Herodotus lib. 1. Numero 19. 3. [*Etenim Babylonica regio omnis, quemadmodum Aegyptiaca, dissecta est in fossus, quarum maxima navibus transiri potest.*]

ET SCOPABO EAM IN SCOPÂ TENENS.] Hebr. & scopabo eam in scopa abolendo, perdendo, destruendo. Quidam: & euerram eam euerriculo perditionis. Alij: scopa quoque vastatrice verram eam. q. d. post demolitionem rudera scopis euerram, ut neque reliquiæ supersint. Emphaticus sermo.

IVRAVIT DOMINVS EXERCITVVM, DICENS.] Notant esse confirmationem superiorum interminationum in Babyloniam, primum à iuramento Dei, hoc versu; deinde ab exemplo iudicij præcedentis contra Assyrios, sequente versu.

SI NON VT PVTAVI, ITA ERIT.] Alij ex Hebr. 1. *Si non ut imaginatus sum, vel cogitavi, statui, ita sit futurum.* Iubaudi, nolite post hæc credere vatibus meis. 1. *Mentiar, vel male mihi sit, dispeream, nisi quemadmodum proposui mihi, ita fuerit.* Eclipsis in iuramentis frequens, ut Numeror. 14. vers. 35. Hebr. ad verbum: *Si non secundum quod silui, acquisivi, imaginatus fui.* vide similem loquutionem Numer. 33. v. 56.

ET QVOMODO MENTE TRACTAVI, SIC EVENIET.] Alij: 1. & secundum quod decrevi, ipsum stabit, vel consurget. 2. & si non ut statui, ita sit firmum futurum. 3. & quemadmodum consilium iniui, illud extiterit.

VT CONTERAM ASSYRIVM IN TERRA MEA, ET IN MONTIBVS MEIS CONCVLCEM EVM, &c.] Quidam reddunt: *Quum frangendo Assyrium in terra mea, super montes meos proculcavero eum, tum amovebitur ab istis iugum eius, & onus eius ab humero istius populi mei amovebitur.* Prophetica definitio temporis, quo in Babylonios iudicia sua exerciturus est Deus, nimirum postquam perfecit interminationem, quam prius Assyrio denuntiaverat, supra cap. 10. vers. 26. & 27. sic priorem illam eversionem Assyriorum monarchiæ tanquam signum proponit huius longo post intervallo euenturæ, ut apud Ieremiam exempla leguntur quamplurima.

HOC CONSILIVM, QVOD COGITAVI SVPER OMNEM TERRAM.] Quidam hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Hoc est consilium, quod decretum est, & hæc manus, quæ extensa est super omnes gentes.* 2. *Hoc illud consilium est, quod initum fuit contra totam illam terram, Babyloniam, & hæc illa manus extensa contra omnes istas gentes.* Babylonicas, & parentes imperio Babylonico: Notant, esse hoc & sequente versu conclusionem huius prophetiæ de Babylone, ut dictum est supra in vers. 4.

DOMINVS ENIM EXERCITVVM DECREVIT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. exprimunt: 1. *Domino enim exercituum aliquid constituyente, quis ipsum faciet irritum? quumque extenderit manum suam, quis eam reflectet?* 2. *Nam Iehova exercituum iniuit consilium, & quis irritum faciat? & manum eius extensam æquis auertat?* Aetiologia ab ineluctabili Dei omnipotentia: quali videtur, Persa quidam apud Herodotum lib. 9. Numero 16. his verbis elegantissimis: [*Hospes, quidquid ex Deo fieri oportet, id homini inevitabile est.*]

IN ANNO, QVO MORTVVS EST REX ACHAZ, FACTVM EST ONVS ISTVD.] Alij ex Hebr. *Quo anno mortuus est rex Achaz fuit onerosa prophetia hæc.* Hinc novum caput exordiantur: exponuntque, id est, *Quum Chizkija solus regnare cepit:*

VERS. 24.

VERS. 25.

VERS. 26.

VERS. 27.

VERS. 28.

nunc demum incipit tempus quartum prophetiarum Ieschahia, nimirum quas Chizkija regnante prophetauit. Quamobrem ut hoc caput cum precedente iungatur, neque temporum ratio ferre potest, neque argumentum.

VERS. 29.

ONVS ISTVD. ] Vide supra cap. 13. v. 1. NE LATERIS PHILISTEA OMNIS TV. ] Alij: *Ne latator tu, Palaestina tota.* Et si haec denuntiatio ad emphasim compellat Pelisthaeos, non dubium est tamen, quin ad confirmandam hoc modo fuerit enuntiata. q. d. Non est, quod vos, ô Iudaei animum porro abiiciatis, & cedatis potentiae Pelisthaeorum: quin potius bono animo estote, nam hoc ego confidenter Pelisthaeis denuntio, non esse cur latentur amplius de victoria sua, de praeda, de oppidis capitis, 2. Chronicor. 28. vers. 18.

QVONIAM COMMINTA EST VIRGA PERCVSSORIS TVI. ] Alij: *quod confracta fuerit virga percussoris te.* id est, quod inde à temporibus Huzzijae liberum vobis fuerit per ignauiam Achazi in Iudaeam inuolare, de populari, occupare, conturbare omnia sine villo impedimento. *percussoris te.* id est, Huzzijae, qui Pelisthaeos affectis malis gravissimis, 2. Chronicor. 26. vers. 6.

DE RADICE ENIM COLVBRÏ EGREDIETVR REGVLVS. ] Quidam: *nam è radice serpentis:* id est, ex stirpe Huzzijae, qui vos momordit grauter ut serpens: allegoria. *prodit hemorrhous.* id est, rex Chizkija, qui vos admorsurus est grauius, imo gravissimis & immedicabilibus malis summa alacritate affecturus: quod sequens gradatio docet: nam inde à temporibus Chizkijae Pelisthaeos per se tentasse quidquam non meminimus legere.

REGVLVS. ] צפצף *tzephagh, basiliscus, vel aspis, vel hemorrhous.* vide supra cap. 11. vers. 8. & in Prouerb. 23. v. 32.

ET SEMEN EIVS ABSORBENS VOLVCREM. ] Hebr. & *fructus eius Saraph volitans.* Alij: *serpens ignitus volans.* Nonnulli: *etiam fructus eius prateruolans.* Vide in Numerorum 21. vers. 6. Nescio cur hic quidam *cerastem* exponant: nam hic non volat.

VERS. 30.

ET PASCENTVR PRIMOGENITI PAUPERVM. ] Alij ex Hebr. 1. *principes pascunt primogeniti tenuium, &c.* id est, tenuissimi Iudaei, & summe attenuati, attritique calamitatibus, in hoc suo rege velut pastore conualescent, & fruuntur bono: vide Iob 18. v. 13. 2. *Et pauperes depascunt primogenitos fructus:* ut istud membrum, alteri sequenti opponatur: & *interire-faciam in fame radicem tuam:* &c. Sed hanc interpretationem non satis admittit constructio Hebraica.

ET INTERIRE-FACIAM, &c. ] Alij: *quum enecauero fame radicem tuam.* id est, fame & bello parentes & liberos, magnos & paruos consumpsero, & cum turres ipsas custodum tum ciuitates munitas euertero, quod factum est opera Chizkijae, 2. Reg. 18. vers. 8. [ & *residuum tuum interfecerit.* ] scilicet Chizkija.

VLVLA PORTA, CLAMA CIVITAS: PROSTRATA EST PHILISTHAEA OMNIS. ] Alij: *Eiula, porta, exclama, ciuitas, diffuere Palaestinam totam.* Explicatio summi illius excidij, quod modo attigerat per profopopaeiam. Quidam: *resoluta est Palaestina vniuersitas tua.* Nonnulli: *nam liquefacta est Palaestina vniuersa scilicet tu.*

VERS. 31.

AB AQUILONE ENIM FVMVS VENIET. ] Quidam ab aquilone, id est, ex Iudaea, quae ratione Pelisthaeae ad aquilonem sita est: *ut fumus aduenit.* id est, tanta celeritate, vi, & acrimonia, ut non magis obistere Pelisthaei possint Chizkijae, quam venienti accerrimo fumo & omnia rimanti diligentissime, quem ignis irae meae accensus excitabit, & impellet in vos.

ET NON EST QVI EFFVGIET AGMEN EIVS. ] Alij ex Hebr. 1. *& non erit solitarius in stans temporibus eius.* id est, non erit, qui solus remaneat temporibus statutis & praefixis ab ipso Ezechia. q. d. omnes cum Ezechia conuenient ad conditum tempus in bellum contra Pelisthaeos. 2. Forsterus, & Forerius: *& non est solitarius.* id est, vnus in constitutis eius. siue in turmis, agminibus, castris eius. Nam מועדים *moghadim* interdum sumitur pro castris seu agminibus certo numero & ordine constitutis, ut Ierem. 46. vers. 17. q. d. ne vnus quidem remanebit in castris, aut in tentoriis suis, quin sequatur agmina & turmas Ezechiae contra Pelisthaeos. nemo eam militiam detrectabit. 3. *nec est, qui se subducit diebus festis eius.* q. d. nec diebus festis abstinebunt à bello, vel praelio. 4. *& non supererit vel vnus in caetibus eius* quin sequatur bellum. 5. *neque vnus seorsim prospecturus est sibi in caetibus eius.* id est, non mollescent aut frangentur animi Iudaeorum Chizkijae ministrantium in exequendis Dei iudiciis; sed procedent cuncti alacerrime nihil prospicientes suis commodis aut otio. Acutius & alienius Montanus Hispanice reddit: *No baldara.* scilicet aquilo, *en sus plazos.* id est, stata tempora huius aquilonis non erunt in cassum aut in vanum: sed flabit aquilo suis temporibus cum efficientia.

VERS. 32.

ET QVID RESPONDEBITVR NVTIIS GENTIS? ] Hebr. verbum est actiuum: *Et quid respondebit nuntiis gentis?* Variè exponunt? 1. *Et quid respondebit quisque nuntiorum gentis.* subaudi, exterarum & victimarum, quum reuertentes ad suos rogabuntur quid noui afferant à Iudaea. Hoc scilicet respondebunt: *Iehouam fundasse Tzizonem, &c.* 2. *Quid ergo responsurus est legatis gentis?* obseruant esse conclusionem huius prophetae in Pelisthaeos, qua propheta regem nouum informat, quid qua fiducia sit Pelisthaeorum legatis responsurus. *legatis gentis.* Pelisthaeae.

QVIA DOMINVS FVNDAVIT SION, ET IN IPSO SPERABVNT PAUPERES POPVLI EIVS. ] Alij ex Hebr. 1. *Quod Iehoua fundauit Tzizonem,* id est, firmavit, stabilivit, hoc est, protegit, tuetur, reddiditque eam inexpugnabilem & intuetam: & *in ea fiduciam habebunt pauperes populi eius.* 2. *Quod Iehoua fundauit Tcionem, & in ipsa protectionem qua-*  
rens

rent inopes populi eius. 3. Iebouan fundasse Tzizonem ut in eam se recipiant pauperes populi sui. scilicet Dei. id est, ostendet rex nihil ad se pertinere, quid Pelisthai obtendant, quid possint, quidve possideant in Iudæa; sed se fretum promissionibus & potentia Dei pro-


curaturum sedulo, ut miseri sui populi sedes recuperentur, & tota Iudæa facta tecta conseruetur. Euidens typus Ecclesiæ, quæ latibulum, protectio, & asyllum est omnibus afflictis.


CAPVT XV.

Moabitatum ruina prædicitur, & compassio propheta erga Moab.

Vulg.

Malu.

1  Nus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

1  Euanda Moab: Quia in nocte deuastata fuit Ghar Moab, in silentium, redacta fuit: quia in nocte de vastata fuit Hir-Moab, in silentium redacta fuit.

2 Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab ululauit: in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur.

2 Ascendit in Baith, & Dibon in Bamothe lacrymationi: super Nebo, & super Medeba, Moab eiulabit; in omnibus capitibus eius caluitium, omnis barba diminuta.

Io. 45. f. 17. Eze. 7. c. 18. 3 In triniis eius, & in plateis eius omnis ululatus descendit in fletum.

3 In plateis eius accinxerunt saccum: super tecta eius, & in plateis eius omne eius eiulabit, descendens in lacrymatione.

4 Clamauit Hesebon, & Eleale, usque Iasa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab ululabunt, anima eius ululabit sibi.

4 Et exclamauit Chesbon, & Elghaleh; usque ad Iahatz audita fuit vox eorum: super sic extracti Moab a taratanrizare facient; anima eius taratanrizauit sibi:

a taratanrizabunt.

5 Cor meum ad Moab clamabit, uentes eius usque ad Segor vitulam conternantem: per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.

5 Cor meum Moabo exclamabit, b b uentes transfugitoria eius usque ad Tzoghavitulam tertiaritatis: quia ascensu c Luichith in lacrymatione ascendet in eo; quia via Choronaïm clamorem confractionis excitabunt.

b b uentes

c in Luchith

6 Aqua enim Nemrim deserta erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

6 Quia aquæ Nimrim d afflationes erunt: quia siccata fuit e viriditas, f consummata g progerminatio, viror, h non fuit.

d stupēdæ desolationes

e scœnum; viride consumpta

g Vide in Genes. 1. vers. 11.

h vide in Genes. 1. vers. 30.

7 Secundum magnitudinem operis, & uisitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos.

7 Super sic superrelictionem fecit, & uisitationem eorum super torrentem salicum leuabunt ea.

8 Quoniam circuiuit clamor terminum Moab: usque ad Gallim ululatus eius, & usque ad Putcum Elim clamor eius.

8 Quia circundedit clamor terminum Moab: usque ad Eglaim eiulatus eius, & Beër Elim ululatus eius.

8 Quia aqua Dibon repleta sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta: his qui sugerint de Moab leonem, & reliquis terra.

9 Quia aquæ Dimon impletae fuerunt sanguine, quia ponam super Dimon addita: euasioni Moab, leo; & i reliquis k humi.

i reliquis residuo k telluris

## COMMENTARIA.

VERS. 1.



**N**VS Moab.] Alij: *Prophetia Moab.* Non nulli: *Onerosa prophetia Moabi.* Vide supra cap. 13. v. 1. Iosephus 1. *Antiquitatum*, cap. 22. [*Moabus quasi dicas, A patre, Moabitarum fuit auctor, magna gentis etiam nostra etate.*] Vide in *Genes.* 19. v. 37. Obseruant huius prophetiae de Moab partes Precipuas esse tres: prima est, propositio calamitatum luctuosissimarum, quae Moabitibus erant euenturae, hoc capite: secunda est, contestatio exprobans beneficia à Deo oblata, ingratumque Moabitarum animum, quo denuntiatae sibi calamitates accersuerunt, capite sequente ad vers. 2. 2. tertia, conclusio circumscribens tempus, quo Deus suam illam sententiam erat exsequuturus, duobus ultimis versibus eiusdem capituli. In hac autem propositione huius capituli, describuntur cladis initia, duabus summis ciuitatibus per Schalmam-Eferem excisis, vers. 1. vt infra cap. 16. v. 23. ostenditur: deinde luctus grauissimus totam regionem peruadens, vsque ad vers. 6. commearus, qui supererat, repentina corruptio, vers. 7. miserabilis incolarum fuga, vers. 8. & horrenda strages, vers. 9.

**Q**VIA NOCTE VASTATA EST AR MOAB, &c.] Varie alij hunc versum ex Heb. effecerunt. 1. *Quia nocte vastatus est Ar Moab, & succisus est: quia, inquam, nocte vastatus est Kir Moab, & succisus est.* 2. *Certe, vel dico. Quod nocte quadam destruetur Ar Moab, & euertetur:* dico, inquam, *quod nocte vastabitur Kir Moab, & excindetur.* 3. distinguunt. *Quoniam in nocte deuastata est Ar, Moab ad silentium redactus est, quoniam in nocte deuastata est kir, Moab ad silentium redactus est.* id est, quod vna nocte deuastata fuit Ar praecipua Moabitarum vrbs, inde factum est, vt tota prouincia Moabitarum conciderit, in silentium redacta fuerit, actum sit de illa. sic sequente membro. 4. in sequentem versum sententiam suspendunt: *Quum nocte vastata fuerit Har-Moabitarum, excisa fuerit: quum nocte vastata fuerit Kir Moabitarum, excisa fuerit: Ascendet Baihum, & Dibonem &c.* Forsterus reddit: *Quoniam in nocte vastata est Ar Moab, quietata est, &c.* Voluit autem propheta de industria vti isto verbo נִדְמָה *nidmah*, in silentium, seu quietem redacta est, quietata est, & opponere nomini Ar ciuitati, quae ab excitatione & vigilia nomen habet, quasi dicat illa excitata quietata est. Eandem antithesin obseruarunt Forerius & Mercerus. Auenarius exponit: *Quoniam in nocte deuastatus est Har Moabi, perdomitus est, &c.* Aucupatur iste passim sonos vocum, vt hic, *domo* cum דָּמָה *damah* congruit.

**AR MOAB.]** De hac vrbe vide Num. 21. vers. 15. Videtur hoc nomine per per excel-

lentiam appellata, id est, *Vrbs Moab*: quod omnium vrbiu Moabitarum esset maxima & praecipua, vnde & Rabbath Moab-fuerit nuncupata.

**VASTATUS EST MVRVS MOAB]** Heb. *Deuastatus est Kir-Moab*: Noster & alij nonnulli Kir vt appellatum transferunt, *murus, paries*, vrbs Moab, nempe murus *Ar Moabi*, de qua paulo ante: nam haec simpliciter quoque dicta est Moab, teste S. Hieronymo, vt ad Numer. 21. v. 15. obseruabamus. Plerique tamen nomen proprium alterius praecipuae vrbs Moabitarum esse censent, *Kir Moab*. Vnde Tremellius & Iunius annotant: [*Kir moabitarum id est, Kir-cheres, sive Kir-chareset, vt nominatur infra cap. 16. v. 7. & 11. quod enim vulgo interpretes confundunt cum Kiro, cuius fit mentio 2. Reg. 16. v. 9. plane absurdum est, cum Medorum sit; hoc vero distinctionis causa Kir-Moabitarum appelletur, aut Kir-Cheres, id est, Solis, qui fortasse ibi colebatur.*] vel forte dicta est *Kir-Cheres*, quod muri eius essent ex latere coctili firmissimi, vt muri Babylonis: Vide in 2. Reg. 3. v. 25.

**ASCENDIT DOMVS.]** הַבַּיִת *habbaith*, plerique pro nomine proprio accipiunt, vel vt *He*, sic radicale: *Ascendit Habaitum*, vel vt sit locale: *Ascendit in Baitham*. Quidam: *Ascendet Baiithum*. id est, Moab huc illuc circumcurabit incertus, deos & homines implorans frustra. Est autem Baiithum oppidum ab insigni idololatria dictum per excellentiam, quasi *Dominus, Aedes, Fanum*, quod alibi dicitur *Behon, Bahal-Mehon*. & *Beth-Bahal-Mehon*. Numer. 32. v. 3. & 38. Iosue 13. vers. 17. in finibus Reubenitarum, 1. Paralipom. 5. vers. 8. Alij: *Ascendet in eadem ipsam*. id est, ad templum sacratum idolo Chamos, quem Deum Moabitae colebant, Numer. 21. vers. 29.

**ET DIBON.]** de qua vide in Numer. 21. vers. 30. Haec prima terrae promissae distributione attributa fuit Reubenitis Iosue 13. vers. 17.

**ET EXCELSA.]** Hebr. in *Bamoth*, vel *Bamothas*. vide in Numer. 21. vers. 19. & 28. & cap. 22. vers. 41. Haec Iosue 13. vers. 17. dicitur, *Bamoth Bahalis*, id est, *Excelsa Bahalis*, quod ibi essent sacella, seu sacra, vel fama Bahalis, quae etiam attributa fuit Reubeniti ibidem.

**ET PLANCTVM.]** Alij: *ad flendum*. id est, cum fletu implorandam opem idolorum.

**SUPER NABO.]** vel *Nabo*. de qua vide in Numer. 32. v. 3. & 38. Haec quoque Reubenitarum fuit, ibidem.

**ET SUPER MEDABA.]** vide Numeror. 21. v. 30. & Iosue 13. v. 16.

**IN CVNCTIS CAPITIBVS EIVS CALUITIVM, &c.]** exponunt. capillum vellent, barbamque praeluctu: quod moris fuisse infidelibus

libus ostendit Moses Leuit. 19. v. 27. & 21. v. 5. & Deuteron. 14. v. 1.

OMNIS BARBA RADETUR. ] Pleraque exemplaria. גְּרִיגִי gherughab, cum Res, habent. & omnis barba extracta, vel subtrahita, detracta, abstracta, adempta, diminuta, immixta, Alia cum Daleth, similima littera: & omnis barba succisa, excisa, sed sensus semper idem constat.

VERS. 3.

IN TRIVIIS EIVS ACCINCTI SVNT SACCO, &c. ] Hunc versum alij reddunt: 1. In compositis eius sacco erunt accincti, in tectis autem eius & plateis eius quisque ululabit, atque in fletum soluetur. 2. In compitis eius accingetur cilicio, super tecta eius, & in plateis eius quisque eiulabit, deiecturus se in fletu suo.

VERS. 4.

HESEBON. ] Hebr. Chesbon. de qua vide Numer. 21. v. 25.

ELEALE. ] Hebr. Elghale: vide Numer. 32. v. 3. Hæc oppida similiter fuerant Reuberitis attributa, Numer. 32. vers. 37. & Iosue 13. vers. 17.

VSQVE IASSA AVDITA EST VOX EORVM. ] Hebr. Iabat, id est, vsque ad ultimos fines Moabitarum. Locus est insignis clade Sichonis, Numer. 21. vers. 23. & Meraritarum habitatione, Iosue 22. vers. 36. nam Leuitis attributa fuit, Iosue 13. v. 18.

SVPER HOC EXPEDITI MOAB VLVLAVNT, ANIMA EIVS VLVLABIT SIBI. ] Alij ex Hebr. 1. ideo armati Moab vociferabuntur: id est, qui inter Moabitas armis accincti parati erant se & patriam tueri, eiusmodi clamore consternati, vociferabantur etiam ipsi despondentes animum: anima eius vociferabitur sibi id est, quisque Moabitarum despondebit animum. 2. propterea turma Moab triumphabunt, vel atque ideo extracti Moab vociferabuntur: anima eius mala fuit ei. id est, male affecta, afflictâ. 3. atque ideo milites Moab vociferabuntur; anima eius male se habuit. 4. atque ideo armati Moab ululabunt, anima cuiusque ululante apud se. 5. & ob id expediti Moabita vociferabuntur, animus eius, scilicet, Moabi doluit, vel animus Moabi frangetur sibi. id est, ob suam calamitatem. 6. propterea expediti Moabi vociferabuntur, anima sua mala videbitur ipsi, vel vita sua tadebit ipsum, dicendo.

EXPEDITI. ] חַלְצִים chalutzim, proprie, extracti ex populo ad militiam, accincti armis electi ad bellum. Hispanicè, entre sacados, id est, lectissimi quique milites.

VLVLAVNT. ] Verbum in Hiphil significatum intendit, id est, valide, vehementer vociferabuntur, tarantarizabunt; classicum canent, ululabunt. nam ululatus est etiam exercitus.

ululabit. גְּרִיגִי jareghab, si est à גְּרִי Roagh, vel à גְּרִי Raghagh, est futurum; si à גְּרִי jaragh, præteritum. Potest exponi, tarantarizabit, vel tarantarizavit, aut male habuit. siue conteretur, confingetur.

VERS. 5.

COR MEVM AD MOAB CLAMABIT. ] Alij: Cor meum propter Moab vociferabitur. vt sint verba propheta, quasi dicat, Me miseret ipsius Moab. Nonnulli: Cor meum in Moabo exclamabit, vt propheta loquatur in persona Maluenda, In tibr. Isaia.

Moabitarum, hoc modo, Moabita iam in corde meo videntur mihi vociferari: scio sentio in corde meo Moabitas vociferaturos præ calamitate. Quidam hæc verba Moabitis ipsis tribuunt, & præcedentibus iungunt: vita sua tadebit ipsum, dicendo: Animus meus Moabum inclamabat. Ethiopæia emphatica strenuorum Moabitarum tentantium populares suos profugientes confirmare, quasi dicat, in clamo ex animo, & contendo, quam maxima voce possum, vt fugientes reuocem, sed frustra.

VECTES EIVS VSQVE AD SEGOR VITVLVM CONTERNANTEM. ] Exponunt, id est, optimates, seu principes eius, qui tanquam vectes muniunt & sustentant populum, vt infra cap. 43. vers. 14. vsque ad Segor, subaudi fugiens, quæ Segor est sicut vitula triennis. Illud, Vitulam conternantem, plerique iungunt cum Segor: alij ad Moab referunt: Cor meum ad Moab clamabit, vitulum conternantem, vt sit epithetum prouinciæ Moabiticæ ob pinguedinem & fertilitatem soli, Sed locum variè interpretantur. 1. profugi eius fugient ad Tzohar vitulam triennem: id est, quæ comparari poterat vitulæ trienni, formosæ, pingui, robustæ. 2. Existimant verba Hebraica inuersa, sic esse ordinanda: qui effugient ex ea, Subaudi moabide, vitula trienni, vsque ad Segor, subaudi, fugient, vitulam triennem vocat, quod regio Moab esset potens armis, & in flore, statuque felici. Sic intelligendum esse contendunt ex verbis Ieremiæ 48. vers. 34. sed nec locus ille hanc interpretationem euincit. 3. Tremellius & Iunius: vectes, seu clausuras eius, Tzocharem vsque, quasi vitula trima. Explicant, clausuras eius, id est, munitiones limitaneas, quibus aditus & exitus regionum præcluduntur, tanquam vectibus: quamobrem Hebræi vectes vocant Græci εἰσορῆς, quasi pro orus, Latini clausuras, siue clusuras: vnde Suidas clusuras Latinam appellationem sumpsit, & transformauit in Græcam vocem, quæ significat clauem termini. Vide Glossarium Græco-Barbarum Meursij, pag. 247. Tzoharem vsque de qua Genes. 19. v. 22. sensus est, Tam magna voce contendo (inquit strenuus Moabita) vt mea vox ipsos Moabitarum terminos, & lacum Asphaltitem præternolans Iudæam quoque perfonet, quæ terminatur Tzohare, quasi vitula trima. Comparatio elegans ad explicandam vim maximam contentionemque vocis, quasi dicat, non clamo, sed boo, ac velut intono, vt Moabitarum popularium meorum luctum frangam, & animos confirmem: nam certum est iuuenecam insuetam iugo, minime affectam, ac proinde ferociorem, grauiores boatus, & valentiores edere; cuiusmodi fere est triennis.

VITVLAM CONTERNANTEM. ] וִיטְלָה שְׁשֵׁלִי שְׁחִיבָה schelischibah, exponunt, vitulam triplicem, triplicatam, triennem, trimam, tertianam, triariam, ternariam. Ex verbo, vitulam triplicitatis, triplicationis, &c. nempe trium annorum; quod ea ætate iuuentæ soleant esse elegantiores, robustiores, ac petulantiores, vt de equa canit Poëta:

— ut latis equa trima campis

P

Ludit

*Ludit exultim.*

Indicat vel Moabi, vel Tzoharis fertilitatem, præstantiam, robur, ferociam, lasciuiam. Alij reddunt: *vitulam magnam, præcipuam, principalem, primariam, viribus præstantem.* ex significato nominis שליש *sebalisch*: vide in Exod. 14. v. 7.

PER ASCENSUM ENIM LVITH FLENS ASCENDET, &c.] Alij ex Hebr. 1. *quia per ascensum Luith in fletu ascendet* quisque eorum, *in eum*, scilicet ascensum: *quia in via Horonaim clamorem contritionis suscitabunt.* id est, qui effugerint, & periculum euaserint, recipient se partim in Luith, & partim in Horonaim, flentes, & horrendum ac miserabilem clamorem excitantes. 2. *quoniam per cliuum Luchith cum fletu ascendit, quoniam via Choronaimorum clamore fractionis, vel fragoris, seu fragoso boant, Ætiologia contentionis in clamando, quæ modo dicta est: Plane inquit, mihi summa vi boandum est, cum hic omnia summo luctu perfont, proinde vix nisi adhibito clamore summo, ac ne vix quidem exaudiri possim. per cliuum Luchith, &c.* id est, montes & valles eiulatus ipsorum reboant, ab vno termino ad alterum: nam ascensus Luchith Iudæam spectabat, descensus verò Choronaimorum vt nominatur Ieremias 48. vers. 5. in altera parte ex aduerso erat. *boant.* יעגהגהרן *ieghogheru*, Futurum, *boabunt.* Hic propheta, inquit, verbo ficto utitur, & cacophono, ad representandam inconditam tumultuantium vocem. Quidam notant, dicendum ac scribendum fuisse יעגהרן *ieghoreru*, à quadrato עורר *ghorer*, *excitabunt*: sed prophetam geminasse primam litteram pro vltima, & inuersione litterarum posuisse IE GHOGHERV, pro IEROGHEGHV, à רעע *raghagh*, infra cap. 16. vers. 10. *vociferabuntur.* vt in eo tumultu omnia inuersa & perturbata, dissonis clamoribus fugientium confusa significaret. Rabbi Seelomoh putat esse verbum Chaldaicum, *clamabunt*, quo vtuntur doctores Hebræorum in significatione confringendi, & conterendi: vnde hic exponunt: *clamore contritionis frangent sese.* seu *conterent.* id est, propter contritionem & cladem suam percutient palmam ad palmam, & palmam sub femur, more vociferantium ac flentium. Kimchi existimat esse dictionem extraneam & confictam ad representandam inconditam & confusam tumultuantium vocem, vt ante dicebamus.

LVITH.] Hebr. *Luchith.* Eusebius & S. Hieronymus de Locis Hebraicis: [*Luith, huius meminit Isaïas: & est vsque hodie vicus inter Arcopolim & Zoaram nomine Luita.*] & situs quidem optime congruit. Kimchi, montem, vel montanum oppidum esse putat, quod ex verbis prophetæ, satis colligitur. Fortasse sic dictum quod in eo optimæ tabulæ vel lapidæ, vel lignæ cæderentur.

ORONAIM.] Hebr. *Choronajim*, formæ duali, vt videatur esse oppidum geminatum, superius & inferius, vt Ierusalaim. Eusebius & S. Hieronymus in locis: [*Ornaim vrbs Moabitarum.*] Vtriusque oppidi meminit Ieremias 48. vers. 3. & 5. Ex hoc oppido fuit San-

balat Choronites, Nehem. 2. vers. 10. Ab æstu vel ardore solis nomen habere videtur.

AQVÆ ENIM NEMRIM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Aqua enim Nimrim in desolationes erunt: quia aruit herba, vel fœnum, defecit gramen, viride non fuit.* 2. *Quoniam aquæ Nimrim desolatae erunt, vnde & viride exarescet, deficiet herba, olus nullum supererit.* 3. *Nam ad aquas Ninramorum desolationes erunt.* id est, riuorum confluentium ad Nimram siue Beth-Nimram in Gaditarum agro, Numer. 32. v. 3. & 36. Hi autem propterea hic nominantur, quod vallem Moabitarum rigant, vbi sita est Nimra attributa Gaditis Iosue 13. vers. 27. Ad hos autem riuos Nimræ ait desolationes futuras, quod exhauriendi illi essent & arefaciendi: *exarescet enim fœnum, deficiet tenera herba, viriditas non erit.* id est, ipsa conuallis vtut sit irrigua, tota erit sterilis: quod elegantissima gradatione describit propheta. De *Nimrim*, seu *Nimrah* vide in Numer. 32. v. 3. & 36.

SECUNDVM MAGNITVDINEM OPERIS, &c.] Hunc versum variè ex Hebr. conuertunt: 1. *Ideo diuitias, quas quisque fecit, & substantias eorum, iuxta torrentem salicum defferent.* 2. *Propterea residuum, quod fecit, seu opes, quas quisque peperit, & depositum eorum, seu diuitias eorum, scilicet Moabitarum, defferent hostes Assyrij ad torrentem salicum.* vt scilicet inter se partiantur more militiæ. 3. *Itaque, quod residuum quisque fecit, & depositum suum ad torrentem salicum deportabunt ea.* id est, Moabitæ metu hostium, diuitias suas in loca alia de via & occulta transferent. 4. *Ad eundem modum, quidquid reliquum fecerant, & quod reposuerant Arabes super torrentem deportabunt.* 5. *Propterea flebit, quod quidquid habuit reliqui, & quidquid reposuerat Moab, omne illud hostes eorum ad torrentem salicum ducent.* vbi hostis spolia diuidet. 6. *Idcirco abundantiam, quam fecit, & diuitias eorum super torrentem salicum portabunt ea.* 7. *Idcirco vix residuum fecerit: concessio ironica, quasi dicat propheta, comportent Moabitæ commeatum arbitrato suo, & de cibario sibi prospiciant, per me licet; non effugient tamen hæc iudicia Dei: at repositum eorum, siue quacunque recondiderint, in vallem Arabum exportabunt ea.* id est, Inuadentes agrum & occupantes Assyrij, omnia promptuaria vestra exhaurient, & ad finitimos Assyrio regi fœderatos spolia asseruanda deuehent: nam propter hoc officium, aliaque huiusmodi, immunes fuisse Arabas ostenditur ex Herodoto lib. 3. Numero 88. & 91. Vallem autem idcirco nominat, quia ex Moabitarum agro in Arabiam desertam ibatur per descensum Choronaimorum, in montibus, quos Ptolemæus lib. 5. cap. 5. & in 4. Asiæ tabula vocat Alladanos.

MAGNITVDINEM.] יתרה *jithrah*, *super relictionem, super filitionem, saltationem, abundantiam, super abundantiam, exuberantiam, opes, diuitias.*

ET VISITATIO FORVM.] פקיה *pekuddah*, *proprie, visitatio, inspectio, recensio, requisitio.* Hic Sanctus Hieronymus in malum sumit, pro supplicio, & plaga. Plerique alij in bonum,

VERS. 6.

VERS. 7.

num, pro rebus ipsis, quas, qui habet, scire vilitat, atque recenset, & quarum rationem habet. id est, pro repositis & reconditis diuitiis & opibus, seu prompuriis: unde reddunt: & depositum, repositum, recensitum eorum.

AD TORRENTEM SALICVM.] Potes reddere: super, ad Vallem Arabum. *גריני* gharabim, & salices & Arabes significare, nimis est per vulgatum.

VERS. 8.

QUONIAM CIRCVIBIT CLAMOR TERMINVM MOAB.] Heb. in praeterito: Quia circuibit clamor terminum Moab. Quidam: Nam circuibit exclamatio illa terminum Moabi. id est, peruadet agrum totum in oras vsque extimas.

VSQVE AD GALLIM VLVLATVS EIVS.] Heb. vsque ad Eglaim eiulatus eius. scilicet Moabi fugientis. Moab enim hic faemintè pro regione seu prouincia, id est, prouinciabilibus accipitur. De loco Eglaim nihil expediunt Interpretes: ego suspicor esse locum illum de quo corrupta appellatione Eusebius & S. Hieronymus scribunt in locis Hebraicis: [Abie, qua & Schalgat, [pro Eglaim] pro hac Symmachus interpretatur, in collibus: est autem e regione quondam Moab, nunc Arcopoleos, ad orientalem plagam.] oppidum fuisse in terra Moab, diserte S. Hieronymus in Commentariis huius loci affirmat. Sic dictum ab vliginosis & palustribus locis, Auenarius diuinat. Forte a rotunditate nomen accepit. Tremellius & Iunius reddunt: ad confluentes vsque eiulatus eius, [Id est, ad confluentes fluminis Arnonis, quibus desinitur terminus Moabitarum, Numeror. 21. v. 15. Hanc vocem, inquit, quam alij propriam faciunt, appellatiue accipiunt.] Sane à *גלגל* galal deduxerunt. Formam dualem habet, quod forte bipartitum oppidum esset: in finibus Moabitarum extitisse, satis hic locus demonstrat.

ET VSQVE AD PVTEVM ELIM CLAMOR EIVS.] Heb. & vsque ad Beer-Elim eiulatus, seu vlulatus eius. Quidam: etiam Beer-Ilma eiulatus eius. id est, Puteum Potentum, à principibus Israëitarum: sic appellatur locus ille, de quo Numeror. 21. v. 16. & sequentibus, communi Moabitarum appellatione, qui Principes Elim, id est, Fortes seu Potentes vt Exodi 15. v. 15.

VERS. 9.

QVIA AQVA DIBON REPLETA SVNT SANGVINE.] Heb. Dimon. S. Hieronymus:

[Nequis scriptoris vitium putet, & errorem, emendare dum vult, faciat, una vrbs & per m, & per b, litteram scribitur: è quibus Dimon silentium interpretatur. Dibon, fluens: inditio utroque nomine propter latices qui tacite fluant: vsque hodie indifferenter & Dimon & Dibon hoc oppidulum dicunt.] De Dibon vide Numer. 21. v. 45. Cæterum plerique distinguunt Dimon hic à Dibone illa Numerorum & fluuium Moabiticæ regionis accipiunt. Tremellius & Iunius reddunt: Quod aqua Dimonis plena sanguine futura sint. [His verbis, inquit, alludit Ieschahia ad historiam illam, que legitur 2. Regum. 3. quasi dicat, quemadmodum temporibus Iehoshaphati riuus ille, qui a via Edomæ influere tum primum cæpit in agrum Moabitarum, non tantum specie sanguinis rubuit, qua decepti sunt, verum etiam ipsorum sanguine auctus est; ita quoque deinceps facturus sum, & eo amplius. Videtur enim Dimon nomen esse illius riuus, de quo ternis castris bibendum dederat Deus in illa expeditione, impositum ex eo, quod totus riuus eodem die sanguine Moabitarum infectus est, & sanguineus Moabitis visus: est enim Dimon, si interpretaris, sanguineus: quo spectat allusio in verbis propheta DIMON, & DAM, quam Latinis verbis assequi non possumus.]

PONAM ENIM SVPER DIBON ADDITAMENTA.] seu addita, additiones, malorum. Quidam exponunt: id est, riuos additos: q. d. tunc plurimis, nouisque riuus defluet sanguis cælorum Moabitarum in flumen Dimon. Alij reddunt: quum disponam in Dimone additamenta. id est, pergam sanguinem Moabitarum fundere, & amplius fundam, nam vtrumque hoc designant Hebræi addendi siue pergendi verbo.


IIS QVI FUGERINT DE MOAB, LEONEM, ET RELIQUIIS TERRÆ.] Hæc esse additamenta, quæ Deus Moabitis interminatur præcedente membro, S. Hieronymus annotauit. Alij reddunt: 1. iis qui euaserunt Moabitis, & reliquiis regionis, leonem. Subaudi, immittam, seu disponam, è superiore membro. 2. euasione Moab. seu euadentibus verò Moabitis leonem, & residuo terræ. id est, faciam vt Moabitarum quicumque fugerint extra terminos suos, aut si in iis remanserint, sint vnguibus, dentibusque ferarum expositi, vt de Samaritanis dicitur 2. Reg. 17. v. 25. leonem, id est, feras animantes. Synecdoche.

## CAPVT XVI.

Orat emitti agnum, nempe Christum de petra deserti: Moab ob arrogantiam  
& perfidiam humiliabitur, paucis ex eo relictis.

Vulg.

Malu.

1  Miste agnum Domine  
dominatorem terra, de  
petra deserti ad montem  
filia Sion.

2 Et erit: sicut avis fugiens, & pulli de  
nido auolantes, sic erunt filia Moab in  
transcensu Arnon.

3 In consilium, coge consilium: pone quasi  
noctem umbram tuam in meridie: abs-  
conde fugientes, & vagos ne prodas.

4 Habitabunt apud te profugi mei:  
Moab esto latibulum eorum a facie va-  
statoris: finitus est enim puluis, consum-  
matus est miser: defecit qui conculcabat  
terram.

5 Et preparabitur in misericordia so-  
lium, & sedebit super illud in veritate in  
tabernaculo David, iudicans & quarens  
iudicium, & velociter reddens quod in-  
ustum est.

6 Jer 49. c. 29. Audiuimus superbiam Moab, superbus  
est valde: superbia eius & arrogantia  
eius, & indignatio eius, plusquam forti-  
tudo eius.


7 Idcirco ululabit Moab ad Moab,  
vniuersus ululabit: his, qui latantur su-  
per muros cocti lateris, loquimini plagas  
suas.

8 Quoniam suburbana deserta sunt,  
& vineam Sabama Domini Gentium  
exciderunt: flagella eius vsque ad Iazer  
peruenerunt: errauerunt in deserto, pro-  
pagines eius relictæ sunt, transferunt  
mare.

9 Super hoc plorabo in fletu Iazer vi-  
neam Sabama: inebriabo te lacryma  
mea Hesebon, & Eleale: quoniam super  
vindemiam tuam, & super messem tuam  
vox calcantium irruit.

10 Et auferetur lætitia & exultatio  
de Carmelo, & in vineis non exultabit,  
neque iubilabit: vinum in torculari non  
calcabit qui calcare consueuerat: vo-  
cem calcantium abstuli.

11 Super hoc venter meus ad Moab  
quasi cithara sonabit, & viscera mea ad  
murum cocti lateris.

1  Ittite veruecem<sup>a</sup> domi-  
nantis terræ de rupe in  
desertum, ad montem  
filia Tzionis.

2 Et erit sicut volatile diuagans, ni-  
dus dimissus erunt filia Moab<sup>b</sup> tran-  
sitibus Arnon.

3 Venire fac consilium, fac iudica-  
tionem, pone sicut noctem umbram  
tuam in medio meridierum: absconde  
impultos, diuagantem non reuelabis.

4 Trahent in te impulsivi mei, Moab  
esto absconsio eis de faciebus deua-  
stantis: quia defecit emunctor, consum-  
matus fuit deuastator, consummati-  
fuerunt calcans de terra.

5 Apparari fiet in benignitate solium,  
& sedebit super eum in fide in tento-  
rio Davidis: iudicans & quærens iudi-  
cium, & festinus iustitiæ.

6 Audiuimus superbiam Moabi, su-  
perbus valde: superbia eius, & excel-  
lencia eius, & excandescencia eius; non  
sic vectes eius.

7 Ad sic eiulabit Moab Moabo, om-  
ne eius eiulabit: summis vitis Kir-Cha-  
reseth meditabimini tantummodo  
percussos.

8 Quia<sup>c</sup> arua Chesbonis excisum-  
fuit, vitis Sibmah, potientes gentium  
contuderunt vites generosas eius; vs-  
que ad Iagher<sup>d</sup> tetigerunt, erraue-  
runt desertum: emissiones eius demis-  
sæ fuerunt, transfuerunt mare.

9 Super sic lacrymabor in lacryma-  
tione Iagher, vitis Sibmah irrigabo  
te lacryma mea Chesbon, & Elgha-  
leh: quia super æstates tuas, & super  
decurtationes tuas ouatio cecidit.

10 Et colligetur lætitia, & exultatio  
de Carmelo, & in vineis non gratula-  
toriè acciamabitur, non tarantariza-  
bitur: vinum in<sup>e</sup> lacubus non viabit  
vians, ouationem cessare feci.

11 Super hoc viscera mea Moabo si-  
cut cithara sonabunt, & <sup>f</sup>intimum  
meum & Kir-Cheres.

<sup>a</sup> vel domi-  
natori<sup>b</sup> trajecti-  
bus, vadis<sup>c</sup> aruis<sup>d</sup> attingerit,  
pertriguerit<sup>e</sup> torcula-  
ribus<sup>f</sup>intrancum  
& datium.



12 Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua ut obsecret, & non ualebit.


13 Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc:

14 & nunc locutus est Dominus, dicens: in tribus annis. quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

12 Et erit quia visus fuit, quia defatigatus fuit Moab super excelsum: & veniet ad sanctuarium suum ad interpellare se facere, & non poterit.

13 Istud verbum, quod loquutus fuit IHH ad Moab, de tunc.

14 Et nunc loquutus fuit IHH, ad dicere: In tribus annis sicut annis mercenarij, & leui fiet grauitas Moab in omni multitudine multa: & reliquia paucum paruus, non multiplex.



## COMMENTARIA.

VERS. I.



MITTE AGNUM DOMINE DOMINATOREM TERRÆ.] Quidam exponunt: *Mittite regnum Dominatori terra, &c.* Peruicaciam & obstinationem exprobat Moabitibus propheta, quod non respiciunt: propterea frustra oblaturos Deo oblationes & sacrificia in Ierusalem. Sermo ironicus. 2. *Mittite arietem*, collectiue, *arietes*, id est milites fortes, seu machinas bellicas, quæ olim arietes dicebantur, vt Ezechiel. 4. v. 2. *qui dominetur in terra*, vt sit ironia, quæ notat & pulsat ferociam illam & arrogantiam Moabitarum, quædo iunctis sibi Hammonitis venerunt aduersus Iehosaphatum regem Iehudæ: q. d. *Mittite*, ô Moabita, nunc militem, seu exercitum, tormentaue bellica aduersus regem Iehudæ, qui dominetur, & terram subiiciat, vt olim misistis contra Iehosaphatum, 2. Reg. 3. scilicet in eo statu res vestræ sunt: nihil equidem minus præstare nunc potestis: quinimo vestræ illius arrogantia nunc pœnas luetis. 3. *Mittite agnum dominatoris terra*, id est, agnos, quos olim in tributum mittebatis *dominatori terra* vestræ regi Israël, & postea mittere detrectastis, 2. Reg. 3. vers. 4. & 5. *mittite nunc Ezechia regi Iehudæ regnanti in monte Tzizonis*: Plerique sequuti Patres, ac in primis S. Hieronymum, exponunt, *Mittite*, Pater, Fili, & Spiritus sancte, in solatium Moabi, in quem immittenda sunt fera, Vers. 9. præcedentis capituli; *agnum* illum Christum tollentem peccata mundi, dominatorem terræ, qui suo imperio subjugabit orbem, de petra deserti, id est, de Ruth, quæ Morabitibus fuit, & forte ex vrbe illa oriunda, quæ *Selah Midbara* dicta fuit, in regione Moab, *ad montem filia Tzizonis*, id est, Ecclesiam, seu Ierusalem. q. d. O Domine, ne perdas omnes Moabitas, vt tandem ex eorum femine nascatur Christus. Tremellius & Iunius hunc versum ita explanant: *Mittite agnum dominatoris terra a petra ad desertum vsque, ad montem filia Tzizonis*. Altera pars prophetiæ, vt diximus in vers. 1. superioris capituli, qua propheta contestatur Moabitas, exponens primum leges, & conditiones, quibus Moabitarum reliquiæ

à Dauide fuerant conseruata, & in fidem clientelamque recepra, vt verbo vno attingitur, 2. Samuel. 8. vers. 2. deinde indomitam ipsorum superbiam exprobat, vers. 6. ac postremo sententiam dicit seuerissimam probata iustitia Dei, vsque ad vers. 13. sunt autem hæ leges trium generum; prima, de præstando canone imperato, hoc 1. versu: secunda de officiis omnibus regi, populoque Dei præstandis, vers. 3. & 4. Tertia de fide in promissiones Dei, & reciproca Dei, regisque in ipsos beneficentia, vsque ad versum 6. Ait ergo, *Mittite Moabitæ agnum dominatoris terra*, id est, agnorum numerum imperatum, syllepticè; qui primum Dauidi & Schelomoni pensatus est, deinde lacero regno, cessit Israelitis, vt apparet ex 2. Reg. 1. v. 1. & cap. 3. v. 4. quamobrem hoc loco nominatur *agnus dominatoris terra*, id est, regis Iehudæ, qui ex iure & auctoritate Dei, supremus erat illorum dominus. à *Petra ad desertum vsque*, id est, vniuersi mittite, ex omnibus finibus vestris, qui à meridie agro Edomæorum, à septentrione deserto Iardenis terminantur. Fuit enim Petra, suo Ioktheel Edomæorum metropolis. 2. Regum. 14. v. 7. *ad montem filia Tzizonis*, id est, Ieruschalaima ad regem.

*Agnum* כר car, *arietem excelsum*, *veruecem*. Vide in Deuteronom. 23. v. 14. collectiue vel sylleptice hic poni notant, pro agnos, arietes.

*Dominatorum terra*. מושל *moschel* participium potest his casibus accipi, *dominatum, dominantis, dominantium terra*.

DE PERTA DESERTI.] מלע מדברה *misselagh midbarah*. Quidam putant fuisse nomen proprium vrbis Moabiticæ, de *Selah Midbarah*, id est, de rupe, saxo, silice, *petra deserti*. Alij, quod aptius existimamus, He in MIDBARAH existimant esse locale, de *Petra in desertum, vel ad desertum vsque*. De Petra insigni Arabiæ vrbe, ex qua Petra Arabia denominata est, Vide Iudicum 1. v. 36. & 2. Reg. 14. v. 7. videretur fuisse in confinibus Moabitarum & Edomæorum.

ET ERIT: SICUT AVIS FUGIENS.] Heb. VERS. 2. *S. in auis dinagans, vaga, vagabunda, migrans.*

ET PULLI DE NIDO AVOLANTES.] P 3 Heb.

Hebr. *nidus dimissus, vel directus*, id est, sicut pulli deiecto nido implumes adhuc vel semiplumes deserti, volitantes. Quidam redeunt: *Alioqui erit Moab quemadmodum avis vaga, nidus dimissus*, id est, nisi pareant Moabitæ domui Davidis, fugabuntur, deportabuntur, & funesta omnia patientur.

SIC ERUNT FILIÆ MOAB IN TRANS-  
CENSU ARNON. ] Hebr. *filia Moab traiectus ad Arnonem, vel vada ad Arnonem*. Quidam: *erunt Moabitides ad vada Arnonis*, id est, extra suos terminos deportabuntur. Alij totum versum reddunt, 1. *Etenim quemadmodum avis vaga, nido eiecta, sic erunt filia Moabi ad vada Arnonis*, id est, deducuntur captivæ in Assyrium traiecto fluvio Arnone. 2. *Et erit Moab sicut avis fugiens, & velut nidus dimissus erunt filia Moab ad vada Arnonis*. 3. *Et erit sicut avis vaga, agitata, nidus dimissus, sic filia Moab facta transire, vel coacta per transire Arnonem*. De Arnone vide in Numer. 21. v. 13.

VERS. 3.

INI CONSILIUM, COGE CONCILIUM. ] Hebr. *venire-fac consilium, fac iudicium*. Sic Massoretæ legendum monent in margine, ut sint imperatiua fœminea, quæ referuntur ad Moab, quem sæpius hoc & præcedente capite fœminee effert: nam in textu pluraliter scribitur: *venire-facite consilium, facite iudicium*. Moabitæ. Quidam: *afferte consilium, facite iudicium*, Reuocat Moabitis in memoriam scelera ipsorum, quod afflictis Iudæis, tantum abest, ut succurrerint, ut etiam ipsos magis affligerint. Aliqui horum trium versuum sensum ita concipiunt, ut sit iam altera ironia non minus acris aduersus Moabitas quam illa vers. 1. isti enim ut est verisimile, quum rex Assyrius aduersus Iehudam contenderet, & ciuitates regni Iehudæ cœpisset subiugare, concilium cogebant, & quod sit in arduis deliberationibus vocatis regni satellitis consultabant per otium, an excipiendi essent profugi Iudæi, qui metu Assyriorum ad Moabitas confugiebant: timere enim poterant, ne in se prouocarent Assyrij indignationem: vide 2. Reg. 18. v. 13. & sequentibus. Infumebant itaque dies in huiusmodi consultationibus, quum interim Iehudæi vagi, huc atque illuc dispersi latebras quærent. Hos irridet propheta, quod regnum Iehudæ sub Ezechia fuerit à Deo confirmatum, & Assyrij deleri; ipsi autem Moabitis pœnas luituri essent huiusmodi crudelitatis, eadem perpeffi, quæ Iehudæi. Alij: *Advocate consilium, facite decretum, vel iudicium*, id est, rem iustam. Notant, Moabitas dedisse pœnas quod irrissent Israëlitas vicinos, quam abducerentur captiui in Assyriam per Salmaneserem: propterea dicit, Moabitæ, aliter prorsus vos gerite erga Israëlitas atque olim fecistis, quum illi ex Ægypto in terram promissam proficiscerentur, iuuare illos consilio, facite iudicium, hoc est, vices rependite, vices, inquam, nepotibus Ahrahams, qui patrem vestrum Lot plurimum iuuat. Nonnulli: *ini consilium, fac iudicium*, id est, vide ne amplius Israëlitis & populo Dei afflictis desis. ô Moab, sed consilio, & modis quibuscunque

poteris adiuues, & desistas ab antiqua inhumanitate tua: vt Deuteron. 23. v. 4. nominatim reprehenditur.

*coge consilium*. Hebr. *fac פלילה phelilah, iudicationem, iudicium, appellationem, interpellationem, decretum-judiciale, arbitrium*, id est, quibuscunque modis poteris, eos adiuua.

PONE QVASI NOCTEM VMBRAM TVAM  
IN MERIDIE. ] Quidam: *dispone tanquam noctis umbram tuam ipso meridie*, id est, esto illis securum per fugium, & iucundum refrigerium à meridiano æstu, allegoria calamitatum vrentium.

FUGIENTES. ] Hebr. *impulsos, propulsos, expulsos, depulsos, vibratos*, sic versu sequente.

ET VAGOS NE PRODAS. ] Hebr. *& diuagamem, profugientem, agitatum non reuelabis, deteges, manifestabis, prodes*, proprie euolues, id est, deturbabis, aut prouolues.

HABITABUNT APVD TE PROFUGI MEI. ] VERS. 4.  
Hebr. *Trahent, seu peregrinabuntur, commorabuntur in te impulsu mei*. Quidam: *Commorentur apud te propulsi mei*, id est, è populo meo, ut versu præcedente.

FINITVS EST ENIM PVLVIS. ] Hebr. *quia absumptus est, terminatus, finitus, desit, defecit, cessauit, ut eius nihil amplius supersit, emunctor, emulsor, expressor*, vt Prouerb. 30. v. 33. Hispanicus Interpres: *el chupador*, id est: Assyrius vel Babylonius Monarcha. Quidam: *nam desinet, qui premat*, id est, cessabit hostis affligens populum meum. Tertius locus exponens promissiones Dei, accipiendas fide: quarum partes sunt hæc, liberatio à malo, hoc versu: & præstatio omnis boni in regno Davidis per Christum, versu sequente.

CONSUMMATVS EST MISER. ] Heb. *consummatus fuit, absumptus fuit, defecit, perit vastator, vel vastatio*. Quidam in futuro: *deficiet vastator, vel depraedator, direptor, graffator*.

DEFECIT QUI CONCVLCABAT TER-  
RAM. ] Hebr. *consumpti sunt calcans, calcatile, quatiens, quatite de terra*. Alij. 1. *defecerunt exercitus, seu copiarum, aut vires, conculcantis de terra*, id est, Sancheribi, qui omnia pessundabat. 2. *Consumentur calceator quilibet, vel calceatores singuli è terra*. 3. *Sanctes redditi: consumpta sunt reptilia de terra*, id est, quæcunque noxia irrepebant in Iudæos: allegoria. Totum hunc locum fusè enarrauimus lib. 9. de Antichristo, cap. 19.

ET PRÆPARABITVR IN MISERICOR-  
DIA SOLIUM. ] Hebr. *Et apparari-fiet in benignitate solium*. Alij: *Et confirmabitur, stabilietur, ratificabitur, stabilietur, ratificabitur in misericordia solium*. Quidam: *Et stabilietur benignitate, seu beneficentia qua Deus prosequitur domum Davidis in Christo, solium*, id est, regnum Iehudæ ob promissiones misericordia & benignitate Dei factas Davidi firmabitur, seu stabilietur in æternum in Christo.

VERS. 5.

ET SEDEBITI SVPER 22LV D. ] Alij: *chû insideat*.

IN VERITATE. ] Hebr. *in fide, constantia, firmitate*, id est, firme constantem. Quidam  
contra

contra rationem interpunctionis Hebraicæ istud iungunt sequentibus: *in veritate in tentorio Davidis iudicans*. id est, iuste & vere iudicando in regia Davidis.

IN TABERNACULO, seu TENTORIO DAVIDIS. ] id est, in regia Davidis. sic dicta, quod reges sint pastores populorum, ut eos Homerus vocat: vel quod in bellis in tentoriis habitent.

IUDICANS ET QUÆRENS IUDICIUM. ] Alij: *iudex*, & *procurans ius*. cum Chizkija typus, tum Christus absolutissima tyorum veritas. Quidam exponunt: quasi dicat, lites sibi oblatas dirimet, & inquireret lites non oblatas, quas quæret etiam si nulli queri au-deant.

ET VELOCITER REDDENS QVOD IVSTVM EST. ] Hebr. & *festinus*, *promptus*, *velox*, *celer*, *iustitia*, vel *ad iustitiam*. quasi dicat, magnus administer & mysta iustitiæ, qui nulla mora, nullis ambagibus, aut tergiversationibus ius suum reddet unicuique quam celerime. nec iusti iam in longum tempus differet, more iudicum terræ, qui plerumque causas pene interminabiles reddunt. Quidam reddunt: & *festinator iustitiæ*. id est, citoque faciet iustitiam.

VERS. 6.

AVDIVIMVS SVPERBIAM MOAB, SVPERBVS EST VALDE. ] seu *fastuosus*, *tumidus*. Alij. 1. *Audiuimus superbiam Moab*, quod supra modum fastuosus sit. 2. *Verum audiuimus superbiam Moabi*, fastuosi admodum. Secunda pars cōrestationis, ut diximus in v. 1.

SVPERBIA EIVS, ET ARROGANTIA EIVS PLVSQVAM FORTITVDO EIVS. ] variè alij ex Hebr. 1. Sanctes: *superbia eius*, & *extollentia eius*, & *indignatio eius*; non *rectum*, aut *veritas*, siue non *recta*, seu *vera verba eius*. siue *mendacia eius*. id est, non *recta* ac *firma verba eius*, quæ ex *superbia* loquitur. 2. Rabbi Ioseph Kimchi: *superbia eius*, & *elatio eius*, & *impregnatio eius*, non *rectè filij eius*. quasi dicat, filij ab eo geniti, spurij fuerunt. Quod si intelligeret quomodo à patre Lot geniti sint, & ut fuerit eorum impregnatio, seu conceptio, non ita superbirent. vocem עברה *ghebrah*, ex significato verbi, in Pihel, pro *impregnatione* accepit. Sed est subtilis nimium interpretatio. GHEBRAH, quid proprie sit, vide in Psalm. 77. 49. 3. Vatablus: *arrogantiam eius*, *fastum eius*, *iracundiam eius*, subaudi, *audiuimus*: non *sic sermones eius*. vel non *veritas sermones eius* quasi dicat non faciet, quæ iactabat se facturum. 4. Leo Iudæ: *arrogantia eius*, *fastus eius*, & *furor eius*, *lacerto eius non respondent*. 5. Lidorus Clarius: *superbia eius*, & *arrogantia eius*, & *indignatio eius*, quæ scilicet absque causa *furor* concitatus est in vicinos quosque. non *exunt vsui mendacia eius*. id est, omnis eius *superbia*, *fastus*, *indignatio*, cum sint *mendacia*, & *doli*, non liberabunt eum à *perditione*. 6. Forsterus, Mercerus: *superbiam eius*, & *elationem eius*, & *ardorem*, seu *furorem eius* audiuimus: sed non sic *robora eius*. id est, fortia facta. Notant quando hanc particulam כן *chen*, mox præcedit negatio, tum idem Hebræis valere quod Græcis *ne my*, *ne gry*, aut quid simile, & Latinis, *ne tantillum*

*quidem*: unde reddunt: sed ne sic *quidem*, *robora eius*. id est, ne tantillum *quidem*: vide in Prouerb. 15. v. 7. 7. Forerius: *superbia eius*, & *fastus eius*, & *furor eius*, non *sic vestes eius*. id est, fortitudo, seu potentia: quod vestes sint *robora* & *firmamenta portarum*. 8. Auenarius: *gloratio eius*, & *excellentia eius*, & *effervescentia eius*: non *rata erunt vaticinia eius*. 9. Montanus: non *rectè fictiones*, vel *diuinationes eius*. subaudi *procedent*, vel *se habebunt*. 10. Marinus: non *rectum*, sunt, vel agunt, *Astrologi eius*. Existimant דרם *baddim*, significare astrologos iudicarios. sic dictos, quod solitarij ferè *incedant* & *habitent*: vel quod *mendaces* sint. Reuchlinus & Alfonso Samorensis, *diuinos*, exponunt. Sic accipi videtur hæc vox infra 44. v. 25. & Ieremiæ 50. v. 36. 11. Tremellius & Iunius ac Buxtorfius: *fastu eius* & *superbia eius*, & *furor eius* non ita *succedunt mendacia eius*. id est, ut *cunq̄ue turgat*, nihilominus *plenè de mendace jctatione sua decideret*. 12. Kimchius: non *sic filij eius*. subaudi *facient*, quia *deficiet regnum eius*. 13. Schindlerus: & non *veritas mendacia eius*. 14. Hispanicus Interpres: *su soberuia*, y *su arrogancia*, y *su altinez*: mas *sus mentiras no verdad*. vel *no seran firmes*.

ID CIRCO VLVLABIT MOAB AD MOAB. VEL OB MOAB, VEL SVPER MOAB. ] VNIERSVS VLVLABIT. ] Quidam: *Idcirco eiulabit Moabita ad Moabitam*, unusquisque *eiulabit*. Tertia pars contentionis, sententiæ dictio. Alij: *Idcirco lugebunt Moabita superstites*, *Moabitas interfectos*, omnes *Moabita superstites lugebunt illos*.

VERS. 7.

IIS QVI LÆTANTVR SVPER MVROS COCTI LATERIS, LOQVIMINI PLAGAS SVAS. ] Diuersimode alij ex Hebr. 1. Sanctes: *superdolia Kir-Chareseth loquimini*, veruntamen *percussi*. Adhibentur enim *dolia* interdum ad *munitiones urbium*. 2. idem Sanctes: *fundamentis*, vel *ad fundamenta parietis fictilis gemetis*, veruntamen *percussi*. vel *abiectionis*, aut *tristes* seu *dolore affecti*. 3. Vatablus: *super fundamenta*, vel *propter fundamenta*, *Kir-chareseth gemetis*, sed *percussi*. id est, propter *euerisionem illius urbis*, quæ euerfa fuit à *fundamentis*. 2. Leo Iudæ: *ad dolia Kir-chareseth gemite*: attamen *percussi*. quod *defecturæ* deinceps essent *vites*, ac *vineæ*, ac nullus *futurus* esset *proventus vini*, versu sequente. 5. Forsterus: *super fundamenta Kirchareseth gemetis tantum perturbati*. vel & *ad fundamenta Kirchareseth gemetis tantum perturbati*. vel & *ad fundamenta Kirchareseth ingemescunt tantum confracti*. Hebræi & plerique nostrorum, *fundamenta Kir Chareseth*, intelligunt *principes*, *magnates*, *primores urbis*. 6. Vatablus: *propter fundamenta ciuitatis fictilis dolemus meditabimini*, qui tantum *claudi remansistis*. 7. Rabbi Ionah: *facientibus viriliter ac fortiter*, vel *fortibus parietis fictilis*, vel *Kir-Chareseth*, *clamabitis*, jam *jam futuri estis debiles*. 8. Marinus: *Lagenis Kir-Chareseth meditabimini*. sed *contriti*. vel *gemetis tantum dolore affecti*, seu *percussi*. 9. Auenarius: *de assamentis*, vel *coassationibus lignorum aut tabularum Kir-coreseth*, *meditabimini*. id est, *lugebitis*,  
etiam

etiam isti, 10. Schindlerus : propter fundamenta Kir-Chareseth gemetis etiam afflicti. hoc est, propter fundamenta euerſa illius vr̄bis. 11. Iſidorus Clarius : propter fundamenta ciuitatis-factilis, loquimini voce ſubmiſſa dolentes. 12. Forerius : ſuper viros Kir-Chareseth promite tantum percuffos eorum. id est, promite, vel edite numerum vel nomina conſternatorum, ſeu caſorum, ad viros illius vr̄bis, qui ſuis viribus confidebant. 13. Montanus : ſummis viris Kir-Chareſet lamentando-pronuntiate, Vtique concuſſi ſunt. vt hoc ſit initium lamentationis. 1. Tremellius, Iunius, Buxtorfius : de fundamentis Kirchareſetha effabimini : quæ ſola ex omnibus Moabitarum oppidis vetuſta erant, nec fuerant euerſa trium regum expeditione 2. Reg. 3. verſ. 25. veruntamen contrita ſunt. paraleſis in patheticò ſermone frequens : Cogitabamus, inquit Moabita, tam bene hoc tempore conſtitutum eſſe Kir noſtrum, atque olim ſtetit quum à tribus regibus oppugnaretur ; ſed mendax fuit fiducia noſtra : nam & oppidum corruit, hoc verſu : & totus ager exhaustus eſt : quod per ethiopiã lugentium, deinceps proponitur, vſque ad verſ. 12.

IIIS QUI LÆTANTVR.] אִישִׁים Aſiſim, Noſter cum Sin ſiniſtro à שׂוֹשׂ ſus, lætari, gaudere, deduxit : lætantibus, gaudentibus. Alij, à שׂוֹחַ ſchuh, ponere, deriuant, & fundamenta exponunt : plerique, dolia, lagenas, vt Cantic. 2. verſ. 5. Nonnulli geminacum eſſe volunt à voce אִישׁ iſch, vir, & geminationem ſignificatum intendere, id eſt : ſummis, fortiſſimis, & præſtantiſſimis viris. quam interpretationem firmat Ierem. 48. verſ. 31. Aucariuſ : de aſſamentis, coaſſationibus. id eſt, valis, aſſeribus ſeu tabulis ſectilibus compactis & coaſſatis, Kirchareſeth meditabimini, id eſt, lugebitis.

SVPER MYROS COCTI-LATERIS.] Vocem קִיר-חַרְשֶׁת kir-chareſeth, appellatiue accepit : plerique alij nomen proprium vr̄bis præcipuæ Moabitarum eſſe volunt, de qua vide ſupra cap. 15. v. 1.

LOQUIMINI.] Hebr. futurum, meditabimini : muſſabitis : ingemiſcetis : obmurmurabitis : promitit : promouebitis : proferetis : loquimini : lamentabimini : lugebitis.

Plagas ſuas. Hebr. tantummodo, certo, profeſto, נֶכָּחַם necaim. ſi eſt à נֶכַח nachah, percuffi, ſaucij, læſi, afflicti : ſi à חָאָב chaab, attriti, contriti, perturbati, dolentes, affecti ægritudine animi. Quidam ad fundamenta referunt, alij ad viros lamentantes. Nos hunc locum vertimus ; ſummis-viris, vel fortiſſimis-viris Kir-Chareſetha meditabimini percuffis, vel percuffos. id eſt, ſummos viros eius vr̄bis caſos, & attritos reputabitis.

VERS. 8.

QUONIAM SVBVRBANA HESEBON DESERTA SVNT.] Hebr. Quia campeſtria, agris, campi, arua, Cheſbonis exciſum-fuit. id eſt vnumquodque aruorum, vel multitudo aruorum Cheſbonis exciſum-fuit. vide de ſignificato verbi אִמְלַל amalal in 1. Samuel. 2. verſ. 5. Alij reddunt : Quoniam vines Cheſbonis infirmata, debilitata ſunt. vel elanguent. Hebr. eſt diſcordia numeri & generis. nam שְׂדֵמֹוֹח sche-demoh eſt plurale fæmineum, & אִמְלַל amalal

ſingulare maſculeum. Sed SCHEDEMOTH verbo etiam ſingulari maſculo iungitur Habac. 3. verſ. 17. nimirum ob generalem vſum huius vocis.

VINEAM SABAMA.] Hebr. vitis Sibmah. vide de hoc oppido Numer. 32. verſ. 5. & 38.

DOMINI GENTIUM EXCIDERVNT FLAGELIA EIVS.] Alij ex Hebr. 1. Domini gentium contriuerunt optimas vites eius. 2. Domini gentium conquaſſauerunt furculos eius. vel percufferunt propagines eius. 3. Domini gentium. id eſt, gentes exteræ imperium occupantes, retundunt lætiſſimas plantas eius. id eſt, identidem calcant & atterunt. De voce שׂוֹרֶק ſorek, cuius hîc plurale ponitur, vide ſupra cap. 5. verſ. 2. Quidam cum Noſtro diſtinguunt : vineas Sibmah domini gentium conculcarunt, lætiſſima propagines eius vſque ad Iahazer pertigerunt, &c.

VſQUE AD IAZER PERVENERVNT.] Quidam : Iahzerem vſque attingunt. oppidum Meraritis aſſignatum ex tribu Gadis, Ioſue 21. verſ. 39. de quo vide Numer. 10. 21. v. 32.

ERRAVERVNT IN DESERTO.] Hebr. pererrauerunt deſertum. Alij : errauerunt vſque ad deſertum. vel errant, ſeu diſcurrunt per deſertum.

PROPAGINES EIVS RELICTÆ SVNT.] Hebr. emiſſiones eius libere dimiſſæ ſunt. Alij : 1. nobiles eius planta, vel ſurculi extenderunt ſe, diſſuderunt ſe, protenſæ ſunt : vel poſtrata ſunt. 2. palmites eius abiecti iacuerunt. 3. propagines eius euelluntur.

TRANSIERVNT MARE.] Alij : traiciunt mare. id eſt, ſelectæ propagines in alias regiones deportantur. Hac autem ſpecie vinearum ſynecdochicè comprehenduntur omnia facultatum & poſſeſſionum genera, quia vitiſus maxime præſtabat Moabi regio. Nonnulli huius verſus allegoria prophetam comparare volunt Moabitas ſurculis & propaginibus vinearum, quæ longe lateque emittuntur ; irridereque florentem ſtatum Moabitarum, qui aduentantibus hoſtibus huc atque illuc diſperſi, quidam ad vltimos fines regni profuguri erant ; alij per deſertum, quod Moabitis adiacet, vagi erant abituri, quidam verò mare mortuum tranſituri, vt ſaluti & rebus ſuis conſulere poſſent.

SVPER HOC FLORABO IN FLETU IAZER, VINEAM SABAMA.] Alij ex Hebr. 1. Idcirco florabo in fletu Iahazer, & in fletu vitis Sibmah. ſubaudi, Dicet quiſque Moabita, Idcirco florabo vna cum ciuibus Iahazer & ciuibus Sibmah. q. d. Deſtebo ſortem harum vr̄bium, quum audiero clades illarum. 2. Idcirco deſtebo fletum Iahzeris, & vitem Sibmah. 3. Propterea, id eſt, ob tantam calamitatem, in fletu meo deſtebo Iahzer, & vinea Sibmah.

VERS. 9.

INEBRIABO TE LACRYMA MEA HESEBON.] Alij : rigabo te, humectabo te lacrymis meis Cheſbon. id eſt, abunde te deſtebo & lacrymis perfundam. Scribitur irregulariter אִרְיֵךְ אֲרַיְיָנֵיךְ arajaneche, pro אֲרַיְיָנֵיךְ aranech, vt nimium & enormem fletum deſignet.

QUONIAM SVPER VINDEMIAM

TVAM,

TVAM, ET SVPER MESSEM TVAM VOX CALCANTIVM IRRVIT.] Hebr. quia super aestates tuas, & super decurtationes tuas celeusma cecidit. Alij: 1. quoniam super fructus tuos aestivos, & super messes tuas celeusma cecidit. vel iubilus hostium irruit. 2. quoniam de aestivis fructibus tuis, & de messe tua celeusma concidit. id est, intercidit vox clamantium & agitantium hilaria ex messe & fructibus perceptis: q. d. Perit & defecit lætitia, quæ in collectione fructuum, & messis esse solet, quum nulli sint fructus, nulla messes. **תתבדד** bedad, aiunt esse emissionem vocis liberam ac lætam, ovationem, carmen autumnale, seu vindemiæ, quod cantatur in torcularibus. Sic versu sequente. Alij, exclamationem lætam sine expressione verborum, iubulum, iubilatum, ut quando præ gaudio exclamamus voce incondita, nec verbis fit explicatio: nam esse tantum ejectionem vocis, seu emissionem hilarem & inconditam. Noster Ieremiæ 25. vers. 30. cap. 48. vers. 33. cap. 51. vers. 14. celeusma, conuertit, quod est propriè, hortamentum, seu præceptum, quod nautis seu remigibus datur: quod Virgilius graphicè describit Aeneidos 3.

Nauticus exoritur vario certamine clamor:  
Hortantur socij, Cretam proanosque petamus.

Vbi Sertius: [Celeusmaticum est hoc hemistichium. Et bene metro Celeusmaticus usus est, id est, Anapaestico trimetro hypercatalecto. Celeusma autem quasi præceptum.] Vtitur, ea voce Græca Martialis lib. 5. Epigrammate 67.

Lentos tingitis ad celeusma remos.  
Et lib. 4. Epigrammate 64.  
nauticum celeusma.

Hic celeusma militare nonnulli accipiunt: q. d. non quidem iubulus aut læta exclamatione calcantium vuas, seu vindemias agentium: sed barbaricus hostium clamor in terret: quæ interpretatio confirmatur ex verbis Ieremiæ 48. v. 32.

VERS. 10.

ET AVFERETVR LÆTITIA ET EXVLTATIO DE CARMELO.] Carmelus hic non est ille fortis Afer, de quo Iosue 12. vers. 22. nec alter ille fortis Iehudæ, Iosue 15. vers. 55. siquidem hoc loco agitur de terra Moab, à qua illi longe aberant: sed sumitur hic potius appellatiuè, pro agris seu campis, aut arvis fertilibus & frugiferis, ut supra cap. 10. vers. 18. vnde hic varie reddunt: 1. Et colligetur, seu deficiet gaudium, & exultatio de agro fertili. 2. Et detrahetur lætitia, & exultatio de terra, seu valle frugifera. 3. Sublatum autem fuit gaudium & exultatio de agro culto, seu frugifero, aut feraci. vel ab ubere campo. 4. Et intercepta est lætitia & exultatio ex arvis.

ET IN VINEIS NON EXVLTABIT NEQVE IVBILABIT.] Alij: ex Hebr. 1. & in vineis non cantabitur, neque iubilabitur. 2. & in vineis non ouabitur, nec triumphabitur. 3. & in vineis non iubilatum est neque acclamatum. 4. & in vineis nec cantabitur vlla cantio, nec iubilabit quisquam, 5. & in vineis non cantatur, neque agitur vociferatio.

VINVM IN TORCVLARI NON CAL-

Maluenda, In libr. Isaia,

CABIT QVI CALCARE CONSVERRAT.] Hebr. vinum in torcularibus non calcabit calcator. id est, non calcando exprimet. Ego reddidi: vinum in lacus non viabit vians. id est, per canales non deducet seu diriget aut influere faciet in lacus.

VOCEM CALCANTIVM ABSTVLLI.] Hebr. celeusma cessare-feci, vel quiescere-feci. seu facio, ut cesset. id est, non possum ferre: luctum potius quam lætitiā impero. Rectius expones, sustuli omnem vindemiam, ut nullum possit esse in ea celeusma, seu acclamatio; ut precedente versu.

SVPER HOC VENTER MEVS, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum reddunt: 1. Idcirco viscera mea instar citharæ remurmurant propter Moab: id est, ob calamitatem, quæ accidet ipsi Moab: & venter meus ob Kir-cheres. 2. Idcirco viscera mea propter Moabum tanquam citharæ perstreperunt, & in teranea mea propter Kir-cheresum. id est, ego ex intimis visceribus meis conturbatus, ut citharæ verberata & pulsata, sonitum luctus mei ad populares meos effero: metaphora ab iis, qui dolores ventris & intestinorum patiuntur, quibus interanea obgrunniunt ac perstreperunt.

VERS. 11.

ET ERIT, QVVM APPARVERIT, &c.] Alij ex Hebr. 1. Quum autem conpertum fuerit fatigatum esse Moabum, subaudi rogando, iuxta excelsum: id est, quod defessus sit Moab rogando & plorando iuxta altare constructum in honorem Dei sui in colle: tunc conabitur ingredi sacrarium eius: scilicet Dei sui, ut oret eum; & non poterit illuc ire præ fatigatione. 2. Fiet autem ut Moab videns frustra se laborare in suis excelsis, proficiscetur ad sanctuarium suum, ad orandum, sed non poterit. quidquam obtinere. 3. Futurum est autem quum apparuerit, scilicet malum hoc, quod prædico, quod defatigatus Moab, super excelsum velit conscendere, ut veniat ad sanctuarium suum ad deprecandum, & non poterit. vel neque valeat. scilicet ascendere aut venire præ lassitudine. 4. Itaque erit, quum perspicuum erit fatigari Moabum in excelsu suo, & veniens ad sanctuarium suum, id est, templum idolorum suorum, deprecatum, nihil tamen poterit. 5. Hispanicus Interpres: yacaecera que quando Moab pareciere que est cansado sobre los altos. id est, de ir y venir à los lugares de su idolatria en vano; entonces vendra à su sanctuario, scilicet, de Iehoua, y no podra. id est, tan poco alcanzara loque pedir.

VERS. 12.

HOC VERBVM, QVOD LOQVVTVS EST DOMINVS AD MOAB, EX TVNC.] Alij: 1. Hic est sermo, quem loquutus est hætenus Iehoua super Moab. id est, hæc est prophetia quam prædixerat iam olim, iam pridem Iehoua de Moab, hoc est, longe ante hanc eius euerfionem: nunc autem euenturam dicit ante triennium. q. q. multo antequam fieret. 2. Istud est verbum, quo alloquutus fuerat Iehoua Moabum, inde ab illo tempore. ex quo nimirum Moabitæ venerant in potestatem Dauidis, 2. Samuel. 8. vers. 2. Conclusio prophetiæ de Moab, continens primum definitionem

VERS. 13.

Q tione

tionem temporis, ex quo facta est cum Moabitis contestatio, quæ præcessit inde à versu 1. huius capituli: deinde illius temporis, intra quod Deus iudicium suum ante denuntiandum effecturus erat, sequente versu.

VERS. 14.

IN TRIBVS ANNIS, &c.] Alij ex Hebr. 1. In tribus annis tanquam annis, vel intra tres annos similes annis mercenarij, vilipendetur gloria Moab in omni populo multo: & residuum paucum pusillum, non forte. 2. In tribus annis, quales sunt anni mercenarij, paruifiet gloria Moab cum omni strepitu multitudinis, & reliquum erit modico minus, non copiosum. 3. In tribus annis, velut annis mercenarij, vilescet gloria Moab cum omni pompa eius, quæ multa est: & reliquæ plusquam pauca erunt, atque hæc inuolida. 4. Tremellius & Iuanius: Intra tres annos, ut sunt anni mercenarij, vilis reddetur gloria Moab cum tota sua multitudine maxima: ita ut residuum sit paruum, minus pusillo inuolidum. Exponunt, [Intra tres annos, ab hac prophetia, quam in principio regni Chizkija denunciata esse indicamus ex cap. 14. v. 28: nam quod alij tres hosce annos putant incipere, ex quo Samaria cepit obsideri, id est, ex anno quarto Chizkija, præter morem Scripturarum est. Fefellit autem eos, quod existimabant Schalmam. Eferem tum demum Moabitas inuolasse, quum Samariam expugnasset: nos autem potius in hac sententia sumus, agrum Moabitarum ab illo occupatum esse, quum ad oppugnandum Samariam venisset, ne quid à tergo reliqueret quod sibi damnosum esset, aut copiis suis.] Ita illi. Sed si hæc vere subsistunt, diuersa erit hæc prophetia ab illa Ieremiæ 48. in Moabitas, contra quam omnes fere sentiant: nam Ieremias recte quidem Moabiticam vastationem describere potuit quam Salman-Eser intulerit: prædicere aut venturam prophetare non potuit: nam contigit multo antequam Ieremias nasceretur. Quidam hunc locum accipiunt, ut post tres annos ab hac prophetia,

Sancherib euerterit Moabitas, nempe anno 14. Chizkijæ. Sed neque hanc prædicere potuit Ieremias. Quocirca alij tutius acquiescendum putant in verbis S. Hieronymi [Potest & de Babylonica captiuitate prædici, quod post captam Ierusalem, transitis trium annorum circulis, Moab à Chaldeis vastanda sit.] Sed Iosephus. 10. Antiquit. cap. 11. non nisi quinto anno post excidium Ierosolymitanum, à Nabuchodonosoro bellum aduersus Moabitas gestum, eosque perdomitos refert, ut sunt anni mercenarij, id est, præcise ad illud tempus, quod præfixit Deus, cui neque addetur, nec diminuetur quidquam. q. d. intra hos tres annos certos & præfixos nec plures nec pauciores: mercenario enim certum tempus præstituitur, neque patitur sibi aliquid addi, neque conductor quidquam demi patitur: sic infra cap. 21. v. 16.

AVFERETVR GLORIA MOAB.] Heb. leuifiet, leuipendetur, denastabitur, reddetur-vilis, proprie, torrefiet: aliquis, vertetur in ignominiam, gloria, honor, splendor, dignitas, excellencia, Moabi.

SVPER OMNI POPVLO MVLTVO.] Heb. in omni multitudine multa, id est, quæ posita est in magno populi numero. Alij; in tota multitudine eius quamuis multa. חמון hamon, multitudo, copia, turba, strepitus, tumultus, vulgus. Possit hic accipi pro copia, opibus, diuitiis, ut Psal. 36. v. 16. & Eccles. 5. v. 9. Non satis aptè quidam exponunt actiue: in omni turba illa magna & multa. exercitus Assyriorum.


ET RELINQVETVR PARVVS ET MODICVS.] Heb. & reliquia, residuum, reliquum, restans, paucum, paruum, vel modico minus. seu paucum, pusillum, plusquam paruum, paruum minus pusillo; Vide similem loquutionem supra cap. 10. v. 25.

NEQVAQVAM MVLTVS.] Heb. לא כריב lo cabbir, non multiplex, multus, copiosus, validus, fortis, potens: Vide in Iob. 8. v. 2.

## CAPVT XVII.

Vastatis Damascenis auxiliaribus populi Israel, similiter & Israel vastabitur, quia oblitus est Dei saluatoris sui, ad quem calamitate pressus reuertetur: & vix persecutoribus populi Domini denuntiatur.


Vulg.

1  Nus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut acernus lapidum in ruina.

2 Derelictæ ciuitates Aroër gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat.

3 cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquia Syria si-

Malu.

1  Euanda Damefek. Ecce Damefek discedere factus de vrbe acernus casus.

2 Derelictæ vrbes Gharogher: gregibus erunt, & accubabunt, & non contremefaciens.

3 Et cessabitur munitio de Ephraim, & regnum de Damefek, & reliquia a Syria Aram:

cut gloria filiorum Israel erunt: dicit Dominus exercituum.

4 Et erit in die illa: attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis eius marcescet.

5 Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget: & erit sicut quarens spicas in valle Raphaim.

6 Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio olea duarum, vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius: dicit Dominus Deus Israel.

7 In die illa inclinabitur homo ad Factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient:

8 & non inclinabitur ad altaria, que fecerunt manus eius: & que operati sunt digiti eius non respiciet, lucos & delubra.

9 In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelicta sicut aratra, & segetes que derelicta sunt à facie filiorum Israel, & erit deserta.

10 Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.

11 In die plantationis tuae labrusca, & manè semen tuum florebit: ablata est messis in die hereditatis, & dolebit graniter.

12 Vae multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum.

13 Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate.

14 In tempore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & non subsistet: hæc est pars eorum, qui vastauerunt nos, & fors diripientium nos.

Aram: sicut grauitas filiorum Israelis erunt, Fidelis sermo IHVH TZEBAOTH.

4 Et erit, in die ipsa ex haurietur grauitas Iaghakob, & pinguedo carnis eius <sup>b</sup> attenuabitur.

5 Et erit, sicut colligere <sup>c</sup> decurtationem stantem - segetem, & brachium spicas <sup>d</sup> decurtabit, & erit sicut colligens spicas in valle rephaim.

6 Et relinquetur in eo racemationes, sicut decisio oliuæ, duo, tria grana in capite verberis: quatuor quinque in prominentiis eius fructifera, Fidelis sermo IHVH ELOHIM Israelis.

7 In die ipsa respiciet - blandè homo super facientem suum: & oculi eius ad sanctum Israelis <sup>e</sup> videbunt.

8 Et non respiciet - blandè ad altaria, facturam manuum eius, & quod fecerunt digiti eius, non videbit, & lucos, & Chamanim:

9 In die ipsa erunt vrbes obfirmationis eius, sicut derelictio rami, & verberis, <sup>f</sup> quod dereliquerunt de faciebus filiorum Israelis: & erit afflatio.

10 Quia oblita - fuisti ELOHIM salutis tuæ, & petra obfirmationis tuæ non recordata - fuisti: super sic plantabis plantationes <sup>g</sup> iucunditatum, & <sup>h</sup> incisionem alieni seminabis eum.

11 In die plantationis tuæ crescere - facies - amplè, & in mane semen tuum <sup>i</sup> florificare - facies: aceruus <sup>k</sup> messis in die hereditatis & <sup>l</sup> dolor desperatus.

12 Hoi multitudo populorum multorum, sicut <sup>m</sup> sonitus marium sonabunt: & obruitio populorum sicut obruitio aquarum multiplicium <sup>n</sup> obruentur.

13 Populi sicut obruitio aquarum multarum obruentur, & increpabit in eo, & fugiet de longinquitate, & persecutionem - patietur sicut emunctio montium, faciebus venti, & sicut conuolutio <sup>o</sup> faciebus turbinis.

14 P Tempori vespere, & ecce subitus - terror, in ante mane non is: ista <sup>q</sup> pars diripientium nostrorum, & fors <sup>r</sup> depradantium.

<sup>b</sup> macrescet

<sup>c</sup> decurtatione, messe

<sup>d</sup> metet

<sup>e</sup> spectabunt

<sup>f</sup> quas

<sup>g</sup> iucundationum  
<sup>h</sup> sarmen-  
tum, vt Num-  
meror. 13.

v. 24. putamen

<sup>i</sup> efflorescere,  
getminare  
<sup>k</sup> decurtationis

<sup>l</sup> cruciatus  
m plurale,  
vel infinitum,  
sonare

<sup>n</sup> irruent.  
sic v. 13.

<sup>o</sup> diripiunt.  
ad facies

<sup>p</sup> Ad tempus

<sup>q</sup> portio

<sup>r</sup> spoliantium,  
conculcantium



## COMMENTARIA.

VERS. I.



**NVS DAMASCI.]** Alij: *Prophetia Daminesek*, vel *onerosa-prophetia Damasci*. Notant, Et si propheta hoc capite non Damascenis tantum, sed Iisraëlitis etiam (quibuscum fœdere iuncti erant) Dei iudicium denuntiat: non dubium est tamen quin ad Damascenos plurimum pertineat: quia propheta consilium fuit Damasci ruinam per comparationem Iisraëlis confirmare: quasi dicat, Non esse cur Damasceni meliora sperent, cum ne suis quidem Iisraëlitis amplius sit parsurus Deus. Continentur itaque hoc capite, primum propositio summa euenturi iudicij in utroque, tribus versibus; deinde enarratio illius iudicij, tribus sequentibus; postea confirmatio à peccatis illorum, tribus aliis; denique conclusio summam superiora complectens, versu 10. & 11. Quod autem ad tempus attinet, quo hæc prophetia completa est, non obscurum est ex verbis prophetae, vers. 1. nam Iisraëlitæ priores expugnati sunt 2. Reg. 17. deinde verò Syri (qui consilia cum Iisraëlitibus communicauerant) eadem opera cum illis deportati, quod per synecdochen ex 2. Reg. 17. intelligendum est. Capta quidem fuerat Damascus à Tiglath-Pileserè ante annos aliquot, & Syria occupata 2. Reg. 16. vers. 9. sed tum demum diruta est per Schalmam-Eserem, & incolæ deportati in Kirum, quum Iisraëlis regnum euersum est: quod sexto ferme, quintoque anno post hanc prophetiam accidit: vide 2. Reg. 16. vers. 9. & cap. 18. vers. 9. & 10. Alij ad tempora Nabuchodonosori per euersam Ierusalaim hanc prophetiam pertinere existimant, siquidem eadem sit cum illa Ieremiæ 49. vers. 23. quod nobis minimè probatur.

**DAMASCI.]** De hac insigni vrbe vide in Genes. 14. vers. 15. Quidam hic accipiunt Damasci & Iisraëlis, syllepticè: sed nominatim Damasci prophetiam appellari, cum propter eam causam, quam supra attigimus, tum quia Damasci ruina posterior fuit, ac proinde priorem illam Iisraëlis complectitur.

**DESINET ESSE CIVITAS.]** Hebr. *ablatus à ciuitate*. Quidam: *amouebitur ne sit ciuitas*.

**ET ERIT SICVT ACERVVS LAPIDVM IN RVINA.]** Hebr. *& erit sicut acervus, cumulus, tumulus, casus, ruina*. id est, ruderum, qualis esse solet in ruinis ædificiorum.

VERS. 2.

**DERELICTÆ CIVITATES AROER.]** De Aroer vide in Numer. 32. vers. 34. nam ridiculum est, quod quidam hanc ab illa distinguunt. Exponunt, *Derelictæ ciuitates Haroheris, &c.* id est, totus tractus trans Iardem (qui suis incolis Reubenitis, Gaditis, & Menaschitis per Tiglath-Piliserem exhaustus fuit 2. Reg. 16. vers. 9. & 1. Chronicor. 5. v. 26.) propter defectiones quidem Damasci & Iisraëlis conturbatur, commeantibus & remean-

tibus Assyriorum copiis, adeo vt miseris incolis non sit integrum in agro suo pascere: sed adueniens Schalmam-Eser sibi consulat dispendio vestro, ne amplius copiam transmittendæ sint, nam munitiones euertet, & rebelles deportabit. Sic fiet vt regio trans Iardem (quæ intermedia est) liberata milite libere depascatur, vt est alioqui pascuosissima, Numeror. 32. Nonnulli Hebræorum AROER hic appellatiue capiunt ex significatione *gharghar*, myrica, & sic appellari hic Damascum ciuitates aroer id est, myricæ, quia futura erat vt myrica in deserto. vide Thesaurum Sanctis column. 2125.

**GREGIBVS ERUNT.]** Alij: *pro gregibus erunt*. id est, libere in eis pascere poterunt greges, & ciuibus, & externo hoste nudatis. Nonnulli: *in caulas erunt*. scilicet, desertæ habitatoribus erunt ouium caula.

**ET NON ERIT QUI EXTERREAT.]** Hebr. *& non perterrefaciens, vel tremefaciens*. Quidam: *ubi recubantes nemo exeret*. vt nunc exterretur frequente milite, vel habitatore.

**ET CESSABIT ADIVTORIVM AB EPHRAIM.]** Nos, quia verbum est ex Niphal, passiuè reddidimus: *Et cessabitur*. Alij: *& desinet*, seu *desinet enim munitio, vel munimentum ab Ephraim*. hoc est, regnum Ephraimi, seu Iisraëliticum carebit suo propugnaculo, capta Samaria.

**ET REGNUM A DAMASCO.]** id est, neque Damascus erit post hac regia regnum Syriæ: q. d. Regnum Iisraëliticum & Damascenum extinguentur.

**SICVT GLORIA FILIORVM IISRAEL ERUNT.]** id est, vt regnum & munitiones Iisraëlis, denique omnia, de quibus gloriantur, eripientur ipsis, idem quoque Damasco continget.

**ET ERIT IN DIE ILLA ATTENUABITVR GLORIA IACOB, &c.]** Quidam: *Erit autem tempore illo, quo attenuabitur gloria Iacob, & pingue carnis eius emaciabitur*. *Erit inquam, perinde ac si colligent, &c.* Ergasia promissionis, vt in vers. 1. diximus, per similitudines euidentissimas.

**ET ERIT SICVT CONGREGANS IN MESSE QVOD RESTITERIT.]** Alij ex Hebr. 1. *Et erit sicut colligit messor segetem*. 2. *Et erit hostis Assyrius, sicut qui colligit messem segetis*. 3. *Et erit ac si quis congregaret messem stantem*. 4. *Erit, inquam, perinde ac si colligeret vir messis, seu messor segetem*. *קמח קמח, seges erecta, surrecta, adhuc stans*: vide in Exod. 22. vers. 6. Sensus huius versus hunc esse aiunt, id est, accuratissime Iisraëlitæ, & Syros metet ac colliget Assyrius, quos deportet in regionem suam.

**IN VALLE SEV CONVALLE RA- PHAÏM.]** prope Ierusalaima: de qua vide

VERS. 3.

VERS. 4.

VERS. 5.



vide in Iosue 15. versu 8.

VERS. 6.

ET RELINQUETUR IN EO SICVT RACEMVS.] Hebr. *Et relinquetur in eo racemationes.* Discordia numeri. verbum singulare cum supposito plurali. id est, vnaquæque ex racemationibus, quod fit ad sensus incrementum. id est, vna aut altera racematio, paucissimi racemi, vt sequentibus explicatur. q. d. relinquetur perexiguus incolarum numerus, quem tamen ipsum deportauit postea Esar-Chaddon, vt iam antea obseruauimus, in cap. 7. vers. 8. & in cap. 9. vers. 11. & 21. quod sequentia etiam confirmant: vide infra vers. 9.

ET SICVT EXCVSSIO OLEÆ.] *קפוי nokeph, decisio, decussio, excussio, strictura oliua, seu olea.* id est, olearum extrema decussio, & quasi excisio. Qui dam: *vt quum stringitur olea.* Sic infra cap. 24. v. 13.

DVARVM VEL TRIVM OLIVARVM IN SYMMITATE RAMI.] Alij: *1. duo vel tria grana in summitate rami.* Subaudi, altioris siue excelsi, id est, verberis, qui extremus est ramus in summitate arboris. *2. dua aut tres bacca in cacumine rami.* vel *in supremis ramis.* *3. dua tresve bacca in vertice summi rami.* Latini *verber* appellant ramum in summa arbore, seu extremum rami. Sic infra vers. 9.

SICVT QUATTVOR AVT QVINQVE IN CACUMINIBVS EIVS, FRVCTVS EIVS.] Alij ex Heb. *1. Aut quatuor vel quinque racem in cacuminibus eius fructus.* vel *in expansis-ramis eius fructus.* Genitiuus est, *fructus*, ramos fructus vocat, ramos frugiferos. *2. quatuor aut quinque bacca in prominentiis eius,* id est, in ramis prominentibus eius, *fructificans,* vel *fructificans.* *3. quatuor aut quinque in ramis ipsius fructifera.* Quidam hanc partem ita reddunt: *similis quoque distringenti oliuam, qui reliquas facit duas aut tres baccas in summo fastigio, quatuor autem vel quinque in ramis eius frugiferis.*

VERS. 7.

IN DIE ILLA INCLINABITVR HOMO AD FACTOREM SVVM. Alij: *Tempore illo, respiciat homo ad opificem suum, &c.* Confirmatio denuntiati istius iudicij ab obduratione populorum, quibus interminatur Deus. Hanc autem obdurationem & peruicaciam in malo grauissime propheta denotat mandati diuini repetitione: qua ostenditur illos, ne tum quidem ad bonam frugem reuersuros, quum atrocibus iudiciis ipsos monuerit seuerus Deus; propterea mandatum peruicacibus, licet frustra, in culcari insuper oportere. Quare imperatiue potius quam in futuro reddunt, *respiciat homo, &c.* vt etiam sequentia, verba huius & sequentis versus.

*inclinabitur homo.* Notant verbum *שחגב* *schaghab* quando construitur cum particula *ל* *ghal* supra, vt hic; esse, *inniti, incumbere, fulciri, sustentari: innitetur, incumbet, sustentabitur super factorem suo.* Sequentem autem versu construitur cum *ל* *el,* *blande-respiciet, cum quodam fauore & propensione ad aras.* Vide Genes. 4. v. 4.

VERS. 8.

LVCOS.] Vide in Deuteronom. 7. v. 5.

ET DELVBRA.] *chammanim.* varie hinc

reddunt: *1. & aprica-loca. 2. solaria 3. imagines solis. 4. simulacra. 5. subdiales statuas:* Vide in Leuit. 26. v. 30.

IN DIE ILLA.] Alij: *sed tempore illo.* nimirum, quum aduentante hoste, non respicient ad Deum, sed potius ad idola sua; quæ tum Syris & Israëlitis communia erant.

CIVITATES FORTITVDINIS EIVS.] Hebr. *urbes roboris, firmitudinis eius.* Alij: *ciuitates robusta eius.* seu *munitissimæ, fortissimæ.* Nonnulli: *ciuitates presidij eius.*

DERELICTÆ SICVT ARATRA ET SEGETES.] Varie alij ex Heb. *1. sicut derelictio virgulti & rami.* vel *& verberis,* seu *frondis.* id est, similes paucissimis fructibus relictis in ramis inferioribus, & superioribus. *2. vt dum relinquitur virgultum & fastigium arboris.* *3. similes derelicto virgulto summoque ramo.* id est, reliquia Syrorum & Iisraëliitarum erunt abiectissimæ, vt quum putato ligno tenuia virgulta, cremiaque breuissima omittuntur à lignatoribus. Hispanicus *interpret: como los frutos que quedan en los pinpollos y en las ramas.*

QVÆ DERELICTÆ SVNT A FACIE FILIORVM ISRAEL.] Alij: *& id, quod dereliquerunt à facie filiorum Israel.* *2. quando dereliquerunt ciuitates Chanahanai a facie filiorum Israelis.* *3. & sicut vrbes.* vel *similes urbibus, quas deseruerunt Chanahanai a facie filiorum Israelis.* Id est, deserentur, & paucissimæ remanebunt intactæ: deserentur, inquam, non aliter quam Chanahanai deseruerunt vrbes suas ad aduentum filiorum Israel. Aliena & longe petita interpretatio. *4. quas dereliquerint Assyrii, propter filios Israelis.* His verbis vtitur propheta respiciens ad consilium Dei, qui totum Iisraelem noluerat Assyrio tradere, sed partem conseruauerat, vt tempus ipsis ad relapsendum concesserat: vide supra vers. 6. Sed quia hæc interpretatio merito nobis suspecta visa est supra cap. 7. vers. 8. aptius erit intelligere, ciuitates munitissimas desertas ab Israelitis, remansisse penitus desolatas, vt subditur.

ET ERIT DESERTA.] Hebr. *& erit afflatio,* vel *stupenda-desolatio.* id est, tota terra Israelis manebit desolata, & deserta. Et nomen abstractum ingentem & extremam vastitatem demonstrat.

QVIA OBLITA ES DEI SALVATORIS TVI, &c.] Conclusio huius prophetiæ per apostrophem ad Iisraëlitam, quibus suum peccatum exprobratur, & pœna indicitur.

SALVATORIS TVI.] Hebr. *salutis tuae.* exponunt, id est, qui te semper, atque adeo à recente periculo cuius modo meministi seruauit integram atque conseruauit.

ET FORTIS ADIVTORIS TVI.] Hebr. *& petra roboris tui.* Alij: *1. & rupis munitiois tuae.* *2. & petra fortissima & firmissima tua.* id est, Dei robustissimi. *ל* *izur* *petra* proprium epithetum Dei, vt Deuteronom. 32. vers. 4.

PROPTEREA PLANTABIS PLANTATIONEM FIDELEM.] Facile quisque intelliget Nostrum cum *Aleph* legisse hic *ד'נזנז*

Q 3 *neemanim,*

VERS. 10.

neemanim, plantationes fidelium, seu fidelitatem. At Hebræa nunc constanter habent: plantationes, נַחְמָנִין naghmanin, cum Ghain. Quod diuersimodè exponunt: 1. propterea plantabis plantas incunditatum. id est, iucundissimas. 2. propterea plantabis plantationes pulchrarum, subaudi, plantarum: vel plantas elegantes. 3. idcirco ut vi plantaueris plantas amœnorum fructuum. seu amœnissimas. id est, regionem tuam colueris, & studiosissime confirmaueris, vt certum ex ea fructum percipias.

ET GERMINALIUM SEMINABIS.] Diuersimodè alij ex Hebr. 1. & palmitem alienum seminabis illud. vel seres eum. seu & palmitem regionis, vel vitis aliene seres.

EVM.] id est, vitem optinam allatam è regionibus remotissimis plantabis. vsus est his duobus verbis, plantabis, & seminabis: quod plantæ proueniant tam ex plantatione, quam ex satione. 2. & infusionem alieni conferes eum. scilicet, agrum tuum. 3. & surculum, seu propaginam, alieni inferes eum. id est, surculum exoticum, seu vitem exquisitissimam aduectam ex regione remota. 4. & palmitem aliene, seu alius alterius, scilicet plantæ, vel speciei, aut regionis, inferes ei. 5. & palmitem peregrino inferes ei. 6. & sarmentum alieno conferes ei. 7. & palmitem à longinquis ductum plantabis tibi. 8. etiam palmite extranei, siue extraneo conserueris ipsum. id est, palmite exquisitissimo, vt exotica non nisi pretiosa afferuntur. 9. Hispanicus: y sembraras sarmiento extraño. id est, generoso, trahido de lexos.

VERS. II. ] IN DIE PLANTATIONIS TVÆ, LABRVSCA.] Rationem huius translationis, cum eruditissimo quoque nos nescire fateri malumus, quam cum aliis inepta & ridicula comminisci. Heb. varie accipiuntur: 1. In die plantationis tuæ crescere facies. subaudi plantam tuam. id est, quo die plantaueris vitem, vel vineam tuam, virgultum tuum, quod plantaueris, magnum accipiet incrementum. q. d. Initio omnia tibi ex voto succedent, eruntque priora felicia: & postea pœnas lues, incidetque in summas ærumnas, & calamitates. 2. In die plantationem tuam amplificabis multum. vel multiplicabis vehementer. Verbum geminatum שִׁשְׁבַּע sighsagh, in Pihel intendit significationem, vt Latinis verba frequentatiua. Exponunt. In die, hodie, primo quoque tempore, statim initio augebis plantationem tuam, germinabunt arbores, multiplicabuntur palmites, & ingens spes erit infiniti fructus. 3. Quo die plantabis, magno quidem studio satages. Plerique intransitiuè exponunt: cresces, augetes, multiplicaberis, amplificaberis, condensaberis valde.

ET MANE SEMEN TVVM FLOREBIT.] Alij: 1. & in mane semen tuum germinabit. Incommodè, nam verbum in secunda persona est masculinum, at in tertia fœmineum, & semen masculinum. 2. & post die semen tuum germinare facies. 3. & mane quum conseris, curabis vt fructum edat.

ABLATA EST MESSIS IN DIE HEREDITATIS, ET DOLEBIT GRAVITER.]

Varie alij ex Heb. 1. at commotio rami in die percussione infirmantis, vel plaga agritudinem efficientis. 2. at agitatio planta erit in die plaga dolorosa, seu doloris plena, & doloris desperati, id est, summi & exitialis. 3. at aceruus, cumulus, messis in die hereditatis, vel possessionis, & dolor desperatus. 4. recedet messis in die hereditatis, & sicut dolor desperatus. 5. at recedet messis in die hereditatis, & erit dolor desperabilis, id est, euanescet messis, quo die eam hereditate & possidere debebas. q. d. Pulchre omnia inchoabit, & male fluent. 6. & agitatio rami erit tempore plaga grauis & doloris desperati. q. d. postea planta illa agitabitur vento, & ita rumpetur, dies autem, quo accidet hoc non carebit dolore maximo. 7. at quo die metendus & possidendus erit fructus amulatim demeres dolorem desperatum ac ærumnosum. 8. at commotus, agiturus est, seu commouetur ramus, seu planta in die agra, infirma percussione, & erit dolor desperatus. q. d. Plantationes seu plantæ illæ amœnæ, quarum superiore versu meminerat, quas ab initio plantauisti, quasque magna cura curasti, vt adolescerent, & fructum progerminarent; adueniet dies, quo grauitè percussæ agitantur, & confringentur: id est, vniuersa tua prosperitas concidet: vnde erit tibi dolor desperatus, incurabilis, insanabilis. Tremellius & Iunius ita hunc versum exponunt: Quo die plantasti, curaueris vt adolescat, etiam mane ipso feceris vt semen tuum efflorescat: acervus messis erit die agra plaga, seu, agritudinis & doloris mortiferi. id est, quidquid, quocunque studio, & quantacunque copia præparaueris, aduentu Assyriorum momento vno consumetur, tanquam si numerosa castra nanciscerentur paruulum acervum tritici, vnde tolerarent vitam, die agritudinis, &c. id est, obsidionis, vastationis, & ruinæ tuæ per Assyrium. Vide Thesaurum Sanctis Colum. 709.

ABLATA EST.] נָדַד ned, accepit pro participio verbi נָדַד nud, amovus, emigrans. Alij pro nomine capiunt, aceruus, cumulus, vt Exod. 15. v. 8.

Messis. קִצִּיר kazir, propriè; decurtatio, messis, demessio: alij pro ramo, plantario accipiunt, vt Psalm. 79. v. 12 & Hoseæ 6. v. 11.

In die hereditatis. נַחְלָה nachalah; plures nunc seruire faciunt, & participium Niphali verbi חָלָה chalah, vel nomen substantiuum esse putant, in die agra, infamia, scilicet plaga. vel agritudinis. vt Nachum 3. v. 19.

Et dolebit. Legit כָּאֵב chaab: & dolebit: nunc exemplaria omnia כָּאֵב cheeb, habent, & dolor, cruciatus.

Graviter. אֲנֹשׁ anusch, desperatus, deploratus, ægerrimus, mortiferus, lethalis, grauissimè affectus, insanabilis.

VÆ MULTITVDINI POPVLORVM MVL- VERS. 12. TORVM, &c.] Tres hos postremos huius capituli versus plerique de Assyriis capiunt, quos postquam eorum opera Deus ad deuastandos Syros, & Israëlitas vsus fuerit, etiam perditurus sit vt suprâ etiam cap. 10. vers. 5. & sequentibus. Nonnulli persisti volunt in onerosa prophetia aduersus Damascenos, & Israëlitas. Tremellius & Iunius hinc nouum caput

caput ordiuntur, eique totum sequens caput continue affluunt: atque hæc annotant ad vers. 1. [*Etsi huic capiti nulla apposita est inscriptio, tamen non dubitamus, quin de Assyriis & Æthiopicis sit accipiendum,*] cum ita plane postulet gentium, factorum, iudiciorumque descriptio, qua propheta utitur. Sunt itaque huius capitis partes præcipue tres: Prima est, prophetia contra populos Sancheribo militantes, tribus versibus; Secunda prophetia contra Æthiopas, quam Deus certo consilio per anticipationem inferi hoc loco voluit, ne forte Iudæi cogitarent fore ut per illum ab Assyrio liberarentur, duobus versibus: Tertia est narratio, qua Deus sibi vni vendicet liberationem populi sui, ultionemque de hostibus, & sibi accepta hæc ferri postulabat. Inde ad finem vsque capitis, nempe vsque ad finem capitis 18. Vnde versum hunc primum ita reddunt: 1. *Va multitudi- ni populorum, qui sicut perstrepere solent maria, perstrepunt, & tumultuantibus nationibus, qua tumultuatione, qualis est aquarum validarum, tumultuantur.* id est, *Va multis illis populis, qui in Assyriorum castra conuenerant, ut Sancheribo militarent, cum bellico apparatu maximo, quod propheta figurat eadem similitudine, quam adhibuerat supra cap. 8. v. 7.* 2. *Heus multitudo populorum multorum instar maris tumultuantium. & strepitus aquarum immanium fremunt.* 3. *Va multitudi- ni populorum multorum secundum fremere marium, vel sicut fremunt maria, fremunt; & fremitus populorum sicut fremitus aquarum validarum irruent.* id est Syri & Israëlita magno impetu irruent in Iehudæos, supra c. 7.

ET TUMULTVS TURBARVM, SICVT SONITVS. ] Hebr. utrobique est idem nomen, *שחון* schaon, proprie, obruitio, ruina, irruptio, precipitium, concussio, deuastatio, & per metalepsin, sonitus, fragor, tumultus, strepitus, sonus, qui ubi profunditas est, & precipitium, ruinam subsequitur. vide supra c. 5. v. 14. sic versu sequente.

POPVLI SICVT SONITVS AQVAVM INVNDANTIVM, &c. ] Hunc versum quidam ita reddunt: *Va etiam multitudi- ni nationum secundum tumultuationem aquarum multarum tumultuantium, quum increpabit ipsum, ut fugiat ultra longinquum, seu quam longissime, & persecutionem patietur, vel nam agitabitur, ut gluma montium coram vento, & rota coram turbine.* Exponunt, *increpabit ipsum, &c.* id est, cohibebit subito, ut verbo cohibet mare: quod increpatione Scriptura designare solet, ut Psalm. 105. v. 9.

SICVT PVLVIS. ] *ויד* motz, proprie, emunctio, expressio, gluma, &c. Vide in Psalm. 1. v. 4. Hispanicus Interpres, *tamo.* aptè.

MONTIVM. ] quia supra montes magis raptantur glumæ, quod ibi vehementius perflent venti.

ET SICVT TURBO CORAM TEMPESTATE. ] Hebr. & sicut rota, sphaera ad facies turbine. Forsterus, Leo Iudæus & Forerius: & sicut globus ante turbine. vide in Psalm. 82. v. 14.

IN TEMPORE VESPERE, ET ECCE TURBATIO. ] Alij: *Tempore vespertino, ecce terror.* misso videlicet angelo Iehouæ 2. Regum 19. v. 15. & Paralip. 32. v. 21. & infra cap. 37. vers. 36.

IN MATVINO, ET NON SVB- SISTET. ] Alij: 1. *antequam vero aurora oria- tur, nusquam apparebit.* 2. *quum nondum illu- xerit mane, nemo aderit.* cæsis centum octoginta quinque millibus, & aliis fuga dilapsis: ibidem. Alij exponunt, Syri & Israëlita quam celerrime, breuissimo tempore perdentur, vna nocte delebuntur.

HÆC EST PARS EORVM, QUI VASTA- VERVNT NOS, ET SORS DIRIPIENTIVM NOS. ] Alij ex Hebr. 1. *Hæc est pars depradantium nos, & sors diripientium nos.* 2. *Hæc est pars proculcantium nos, & sors diripientium nos.* Epiphonema ad populum Dei.

CAPVT XVIII.

*Aduersus Egyptios qui Iudæos pellexerant ad confidendum in ipsis. additur consolatio populi Iudaici de reditu ad Ierusalem.*

Vulg.

Malu.

**V**æ terra cymbalo alarum, qua est trans flumina Æthiopia,  
 2 qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam; ad populum terribilem, post quem non est alius; ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius:

**O** terra umbræ alarum, quæ de trans<sup>a</sup> fluuiis Chus:  
 2 Mittens in mari legatos, & in vasis iunei super facies aquarum: ambulate nuntij leues ad gentem tractam, & depilatam, ad populum timendum de ipso & ultra: gentem lineæ-lineæ, & conculcationis, cuius diripuerunt fluuij terram eius.

3 Omnes

3 Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis:

4 quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam: & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes voris in die mensis.

5 Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & praecedentur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur: & excutientur.

6 Et relinquentur simul auibus montium, & bestiis terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestie terræ super illum hiemabunt.

7 In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato; à populo terribili, post quem non fuit alius; à gente expectante, & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius; ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.

3 Omnes habitantes orbis, & b scenitantes terræ; secundum leuare vexillum montium, videbitis, & secundum c infigere d tubam, audietis.

4 Quia sic dixit IHVH ad me: Tranquillabor e & respexi in firma sede mea: sicut calor limpidus super f lucem, sicut densus ros in calore s decurtationis.

5 Quia h faciebus decurtationis, secundum con summare germen, & omphax i retributio erit flos: & k excindet comedationes in falculis - putatoriis, & dimissiones discedere - fecit l rescutit.

6 Derelinquentur m vnite aliti montium, & animali terræ: & æstiuabit super eum ales, & omne animal terræ super eum hiemabit.

7 In tempore ipso adduci - fiet munus IHVH TZEBAOTH, n populus tractus, & depilatus; & de populo timendo, de ipso & ultra: gente lineæ-lineæ, & conculcationis, cuius diripuerunt fluuij terram eius, ad locum nominis IHVH TZEBAOTH, montem Tziionis.

b tabernaculantes

c imprimere  
d buccinam.  
Hispanice,  
Clarior

e vt respiciam  
f vel pluuia  
g messis.

h ad facies,  
ante


i ablactationis

k floris

l abscidit,  
amputauit

m vna, simul, pariter

n populis,  
à populo



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



Æ TERRÆ CYMBALO ALARVM, &c.] Hos duos versus amplissime elucidauimus lib. 4. de Antichristo, cap. 18. 19. & 20. Plerique hoc vaticinium de Ægypto, alij de Æthiopia sub Ægypto exponunt: posterius nos aptius iudicamus: itaque est prophetia in Æthiopes, vt in vers. 12. superioris capitis annotabamus. Varie exponunt: 1. Va terra vmbra alarum. vel inumbranti, vmbrosa, vmbra tili alis. De velis nauigiorum accipiunt, quæ alæ interdum dicuntur: Virgilius 3. Æneidos:

—velorum pendimus alas.

Id vt terræ Æthiopum conueniat, facile ostendemus; Strabo lib. 17. pag. 798. Ægypti redditus in immensum extollens, ait: [Quid censendum putas de presentibus, qua tanta diligentia à Romanis administrantur, Indicis etiam & Troglodyticis negotiationibus adiectis? Superiore sane tempore, ne viginti quidem nauigia in Arabicum sinum transire audebant, vt extra fauces proras prospicerent; nunc maxima classes vsque in Indiam & extrema Æthiopia transmittunt: vnde pretiosissima merces in Ægyptum ad vehuntur.] Videtur sane Æthiopica & Indica nauigatio iam à temporibus Salomonis, & Iehosaphati viguisse. Plinius lib. 6. cap. 9. [Elephantis insula infra nouissimum cataraçten, tria millia passuum, & supra Syenem sedecim millia habitatur, nauigationis Ægyptiæ finis. Ibi

Æthiopica conueniunt naues: namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataraçtas ventum est.] Heliodoros lib. 10 Æthiopicorum, cap. 27. de nauigiis Æthiopicis: [Transmittebant Astaboram fluiuium, auj per pontem, alij nauigiis ex arundine factis, quæ plurima & in multis partibus ripa vacillabant. Sunt autem celerrima, cum propter materiam, tum propter onus, quod non plures quam duos, tresue viros ferant. Arundo enim in duas partes dissecta, ex qualibet sectione nauigiolum præbet ac efficit.] Sed & Plinius lib. 6. cap. 29. Troglodytica emporia ac negotiationes celebrat. 2. Leo Iudas: Va terra nassa alata. Abundat Æthiopia innumeris nauigiolis piscatoriis propter Nilum, & alia flumina, quæ dicuntur nasse alata, & propter formam, & propter velocitatem: vnde quidam reddunt: Va terra alatis cymbis referta. 3. Tremellius & Iunius: Va terra vmbrosa oris; id est, cuius oræ montibus maximis & opacissimis circumclusa sunt, quales vndique ad mare rubrum esse testatur Strabo libro Geographicorum vltimo. Qui de Meroe insula Æthiopiæ capite ac marropoli, pag. 821. inquit: [Montes frequentes habet, & nemora magna.] & mira plane sunt, quæ Franciscus Aluarezus refert in Æthiopicorum rerum relatione, de frequentissimis & ingentibus montium nemoribus terræ Abyssinorum. 4. Va terra vmbra alarum. id est, cuius vmbra euolant & absumuntur. De Syene,

ne, quæ in finibus Æthiopiæ est, ( vt Herodotus lib. 2. Numero 28. & Strabo lib. 17. pag. 817. affirmant, ) Plinius lib. 2. cap. 73. scribit: [ Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est super Alexandriam quinque millibus stadiorum, solstitij die medio nullam umbram iaci: puteumque eius experimenti gratia factum, totum illuminari: ex quo apparere tum solem illi loco supra verticem esse. ] De puteo vide Strabonem lib. 17. pag. 817. & Scruium in Eclogam 3. Lucanus 2. Pharsali.

— atque umbras nusquam flectente Syene.

Sequitur Plinius: [ Constatque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde stadiis quatuor millibus octingentis viginti in eadem gente, Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragesis quinque diebus, totidemque postea fieri. Rursus in Meroe insula, quæ est caput gentis Æthiopum, & quinque millibus stadiorum à Syene in amne Nilo habitatur, bis anno absumi umbras, sole duodevicesimam Tauri partem, & quartam decimam Leonis obtinente. ] Et lib. 6. cap. 29. [ Ptolemais à Philadelpho condita ad venatus elephantorum: hæc est regio secundo volumine a nobis significata: in qua quadragesis quinque diebus ante solstitium, totidemque postea hora sexta consumuntur umbra: cum in Berenice quam primam posuimus, ipso die solstitij sexta hora umbra intotum absumantur. ]

QUÆ EST TRANS FLVMINA ÆTHIOPICÆ. ] Heb. qua de trans, vel de transitu fluminum Æthiopiæ. Quidam: quæ est secundum flumina Æthiopiæ. Æthiopiam sub Ægypto intelligunt, quæ maximis fluminibus alluitur, Nilo, Astabore, Astapode, Astapo, de quibus Prolomæus lib. 4. cap. 8. Plinius lib. 5. cap. 9. Strabo lib. 17. ac singulariter Meroen, de qua Strabo pag. 821. [ Austrum versus fluminum concursu Astabora, Astapodis, & Astasaba, ambitur. ] Quem locum imitatus Heliodorus lib. 10. cap. 27. scribit: ( Meroe metropolis Æthiopum; insula est aliqui triangulari forma, fluiuis, qui nâibus transiri possunt, Nilo, & Astabora, & Astasaba, circumflua. Nilo quidem in vertice incidente, & in utramque partem fisso: aliis vero duobus in utroque latere se inuicem praterentibus, & rursus secum coeuntibus, & in unum Nilum, aluenum & nomen deserentibus ]

Æthiopiæ, Heb. Chusob: vide in Genes. 2. v. 13. & cap. 7. v. 6.

VERS. 2.

QUI MITTIT IN MARE LEGATOS. ] Alij ex Heb. mittenti per mare legatos. id est, vâ terræ mittenti per mare legatos. Exponunt, id est, vâ terræ suppeditanti milites & exercitum regi Thirhakæ, qui absente Sancheribo indixit bellum Assyriæ per legatos, & acie instructa tentauit inuadere. 2. Reg. 19. v. 9. Sed vnde scimus Thirhakam non per se, sed per legatos id bellum administrasse? Proptius diuinamus, si de legatis & oratoribus, seu nuntiis præmissis à Thirhaka ad explorandos animos, & inspiciendum statum Assyriæ accipimus. Quidam superioribus iungunt, quæ a trans flumina Æthiopiæ mittit in mare legatos. Sed repugnat distinctio Hebraica.

Maluenda, Inlibr. Isaia.

Per mare. intelligunt, rubrum videlicet, si numque Aualitem, & Persicum.

ET IN VASIS POPYRI SVPER AQVAS. ] Heb. & in vasis iunci super facies aquarum. Quidam: & in instrumentis scirpeis per superficiem aquarum. id est, nauiculis è scirpo, iunco, aut papyro, seu arundine contextis, qualibus Ægyptij Æthiopesque propter Catadupos Cataractas, & periculosa vada utebantur: cum quod leuiore essent & ἀσπῆτοι, id est non putrescentes, vt refert Diodorus Siculus lib. 1. tum quod aduersis fluctibus, scopulisque, quibus Nilus abundat, cederent, ac non dissilirent, aut frangerentur sicut lignum. Nam ob id fortasse Æthiopes vsi videntur pactonibus, quæ erant schaphæ è scuticis ita compositæ, vt textule quiddam viderentur, vt scribit Strabo lib. 17. pag. 818. Plinius lib. 7. cap. 56. [ Naues in Nilo fiunt ex papyro & scripto, & arundine. ] Et lib. 5. cap. 22. [ Qui a papyraceis nauibus, armamentisque Nili peteretur. ] Scilicet Taprobane. Solinus c. 56. [ Sed cum papyraceis & Nili nauibus eo pergeretur. ] Lucanus 4. Pharsaliæ: Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

ITE ANGELI VELOCES. ] Quidam subaudiunt, dicendo. Ite nuntij leues. Volunt esse verba Thirhakæ legationem mittentis in Assyriam, vt eam bello laceraret, quibus exponit singulas causas consilij & instituti sui, leues. id est, legationem vestram obite quam velocissime, vt repente inuolem imparata regione, & rege Sancheribo absente.

AD GENTEM CONVVLSAM. ] מושכשבח, proprie tractam; protractam, distractam, prolongatam. Vel quod longe remota esset ab Æthiopia, vel quod tum variis bellis ac regionibus dispersa huc illuc esset, & multis locis distineretur occupata, sub signis Sancheribi.

ET DILACERATAM. ] מורא, morat, emulsum, depilatam, deglabratam. exponunt, id est, exhaustam suo milite interno, externis bellis occupato.

AD POPVLVM TERRIBILEM, POSQVEM NON EST ALIVS ] id est, quo terribilior alius non est. Heb. ex ipso & ultra, seu ulterius. Alij: 1. ex quo fuit; & ultra, seu deinceps. 2. à tempore, quo ipse cepit vsque nunc 3. ad populum formidabilem ex eo loco atque ulterius. id est, qui omnibus nationibus terrori est eis, trans regionem suam. Quam formidabilis fuerit gens Assyriorum aliis nationibus, cunctæ loquuntur historiæ.

AD GENTEM EXPECTANTEM ET CONCVLCATAM. ] Heb. gentem linea linea, seu funiculi-funiculi, aut perpendiculari, vel regula-regula, & conculcationis. Geminatio vocis auget significatum, id est, gentem delineatissimam, regulatissimam. Quidam. gentem omnibus delineantem & conculcantem, id est, quæ omnibus aliis ius dare arrogat, imperate illis arbitrato suo, & pedibus illas iniquissimè terere.

CVIVS DIRIPVERVNT FLVMINA TERRAM EIVS. ] Quidam: cuius terram diripiunt flumina. id est, cuius ditio tota ferme horret præ difficultate fluminum, exundationibus

R

omnis

omnia abripientium: nam eiusmodi esse Assyriam docet Ammianus Marcellinus lib. 23. c. 19. 20. & 21.

**VERS. 3.** OMNES HABITATORES ORBIS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Omnes habitatores orbis, & habitatores terræ, quum eleuauerit vexillum in montibus, videbitis, & quum clangent tuba, audietis. 2. Omnes habitatores orbis, & cohabitatores terræ, quum eleuatum fuerit signum montium, videte; & quum increpauerit uerba, audite. 3. Omnes vos, qui orbem incolitis, incola scilicet terræ attentus estote, ut quum signum sublatum fuerit in montibus, videatis, & quum cornu classicum canetur, audiat. 4. Omnes incola orbis habitabilis & habitatores terræ: quum attollam vexillum montium, videbitis, & quum clangam tuba, audietis. id est, quum bellum Assyriis suo tempore inferam: humanitus dictum, synecdochicè; nam signum pro re signata de more ponitur: vide supra cap. 13. vers. 2. Obseruant esse iam hinc usque ad finem capituli tertiam partem huius prophetiæ, ut supra cap. 17. vers. 12. annotauimus, nempe prophetiæ narrationem, qua Deus primum reuocat omnes ab inanibus istis iudiciis, ut solum opus ipsius expectent, hoc versu: nihil enim est, quod aget Æthiops in Assyrium, sed Deus: deinde sibi asserit defensionem, securitatemque populi sui, & aduersariorum excidium, tribus sequentibus versibus; ac postremo gratias sibi agendas præannuntiat, versu ultimo.

**VERS. 4.** QUIA HÆC DIXIT DOMINUS AD ME.] Alij: nam ita ait Iehona alloquutus me.

**QUIESCAM.]** Hebr. Tranquillabor. Hebræi notant in futuro עִשְׁקוֹתָא eschkerah, commutato cholam in Cametz Chatuph, van, omnino abundare: sed adiectum videtur ad indicandum maximo consilio Deum tunc quieturum. Quidam: Quiesco, id est, in præsentia supersedeo ab efficiendo iudicio, tamquam otiosus spectator.

**ET CONSIDERABO IN LOCO MEO.]** Alij: 1. & contemplabor in habitatione mea firma. 2. & considerabo in firmo habitaculo meo, vel ex sede mea firma. 3. & aspiciam in sedem meam. 4. sed intuebor in locum meum. id est, populo meo, & sedi meæ prospicio tamen. Ex verbo: & respexi in firma sede, basi, machina mea. ut supra cap. 4. v. 5.

**SICVT MERIDIANA LVX CLARA EST.]** Alij ex Hebr. 1. sicut calor limpidus super pluuiam, scilicet ab effectu, quia exsiccat & glabritiem seu caluitiem facit, nec finit pluuiam humectare terram. 2. sicut calor nitidus, vel aer serenus propter lucem seu solem. 3. sicut calor exsiccans post pluuiam. 4. sicut aer serenus superueniente luce. 5. tanquam sol in terra post imbrem. Clarus enim sol super terram post pluuiam, gratissimus est, & germinibus optimus. 6. sicut calum serenum post pluuiam. 7. tanquam aërem sudum. 8. ut aestus serenus ad pluuiam. id est, ut huic loco & populo meo sum curator commodissimus, præbens æstum à refrigerio pluuiæ: & ab æstu refrigerium, ut sequente membro. Sic supra cap. 4. v. 5. & 6. & infra cap. 25. vers. 4.

**ET SICVT NVBES RORIS IN DIE MESSIS.]** Hebr. sicut densus ros in calore messis. Alij: sicut nubes roris, seu rorida in æstu messis. Sed וְגַבֵּהּ non est in regimine, proinde adiectiuè sumptimus.

**ANTE MESSEM ENIM TOTVS EFFLO- VERS. 5.**  
RVIT, &c.] Hunc versum & sequentem variè ex Hebr. conuertunt: 1. Nam ante messem cum erit quasi perfectum germen, & acerba vna maturescens erit adhuc flos: si pracidat quis palmites falcibus & propagines succidens auferat: Relinquentur simul aubus montium, & bestiis terra; & aestuabit super ea auis, & omnis bestia terra super ea hiemabit. 2. Nam ante messem quum consummatus fuerit flos, vel quum consummata fuerit gemmatio vitis, & vna acerba maturescens fuerit flos eius: vel & flos eius fuerit vna acerba maturescens: id est, fuerit versus in vnam acerbam iam maturescentem: pracidet ramusculos falcibus, & propagines auferet & succidet: Relinquentur simul volucris montium, & bestia terra: & aestuabit super eum volucris, & omnis bestia terra super eum hiemabit. 3. Ante messem enim sicut perfectum germen, & omphax ablactationis erit gemma eius, & abscondet culmos falcibus, & propagines remouebit refecando: Et relinquetur simul volucris montium, & bestiis terra, & aestuabunt super eum volucres, & omnes bestia terra super eum hiemabunt. 4. Quia ante messem quum iam integrum fuerit germen, & omphaci, seu labruscæ, aut vna agresti in ablactationem fuerit folliculus eius, statim excidit culmos falcibus: vel & excidit ramusculos falcibus; & palmites, seu propagines amouebit refecando. vel amouens refecuit. Derelinquentur pariter volatui montium, & animanti terra: & aestuabit, aestatem transiget super eum volatus, & vniversa bestia terra super eum hiemabit. 5. Quoniam ante messem quum fructus maturi esse deberet, adhuc immaturus est, & dum maturescere deberet, floret: tum agricola excidit malleolos falcibus, & propagines reiectiles incidendo tollit. Relinquentur itaque simul volatili montium & bestiis terra, ut super eum autium aestinet, & cuncta bestia terra, super eum hiemet. Mirum in quam diuersas explanationes totum hunc locum distrahant: vide Expositores. 6. Tremellius & Iunius ita accipiunt: Nam ante vindemiam quum perfecta gemma, & omphacio educato extiturus est flos, ut excidit flagella sua falcibus, & sarmenta amouit, amputatque vititor: ita derelinquentur pariter volucris montium & bestiis terra, ut aestatem transigant cum hoc volucres, & omnes bestia terra cum hoc hiement. ] Atque in hunc modum exponunt: Nam ante vindemiam, &c. Expositio promissionis, qua modo vsus est Deus, se intueri in sedem suam per similitudinem vitatoris luxuriantia vitis flagella cadentis, ut commodius maturetur vitis, & pascatur alimento suo: sunt autem huius similitudinis membra anantapodota, quorum prius supplet ea, quæ desiderantur in posteriore, ut contra posterius ea, quæ priori defunt, & sarmenta amouit, &c. quæ relinquit humi, non autem curat, ut vitem ex sequente versu. Ita derelinquentur, nimirum excisi, Assyrii, & amoti per angelum Dei 2. Reg. 19. vers. 35.

vers. 35. & infra cap. 37. vers. 36. *pariter*. id est, aque ac Æthiops, de quo vers. 1. & 2. *ut astatem transigant*, &c. id est, ut annum integrum pascantur illis præ occisorum copia. Ac si dicat, amputatis & excisis Assyrio & Æthiopo, tanquam luxuriantibus flagellis & sarmentis, atque vineæ Domini officientibus, traditisque bestiis ac volucribus; vitis seu vinea Domini, id est, Ecclesia perfecte maturabit in plenam vindemiam ac felicitatem.

TOTVS EFFLORVIT. ] כהם פרח *cebam pberach*, secundum consummare gemmam. vel sicut consummatus, perfectus, integer flos. PERACH, germen, gemma, flos, calyculus.

ET IMMATVRA PERFECTIO GERMİNABIT. ] Hebr. ex verbo: & omphax ab lactans erit flos. בוסר *bofer*, omphax, Labrusca, vna-immatura, Italice *agresta*, Hilpanice, *agras*: vt Iob 15. vers. 33. גומל *ghomel* potest esse participium ab lactans, maturescens, retribuens, educatus, & nomen substantiuum, ab lactatio, educatio, retributio, maturatio, maturitas. ניצח *nitzzah*, quidam He volunt esse affixum, flos eius. Alij, formatiuum nominis, quod careat *Mapik*, flos, gemma, folliculus. Possis reddere: iuxta consummare, perficere gemmam. & omphacem, ab lactatio, seu educatio erit flos, seu floris: id est, quum adulta gemma & omphace, flos ab lactatus fuerit, id est, in lacteum fructum eductus fuerit.

ET PRÆCIDENTVR RAMVSVLI. ] Heb. & excindet חוררין *hazal'allim*, flagella in vitibus: sic dicta quasi epulones humoris, quod exugant vitis succum & alimentum: alij; *palmites*, malleolos, surculos, culmos, ramusculos luxuriantes, & succum vitis absumentes, & decoquentes. Nos *comestiones*, diximus, quod eiusmodi furculi vitem veluti comedant.

FALCIBVS. ] putatorius, seu incisoriis-vitium: vt supra cap. 2. v. 4.

ET QUÆ RELICTA-FVERINT. ] נטשוט *netischoth*, proprie dimissiones, expansiones, propazines, seu palmites, qui ex vite dimittuntur & expanduntur; ramos vitis maiores, sarmenta.

AVIBVS MONTIVM. ] Hebr. singulate collectiuum טיי *ghait*, turba-ferarum-anim, aliti, volucri: vide in Genes. 15. vers. 11. Quidam, *auitium* reddunt:

IN TEMPORE ILLO DEFERETVR MVNVS DOMINO, &c. ] Hebr. In tempore ipso adducetur cum pompa, iubilo; comitatu, munus ipsi IHVH. Futurum יובל *iubal*, posset reddi, iubilabitur munus IHVH hoc est, cum plausu & iubilo deducetur.

A POPVLO DIVVLSO, ET DILACERATO, &c. ] Vide supra vers. 2. nam vtriusque versus eadem sunt verba. Exponunt: id est, munerá de spoliis Assyriorum, qui tam magnifici fuerunt, magnifica adducuntur Ierouæ: vt factum olim fuisse post insignes victorias, legimus, Numer. 31. & 2. Samuel. 8. vers. 11. Et sane verisimile est post cladem Sancheribi opulentissima spolia cessisse Ierofolymitanis: Vide 2. Regum 19. v. 35.

Cæterum vt est obscura intelligentia huius vaticinij hoc capite descripti, ita nobis quam verisimile sit, vt accipi possit de conuersione ad Christum, populorum Orientalium Indorum ac Sinarum: vel Æthiopum Abyssinorum per Philippum Diaconum, & Eutuchum Candacis, ac Marthæum Apostolum. Quibus singula verba vatis accommodare haud difficile fuerit cuius pio & erudito Explantori.


VERS. 6.

CAPVT XIX.

Describit plenius Aegyptiorum punitionem; & quod ad Deum conuersi, misso ipsis saluatore, consolabuntur.

Vulg.


Malu.

1  Nus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius.

2 Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios: & pugnabit vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum.

3 Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, & consilium eius precipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos.

Maluenda, In libr. Deuter.

1  Euanda Ægyptij: Ecce IHVH inueniens super densam nubem leuem, & veniet Ægyptum; & mouerunt elilim Ægypti de faciebus eius, & cor Ægypti liquefiet in timo eius.

2 Et commiscebo Ægyptum in Ægypto, & cadent vir in fratre suo, & vir in sodali suo: vrbs in vrbe, regnum in regno.

3 Et euacuabitur spiritus Ægypti in intimo eius, & consilium eius absorbebo: & quærent ad elilim, & ad arcanos, & ad pythones & ad gnostas.

a interiori, interanc. sic v. 3. b pugnabunt, præliabuntur, incidet c socio, amico, proximo, familiarit

R 2 4 Et

4 Et tradam Ægyptum in manu minorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.

5 Et arefcet aqua de mari, & fluuius defolabitur, atque siccabitur.

6 Et deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marcescet:

7 nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arefcet, & non erit.

8 Et mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.

9 Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texentes subtilia.

10 Et erunt irrigua eius flaccientia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

11 Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium inspiens. Quomodo dicetis Pharaoni: filius sapientium ego, filius regum antiquorum?

12 Vbi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum super Ægyptum.

13 Stulti facti sunt principes Taneos, emarcescunt principes Mempheos, ceperunt Ægyptum, angulum populorum eius.

14 Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens.

15 Et non erit Ægypto opus, quod faciat caput & caudam, incuruantem & refrinantem.

16 In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt, à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam.

17 Et erit terra Iuda Ægypto in pauperem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas solis vocabitur vna.

4 Et concludam Ægyptum in manu sustentatorum perplexi: & rex obfirmatus dominabitur in eis, c Fidelis sermo Adon IHVH TZEBAOTH.

5 Et præcipitabuntur aquæ de mari: & fluuius f exsiccabitur & arefcet.

6 Et remouere-loco-facient flumina, exhausti-fuerunt, & exsiccabuntur riui coangustationis: canna & iuncetum excisi-fuerunt.

7 Effusiones super riuum, super os riui: & omne s se mentum riui siccabitur, h propulsum-fuit, & non ipsum.

8 Et dolebunt piscatores, & lugebunt omnes deicientes in riuum hamum: & expandentes rete super facies aquarum excisi-fuerunt.

9 Et pudefient operantes linorum, sericorum: & texentes i candores.

10 Et fuerunt positiones eius opprefione-contusæ: omnes facientes conclusionis stagnorum animæ.

11 k Tantummodo ardeliones principes Tzoghans, l sapientes consilium Pharghonis consilium obbruit: quomodo dicetis ad Pharghonem, Filius sapientium ego, filius regum anterioritatis.

12 Vbi m eorum nunc sapientes tui? & annuntiauerunt, n euge, tibi; & cognouerunt quid consuluit IHVH TZEBAOTH super Ægyptum.

13 Stultuerunt principes Tzoghans, seducti-fuerunt principes Noph: & errare-facient Ægyptum pinnam o virgarum, baculorum eius.

14 IHVH infudit in p intimo eius spiritum prauitatum: & errare-facient Ægyptum in omni factura sua, secundum errore-agi ebrium in vomitu suo.

15 Et non erit Ægypto factura, q quæ faciet caput & r caudam, f ramum & iuncum.

16 In die ipsa erit Ægyptus sicut mulieres: & contremiscet & pauebit de faciebus agitationis manus IHVH TZEBAOTH, quam ipse agitans super eam.

17 Et erit t humus Iehudah Ægypto circumgirationi; omnis, qui recordari-faciet eam u ad se pauebit: de faciebus consilij IHVH TZEBAOTH, quod ipse consilians super eam.

18 In die ipsa erunt quinque vrbes in terra Ægypti, loquentes labium Chanaan, & iuramento-se-obstringentes x IHVH TZEBAOTH: Gbir y Hahæres dicetur vni.

d domino- rum, hero- colum: m e vide in Ge- nef. 22. v. 16. f defola- bitur, & sic- cabitur

g semen, se- mentis h propul- satum

i candida: Vide Esther 1. v. 6.

k Profecto, certe, equi dem l sapientum

m ipsi n eja, iam, nunc

o virgarum, tribuum

p ut. v. 1.

q quam r cauda, f ramus, & iuncus

t tellus, terra

u apult se


x datus. ipsi Iuh y Hachæres



19 In die illa erit altare Domini in medio terra Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius  
 20 erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & misit eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos.  
 21 Et cognosceatur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent.  
 22 Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.  
 23 In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Ægyptum, & Ægyptus in Assyrios, & seruient Ægyptij Assur.  
 24 In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio: benedictio in medio terra,  
 25 cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrio: hereditas autem mea Israel.

19 In die ipsa erit altare IHVH in medio terræ Ægypti, & statua reseruatio termini eius, IHVH.  
 20 Et erit signo & testi IHVH TZEBAOTH in terra Ægypti: quia exclamabunt ad IHVH de faciebus prementium; & misit eis saluatorem, & mulctum, & eripiet eos.  
 21 Et cognosceatur IHVH Ægypto, & cognoscent Ægyptus IHVH in die ipsa: & seruient sacrificium, & minchah, & vouebunt votum IHVH, & pacificabunt.  
 22 Et consternabit IHVH Ægyptum consternare & sanare: & reuertentur vsque ad IHVH, & exorabitur eis, & sanabit eos.  
 23 In die ipsa erit strata-via de Ægypto in Asur; & veniet Asur in Ægypto, & Ægyptus in Asur: & seruient Ægyptus & Asur.  
 24 In die ipsa erit Israel tertiaritas Ægypto & Asur: benedictio in intimo terræ.  
 25 Quem benedixit eum IHVH TZEBAOTH, ad dicere: Benedictus populus meus Ægyptus, & factura manuum mearum Asur; & hæreditas mea Israel.

*z vt v. 18: sic statum*  
*a vt v. 18: b oppref. foram*  
*c oblatio nem, munus. sacrificium, facinoræ cum d reddent, rependens, exoluent*



COMMENTARIA.

VERS. 1.



**N**VS ÆGYPTI.] Alij: Prophetia Ægypti. vel onerosa prophetia Ægypti. vide supra cap. 13. vers. 1. Quo totum hoc vaticinium in Ægyptum tendat, abunde expositores edisserant. S. Hieronymus: [Duplicem intelligentiam sequimur: vel Chaldaeorum temporum, quando à Nabuchodonosor Ægyptus expugnata est: vel Romani Imperij, quando Antonio Cleopatraque superatis Augustus Casar Ægyptum superauit.] Verum quidam obseruant huius capituli prophetiæ, quia propheta populum Dei consolatur, à iudiciis ipsius contra Ægyptios, & vocatione gentium ad regnum Christi, duas esse partes summas; priorem esse iudiciorum, vsque ad vers. 18. posteriorem, promissionum, ad finem vsque. Iudiciorum autem descriptionem tribus membris constare; primum esse de ciuilibus motibus, quibus paulo post quassanda erat Ægyptus, vsque ad versum 11. secundum, reprehensionem sarcasticam continere totius administrationis, duobus versibus, tertium, denuntiationem grauiorum adhuc iudiciorum Dei imposteriorum, donec se ad Deum conuerterint, inde ad vers. 18.  
 ECCE.] Particula, inquit, demonstrandi emphasum habet, qua propheta res paulo post futuras, velut præsentis digito commonstrat:

regnabat enim hoc tempore in Ægypto Sethon Sacerdos Vulcani; viris militaribus infensus, qui cum Sancheribo Assyrio bellum gessit, vt fusè scribit Herodotus libro 2. Numero 141. vide 2. Reg. 19. vers. 9. quo Sethone mortuo sequentia omnia, prout à propheta fuerant denuntiata, euenerunt. Continet autem hic versus prolepsin, id est, propositionem summam totius huius prophetiæ.  
 DOMINVS ASCENDET SUPER NUBEM LEUEM, ET INGREDIETVR ÆGYPTVM.] Aliqui: equitans, vehens, insidens; dense-nubi leni, inuasurus est Ægyptum. Synecdoche antropopathica; quasi Deus quam velocissime in nubibus accurreret. 2. Samuel. 22. vers. 10. & sequentibus. Hoc autem nomen in Ægypto denuntiat propheta; quia illi nubes huiusmodi habeant pro auspiciatissimis; cum Ægyptus nubibus minimè infesta sit.  
 ET COMMoueBvntvr SIMVL ACHRA ÆGYPTI, &c.] Quidam: adeo vt commoueantur idola Ægypti à conspectu eius, & cor Ægyptiorum colliscescat in medio ipsorum. Finis iudiciorum Dei pertinens ad secundam partem capituli: nimirum vt idola omnia & homines Deo cedant; illa plane labefactata; ij vero deiectionis animis, vt ad Deum  
 R 3 viuam

uiuum conuertantur. De voce *אֵלִילִים* *elilim*, vide supra cap. 2. v. 8.

**VERS. 2.** ET CONCVRRERE-FACIAM ÆGYPTIOS ADVERSVS ÆGYPTIOS, &c.] Forsterus: *Et commiscebo, implicabo*, instar verpium, vt scilicet mutuo se pungant ac lædant, *Ægyptios contra Ægyptios*. Hanc phrasin Christus Seruator noster imitatus est Luca 21. vers. 10. [*Insurget gens contra gentem, &c.*] vide de notione verbi *סִיחֵךְ* *sichsch* supra cap. 9. vers. 11. 2. Sanctes: *Et confundam Ægyptium cum Ægypto*. 3. Leo Iudas. Forerius, Auenarius: *Et committam Ægyptios cum Ægyptiis*. 4. Tremellius & Iunius: *Nam commiscebo*, inquit Iehoua, *Ægyptios cum Ægyptiis, siue Ægyptios inter se*. id est, ciuiles motus & grauissimos citabo: quod factum est quum Sethone mortuo duodecim reguli tyrannidem in Ægypto occuparunt, magnifica opera confecerunt miserum populum opprimendo, Pfammethicum vnum de suo numero expulerunt, & ab eo postea vicissim expulsi sunt, donec solus regnum obtineret, quo tyrannice abusus est, vt multis narrat Herodotus lib. 2. à numero 147. ad 157. Diodorus Siculus lib. 1. Numero 41. 42. & 43.

**VERS. 3.** ET DIRVMPETVR SPIRITVS ÆGYPTI IN VISCERIBVS EIVS.] Alij ex Hebr. 1. *Et euacuabitur spiritus Ægypti intra viscera eius*. 2. *Et exinanietur spiritus Ægypti in medio eius*. id est, adimam illis sapientiam & prudentiam, qua ante maximè commendabantur. 3. *Et exhaurietur spiritus Ægypti in medio ipsius, vel intra ipsam*. id est, erit Ægyptus velut exanimata tantis ciuilibus bellis: hyperbole ex comparatione humani corporis.

ET CONSILIVM EIVS PRÆCIPITABO.] vel *deglutiam, absorbebo*. id est; ita exagitabo, vt nesciant quo se vertant, aut quid consilij capiant. Quidam reddunt: *destruam*.

ET INTERROGABVNT SIMVLACHRA SVA.] Alij: *Et consulent idola sua*. *ELILIM*, vt supra vers. 1. Nonnulli: *tum inquirunt apud idola sua*. id est, dæmonia, quæ ipsis responsum dabant, maximè verò idolum Latonæ, quod oraculum maximè tum veracissimum habebatur in oppido, quod vocatur Butum contra ostium Nili Sebennyiticum, de quo Herodotus ibidem: vbi etiam exponit varias istorum duodecim regulorum consultationes in templo Vulcani.

ET DIVINOS SVOS.] *דִּוְשֵׁן* *ittim*, proprie, *absconditos, secretos, arcanos, latentes*. id est, incantatores, qui secreta verba susurrant, & cuncta sua opertanea secreto & abscondite peragunt. Plerique *magos, maleficos, præstigitores*, exponunt.

ET PYTHONES ET ARIOSLOS.] Hebr. *Et ad pythones, Et ad gnostas*. vide supra cap. 8. vers. 19.

**VERS. 4.** ET TRADAM ÆGYPTVM IN MANV DOMINORVM CRVDELIVM.] Alij ex Hebr. 1. *Et concludam Ægyptios in manu dominorum in duritia*. 2. *dominorum duri, rigidi, peruitacis, pertinacis, proterui, procacis*. ex vsu linguæ, quæ vsurpat nomina personarum dignitate pollentium in plurali pro singulari:

quod vel ex adiunctis adiectiuis & verbis melius apparet. 3. *dominantium duriter*, vel *pertinaciter*. *קָשְׁחֵךְ* *kascheh*, & adiectiuè & substantiuè, & aduerbialiter posse sumi notant. 4. *Et concludam Ægyptios*, id est, constrictos tenebo Ægyptios & obsessos bellis ciuilibus regulorum suorum tyrannide vt illi suos pisces in viuariis tenent: [elegantissima descriptio tyrannidis:] *in manum dominorum duri cuiusque*, vel *durè dominantium*. duodecim illorum tyrannorum, qui Sethoni successerunt.

ET REX FORTIS DOMINABITVR EORVM.] Hebr. *Et rex obfirmatus, robustus*: alij: *rigidus, durus, violentus, crudelis dominabitur in eos*. Quidam: *donec rex rigidus dominetur in eos*. id est, Pfammithicus, qui solus obtinuit tyrannidem. Malo, cum nostro, *Et rex fortis*. quod Pfammithicus bello paceque strenuus vir fuerit, vt Herodotus & Diodorus Siculus pluribus describunt. Hunc tamen regem fortem Sabbaconem potius fuisse putat Scaliger lib. 3. Isagogicorum Canonum, pag. 311. de quo Herodotus lib. 2. Numero 137. & sequentibus, & Diodorus lib. 1. numero 41. Fuit is Sabbacon ante Pfammithicum.

ET A RESCET AQUA DE MARI.] **VERS. 5.** *וְנִשְׁחָה* *venischthu*, in Niphal, quidam à *שָׁחָה* *schathah* deducunt: *Et ebibentur, epotabuntur, aqua de mari*, id est, exurgentur, exhaurientur, extrahentur, exsiccabuntur. Alij à *נִשְׁחָה* *naschath*, *Et perdentur, deficient, precipitabuntur, ruent, aqua de mari*. Quidam quasi sit ex *פִּיחֵךְ*, reddunt: *Nam perdent aquas de mari, vel ne influant in mare*, id est, duodecim illi Ægypti tyranni omnia opera naturæ, miseri sui populi operâ oppugnabunt, & aquas Nili auertent vel ad siccitatem vsque, vt stagnum Mærios cum suis pyramidibus & labyrintho perficiant, adducti sola libidine animi: vide Herodotum ibidem: nam sunt sane mitanda, quæ de his refert. Sed cum *maris* nomine Scriptura, lacus & stagna nuncupare non solet, fortasse describit propheta illud, quod Herodotus de stagno Mærios narrat: [*Hoc stagnum dicebant etiam indigena euadere in Syrtin Africa, perforato sub terram meatu in mediterranea occidentem versus, secundum montem Memphi imminentem.*] quod sane ab illis duodecim tyrannis effectum commemorat; recteque congruit verbis prophetæ: *nam precipitabunt aquas de mari*. id est, de stagno illo ruere facient subterraneo illo meatu in syrtin Africa. stupendum planè opus!

ET FLVVIVS DESOLABITVR ATQVE SICCABITVR.] Nilus diuortio facto in stagnum Mærios. Herodotus: [*Aqua stagni natua non est, vt pote solo illo admodum arido, sed è Nilo deriuata, sex mensibus in stagnum fluens totidem retro in Nilum resluens. Illisque sex mensibus quibus effluit augens regium piscum talentis argenti singulis in singulos dies, prouentus piscium: quum influit, viginti minis.*]

ET DEFICIENT FLVMINA, ET AT- **VERS. 6.** TENVABVNTVR RIVI AGGERVM.] Alij ex Hebr. 1. *Et elongabunt sese flumina, & siccabuntur riuus Ægypti*. 2. *Et subducent sese flumina, ne scilicet defluant in Ægyptum: &*

*exhan*

exhaurientur riuus Ægypti. Riuos Ægypti vocat, per quos aqua Nili deducebatur in varia loca. 3. Et retro abiicientes flumina, exhaurient, & siccabunt, riuos obfessionis, seu aggeris, id est, quos obfident aggeres, vel riuos ductos aggeribus. id est, non curantes publicam utilitatem, quam Ægyptus tota percipit ex deriuato Nilo, sed veluti à tergo ponentes, vt indulgeant suis voluptatibus & libidini animi.

ET DEFICIENT.] In verbo *העזניח* *hee-znichu*, notant, interiectum esse *Aleph* redundans, atque duplicem characteristicam coniugationis *Hiphil* hinc, alteram Hebraicam nempe *He*: alteram Chaldaicam, nimirum *Aleph*, vt passim fit in ea lingua vt videre est in libro Danielis. Forsterus inquit: [Legitur hic *העזניח* interposita littera *Aleph*, & neutraliter: Et amonebuntur loco flumina, vel sic recedent loco; & apparet litteram *Aleph* positam esse pro *Thau* characteristica quarta coniugationis, scilicet *Hithpabel*: Et amouere sese loco-facient flumina.]

RIVI AGGERVM.] Hebr. riuus coangustationis, coarctationis, obfessionis, obfessionis, munitionis aggeris, quod fossæ, seu riuus in Ægypto ex Nilo aggeribus & molibus ducerentur, & obfiderentur. De riuus & fossis Nili videt Exod. 7. vers. 19. de aggeribus vero, quibus riuus illi perducerentur, & quasi obfiderentur, innumeri perscribere. Isaiaë hinc vocat *מצור* *matzor*, obfessionem, munitionem, aggerem: Herodotus lib. 2. Numero 137. *Chomatâ*, eodem significato; quam vocem vsurpauit *Vlpianus* lib. 9. De extraordinariis criminibus, cap. Saccularij: *Plinius* lib. 5. cap. 9. & lib. 10. cap. 33. *moles*. vide *Philippum Beroaldum* in commetariis lib. 2. *Apuleij de Asino*, *Budæum* in Posterioribus Annotationibus in Pandectas, pag. 21. *Hieronymum Magium* lib. 1. Miscellaneorum, cap. 10. *Dalecampium* in Notis ad ea loca *Plinij*: Caterum hinc vocem *MATZOR* plerique per paronomasiam positam volunt pro *מצרים* *mitzrain*, Ægypto, ab arcibus, ciuitatibus & munitionibus, quas vbique ad aquas habuit munitissimas: vide in 2. Reg. 19. vers. 24. vnde hinc reddunt: riuus Ægypti.

CALAMVS ET IUNCVS MARCESCENT.] Alij ex Hebr. 1. arundo, & caretum excidentur, vel succidentur, aut excidentur. 2. arundo & alga languebunt. Palustres herbae, & frutices in ripa Nili nascentes: synecdoche. His autem verbis, & tribus verbis sequentibus exponuntur damna peruentura ad Ægyptios ex deriuatione Nili in stagnum *Mærios*, & alia voluptaria.

ET IUNCVS.] *קיס* *suph iuncus iuncetum*, carex, alga, &c. Vide Exod. 2. vers. 3.

MARCESCENT.] *קמלו* *kamelu* exponunt, succissi fuerunt, calamitosi fuerunt, elanguerunt, emaruerunt, exaruerunt.

VERS. 7.

NVDABITVR ALVEVS RIVI A FONTE SVO.] Varie ex Hebr. efferunt: 1. gramineta qua sunt iuxta riuum, iuxta ripam, seu litus riuus. hoc est, iuxta riuum. 2. ripa ad riuum & ad oram riuus. 3. diffusiones herbarum virentium, seu herbae virentes ad riuum, & iuxta litus riuus. 4. effundendo

super flumina & super ore riuus. id est, super fonte vbi nascitur riuus, illic etiam effundetur. *חרוה* *gharoth* plerique ex collatione alterius vocis *מעהה* *maghareh*, Iudicum 20. vers. 33. gramineta, germina, olera virentia, herbae virides, quali effusiones, & humectationes terræ, exponunt. Nonnulli: loca pasqua. Alij, ripas, quasi nuditates à nuditate & cavitare quæ fluuij aut torrentis alluione sunt excavata. *Buxtorfius*: [ *HAROTH*, foemineum plurale; papyri, iuxta quosdam, quasi pellicula dicta; nam in pratenuis & multiplices membranas acu diuidebantur, vt docet *Plinius* lib. 13. cap. 11. [ *Tremellius* & *Iunius* reddunt: Papyri iuxta riuos, in ore, seu ora riuorum. [ *Hanc* inquit, vocem *HAROTH* plerique pro virentibus rebus accipiunt, ex inepta comparatione, seu accommodatione loci alterius, scilicet Iudic. 20. vers. 33. sed nos cum notatione & forma vocis, tum antitheta in altera parte huius versus posito, adducimus, vt interpretemur *biblon*, sine papyron. Nam vocis *elymon* & forma accedit ad alterum nomen, quo significatur cutis, quia papyrus Nili in multas cutes sine coria & plagas, vt artifices vocant, dissecabatur arte: vox vero antitheta ostendit hoc loco agi de rebus insatiis, quas producit Nilus, cuiusmodi esse papyrus, vt carentem semine, restatur *Plinius* lib. 13. cap. 11. Accedit huc, quod papyrus vna fuit ex precipuis opibus Ægypti, quarum detrimenta commemorantem prophetam, non est credibile papyri oblitum fuisse, qui algam & iuncum nominauerit. ] *Montanus* annotat; [ *GHAROTH* duplicem formam habere, alteram *Infiniti*, id est, nudare, effundere, adharere, virefcere, siue humescere: alteram nominis substantiuum foeminei pluralis, id est, nuditates, harentias, effusiones, viriditates, siue amoenitates. atque vtramque complexus formam interpretatur: virentia nuda, ad harentia effusa super riuum, super os riuus, id est, secundum amnis ripas virere, ad harere, effundi atque nudari breuissime conspiciuntur hæc vt significet sponte nascentia felicissime à Nilo ali, è regione sequentis membri antitheti, quod fata describit.

ET OMNIS SEMENTIS IRRIGVA SICCABITVR, ARESCE, ET NON ERIT. [ Alij: & omnis sementis riuorum arescet, depelletur, nec erit amplius. Gradatio elegantissima, qua ex ordine ostenditur, vt perrecturum sit iudicium Dei in Ægyptiorum damna.

ET MOEREBVNT.] Heb. proprie: Et afficientur, seu impellentur graui causa & necessitate ad luctum. vel & dolebunt, seu, & natabunt in luctu. vt supra cap. 3. v. 26. exhaustis videlicet riuus, viuariis, & piscinis suis.

PISCATORES.] summi opifices Ægypti, & apprime necessariam autem exercentes; quia Ægyptus plurimis piscibus vescebatur, superstitione à multis carnibus abstinens, quia noxia animalia, quibus abundat Nilus, venabantur, vt docent historici. Atqui Ægyptios fuisse piscandi arte insignes, vel illa *Cleopatras* ridicula cum *Antonio* piscatio, quam narrat *Plutarchus*, facile ostendit.

ET EXPANDENTES RETE SVPER FACIEM

CIAM AQUARVM EMARCESCENT.] Tremellius & Iunius: & qui expandunt rete iaculum in superficie aquarum, languebunt. Sic vertimus ex Plauto illud retis genus quod Herodotus lib. 2. vocat amphiblistron. Etenim rete iaculum accipiendum non pro illis per magnis plagis, quibus vtuntur piscatores multi: neque pro funda aut euerriculo, sed pro minoribus illis plagis, quas piscator in superficie aquarum projiciens reuoluit & retrahit ad se peridromo aut reste, piscibus inuolutis: hoc enim genus esse ex eo demonstrat Herodotus, quod, eos, qui in paludibus habitant, singulos narrat sua habere retia, quæ per diem adhibeant piscibus capiendis, per noctem verò circumdandis cubilibus aduersus culices conopeorum loco: atque ex hoc vsu probabile est hæc retia apud Hebræos nomen sortita esse, ab atrore culicum per noctem retibus istis insidentium. Verba Herodoti posuimus in Comm. ad Exod. 8. v. 16. Vide etiam Psal. 140. v. 10. Etymologia vocis מכמרת *michmoreth*, ab atrore culicum nocturno, ridicula est, plusquam mille parasangis remota. Rectius alij à כמר *chamar*, cremare, seu Chaldaicè, *contrahere, concludere*. quòd pisces trahat & concludat, vt etiam ardor contrahit adusta: *rete, verriculum, sagenam* exponunt. Forsterus *amphiblistron* potius רשת *resheth* respondere putat.

EMARCESCENT.] Heb. *emarcuerunt, elanguerunt, infirmati, debilitati, exterminati, excisiverunt*: Vide supra cap. 16. v. 8.

VERS. 9.

CONFVNDENTVR QVI OPERABANTVR LINVM, PECTENTES.] Variè reddunt ex Heb. 1. *Et pudore-suffundentur operantes lina pectinata, seu pexa*. ex quibus, scilicet fiunt retia piscatoria. Vide Eliam in Thesbite, in Radice שרק secunda. 2. *Et pudore-afficientur operantes lina optima, electa, præstantia*. id est. opifices linorum præstantium. 3. *operantes lina varia, multicoloria, quasi punctis aspersa* vt Zachariæ 1. v. 8. 4. *lina eius coloris qui accedat ad vitis illud genus, quod significatur voce שרק *forek*, supra cap. 5. v. 2.* 5. *operantes lina serica*. id est, ex palmitibus seu surculis selectissimis facta. Proculdubio intelligunt *lina Xylina* seu *gossipina*: nam פשתים *pishchim*, *lina*, hîc *Xylina* accipiunt. Vide Exodi 25. v. 4. & in Iosue 2. v. 6. Sed quid serico, cum lino Xylino, quæ plurimum inter se differunt? Proinde alij subaudita conjunctione, accipiunt, *operantes lina, & serica*. vel *qui linum faciunt & sericum*. 5. *Et erubescant opifices lineorum, generosorumque*. id est, præ inopia materiæ, quam inopiam isti duodecim reguli effecerint deriuato Nilo in stagnum Mærios, sua expectatione delusi omnes artifices cessabunt ab istis suis opificiis, quorum mercibus olim Ægyptus commendabatur. Plinius lib. 19. Cap. 1. [ *Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera, Taniticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus in quibus nascuntur.* ]

QVI OPERABANTVR,] Heb. *seruitio-co-*

*lentes, vel curantes: facientes: operantes.*

*pectentes, שרקות *serikoth*, alibi non legitur,*

voce consentiente plerique *serica præstantissima*, seu *multicoloria* exponunt, à voce SOREK, quæ vitem generosam & præstantis coloris significat. vel à surculis & teneris mororum frondibus, quibus bombyces aluntur. Forerius à sono quem edit dum contrectatur aut discinditur sericum, sic dictum existimat: quòd se ARAK Hebræis sit *sibilare*. Sed hoc scribitur cum *scin* dextro, cum SERIKOTH sit cum sinistro.

ET TEXENTES SVBTILIA.] חורי *chorai*, positum volunt pro חורים *chorim*. Variè conuertunt, 1. & *texentes plagas foraminulosas, vel foraminulentas, seu retia perforata*. 2. & *texentes pannos perforatos, seu foraminatos*. dum texuntur, ad ornatum & elegantiam. 3. & *texentes alba*. id est, pannos albos. 4. & *pletentes nassas*. 5. & *textores alborum-operum*. ex lino, bysso, Xylino, aliisque rebus pretiosis, quas profert Ægyptus: vt Esther 1. v. 6. Plinius lib. 7. cap. 56. [ *Textilia Ægyptij inuenere.* ]

VERS. 10.

ET ERVNT IRRIGVA EIVS FLACCENTIA.] Alij ex Heb. 1. *Eruntque retia [ Ægypti; ] contrita*. 20. Forsterus: *Et erunt positiones eius contusa*, id est, hami, qui in fundum aquarum ponuntur ad capiendum pisces. Alij tamen ita exponunt: *Et aggeres eius sunt contriti, ne scilicet aquas contineant*. Istud sequitur Forerius. 3. *Et erunt sagenæ, nassa eius contrita*. 4. *Et erunt fundamenta eius contusa*. id est, fossæ, riui. De riuis, fossisque, & chomatis, siue aggeribus Ægypti: vide supra vers. 6. 5. Tremellius & Iunius: *Denique erunt propositis ipsius contriti*. id est, consiliis, quæ Ægyptus ipsa, siue ipsi principes Ægypti sibi proposuerint. q. d. suis cadentur virgis. Conclusio, incommoda summam exponens tempore pacis ad Ægyptios peruentura, de quibus inde à versu quinto actum est. Miser, inquit, populus, vt paucis absoluam, non ab exteris, sed à suis hominibus indigne occupabitur in officiis vanissimis & laboriosissimis, prout Israëlitæ ante occupauerant.

Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.] Variè alij ex Heb. 1. *omnes facientes clausuram stagnorum anima*. id est, qui stagna muro claudunt, siue vituaria, in quibus sunt animæ, id est, pisces vinentes. 2. *Omnes facientes mercede stagna animarum*. id est, piscinas, viuaria. 3. *Omnes facientes rete-circumcludens, vel venationem, stagna animarum*. 4. *Omnes factores conclusionis, seu retis, in stagnis animarum*. 5. *Omnes facientes excipulum, stagnaque anima, seu desiderij, aut voluptaria*. id est, omnes illi Ægyptij, quibus reges tanquam mancipiis, abiectisque operis durissimè abutentur: nam fecerunt illi canalem & instrumenta omnia eo pertinentia, vt excepta Nili aqua in stagnum Mærios duceretur, & deduceretur de eo arbitrato regum. Erat enim stagnum ter mille sexcentorum stadiorum in ambitum; quinquaginta passuum iustorum altitudine: vide Herodotum lib. 2. Numer. 149. & Diodorum Siculum lib. 1. Numero 33. & 34. שפך *secher*, cum *Scin* sinistro, *mercedem, clausuram,*

rete concludens exponunt à שָׂדֶה sachar cum Samech Alij, excipulum, locum, in quo concluduntur aqua.

VERS. II.

STULTI PRINCIPES TANEOS. ] Heb. *Veruntamen ardeliones principes Tzobanis.* Devoce מְלִיץ *euilim* vide in Job. 5. v. 2. De Tzohane vide in Numerot. 13. v. 23. Quidam reddunt: *Enimvero stulti sunt principes Tzobanis.* Secundus locus sarcasticus, ut diximus in vers. 1. Vide infra ver. 13.

SAPIENTES CONSILIARII PHARAONIS DEDERVNT CONSILIVM INSIPIENS. ] Alij ex Heb. 1. *sapientium consiliariorum Pharaonis consilium stultum est.* vel *infatuabitur.* 2. *sapientum & consiliariorum Pharaonis consilium obbrutescet.* Proprie, *belluinum; brucum factum est.* Vel *infatuatum est.*

QUOMODO DICETIS. ] Apostrophe ad consiliarios & adulateores aulicos, quos reprehendit cum mendacis adulationis nomine hoc versu, tum ignorationis, versu sequente.

PHARAONI. ] Sethon, exponunt, ut diximus in vers. 1. Regi contempto & stolido. Verum Herodotus Sethonem non stolidum describit, sed militaribus viris infensum, & ab ijs contemptum; imo pium, & diis Charum & ab iis contra Sanacheribum adjutum, refert. Quidam reddunt: pro *Pharaone*, seu *in persona Pharaonis*, vel *de Pharaone.*

FILIVS SAPIENTIVM EGO. ] Vel *filius sapientium sum*, id est, quidam veluti alumnus sapientia, quæ permansit apud maiores meos. Erat enim Sethon Vulcani sacerdos. Sacerdotes autem Ægyptij, inquit Diodorus Siculus lib. 1. Num. 46. summam ex eruditione prudentiam ad rempublicam afferebant. Hi namque ut Senatus principes, regi perpetuo erant præsto, qua operâ, qua consilio & doctrina ipsum adiuuantes. Et Herodotus lib. 2. Num. 160. Ægyptios hominum sapientissimos prædicat.

FILIVS REGVM ANTIQVORVM. ] *Filius regum antiquitatis; seu prolixitatis, vel anterioritatis, siue originis: Quidam: ego de prisorum regum stripe prognatus sum.* Alij: *filius regum antiquissimorum.* Nam Sacerdotes Ægyptij iactabant à primo rege ad Sethonem hunc progenies hominum fuisse trecentas quadraginta unam, & totidem in terra pontifices & reges: vide Herodotum lib. 2. Numero 142. Et alioqui Ægyptij omnium hominum se primos extitisse arbitrabantur, ut idem Herodotus lib. 2. Num. 2. tradit.

VERS. 12.

VBI NVNC SVNT SAPIENTES TVI? ] Quidam reddunt: *Vbi sunt illi? Vbi nam sapientes tui?* Nimirum reges maiores tui: apostrophe ad regem.

ANNVTIENT TIBI, ET INDICENT, QUID COGITAVERIT DOMINVS EXERCITVVM SVPER ÆGYPTVM. ] Alij: *qui indicent iam tibi?* in est, consilia bona proponant tibi, & prospiciant regno, ut fidos consiliarios & bonos viros decet: *cognoscant igitur quid consilij ceperit Iehoua exercituum contra Ægyptum.* Transitus ad sequentem locum, quasi dicat, veniant saltem & attendant ad *Maluenda, In libr. Isaia.*

ea, quæ amplius sum denuntiaturus.

STULTI FACTI SVNT PRINCIPES TANEOS. Alij: *Stulte agent principes Tzoanis.* Tertius locus ut diximus in vers. 1. quo exponit propheta primum conturbationem summatum, populi & totius regni, à præsentibus malis, tribus versibus: deinde consternationem & metum ab aliis opinione conceptis, vers. 16. & 17. principes Tzoanis, quorum diuulsis consiliis distractum fuit regnum, ut supra diximus ad vers. 1. Hebræa reddi possunt: *Stultuerunt, ausi-fuerunt, aggressi-fuerunt, attentarunt, resolverunt, dissoluti-fuerunt, principes Tzoanis.* Quando scilicet à Plammethicho victi & profligati sunt. De verbi מְלִיץ *iaal* significatione vide Genes. 18. v. 27. Aliqui exponunt: *Infatuati sunt, obtusi-facti sunt, insanierunt, ardeliones, temerarij facti sunt principes Tzobanis.*

EMARCVERVNT PRINCIPES MEMPHEOS. ] Verbum מַשְׁחָה *nascha* cum *scin* dextero in Niphal omnia ista complectitur, *obruiti, obrusi-sunt, decepti-sunt, seducti-sunt, desolati, destructi-sunt, hallucinati-sunt, in nassam coniecti sunt.* Nimirum à Plammethicho, facto illo phialæ aureæ, & oraculo Latonæ, & auxiliariis copiis Arabum, Ionum, & Carum, ut late referunt Herodotus lib. 2. Num. 151. & 152. Diodorus Siculus lib. 1. Num. 42. De notatione verbi *NASCHA*, vide votas in Gen. 3. v. 13.

MEMPHEOS. ] Heb. *Noph.* Confirmant omnes esse *Moph*, Hosec 9. v. 6. sic dictam quidam volunt à Mophi monte propinquo, cuius meminit Herodotus lib. 2. Numer. 28. Sed id ridiculum, cum Mophi Herodoti ad Syenem, longissime ab fuerit à Memphi. Cæterum *Noph* seu *Moph* ipsam esse *Memphim* vno ore omnes astruunt. Fuit quondam Ægypti regia, & clarissima urbium, uti Diodorus Siculus lib. 1. Numer. 32. Strabo lib. 17. pag. 807. Plinius lib. 5. tap. 9. Ptolemæus lib. 4. cap. 5. produnt: condita à Mene rege, ut auctor est Herodotus lib. 2. Num. 99. vel ab *Vchoreo*, ut Diodorus ait: Ab *Ape* conditur Numero Eusebiano *CCCLXXIX*, & *DXXV*. amplitudine sua, pyramidibus & regum monumentis insignis, de quibus Herodotus lib. 2. Num. 8. Diodorus lib. 1. Num. 33. & 39. Strabo ibidem, Plinius lib. 36. cap. 12. Hanc eam esse, quæ *Cayrum* nunc dicitur existimant: Sed *Cayrum* esse *Babylonem Ægyptiam*, diuersam à *Memphi*, pluribus lib. 3. de Antichristo, cap. 16. demonstraui-mus. Notant, principes hîc à propheta hoc pacto distribui, eo quod ij duo summi conuentus in Ægypto essent, *Tzoban* mare mediterraneum, *Noph*, *Æthiopia* versus.

DECEPERVNT ÆGYPTVM ANGVLM POPVLORVM EIVS. ] Alij ex Heb. 1. & *errare facient Ægyptum* illi qui putabantur esse *angulus tribuum eius.* id est, illi sapientes, quibus se tanquam angulis munitos gloriabantur Ægyptij: ut enim angulis fulcitur ædificium, ita & illis sustinebatur respublica. 2. & *errare-fecerunt Ægyptum anguli familiarum eius,* id est principes ac proceres, quibus ut angulis firmissimis nitebatur Ægyptus

VERS. 13.

ptus. 3. & seducent Ægyptum angulum tribuum illius. Seu vsque ad extremitatem tribuum illius, vt Iudic. 20, v. 2. id est, vniuersam conturbabunt, nullus erit nomos liber ab istorum insania;

VERS. 14. DOMINVS MISCVIT IN MEDIO EIVS SPIRITVM VERTIGINIS. ] Varie alij ex Heb. 2. *Iehoua infudit, miscuit, in medio eius spiritum incuruationum*, id est, vertiginum. 2. *Spiritum peruersitatum*. 3. *Spiritum diuarcantem*. Notant. *ג'ז'ז'ז' ghizghim* esse nomen geminatum à *ג'ז'ז' ghanah*, *spiritum incuruationum, distortionum, peruersitatum*, vt geminatio significatum intendat, q. d. spiritum maximarum peruersitatum ac distortionum, 4. *Iehoua miscente in medio eius spiritum perturbatissimum*, id est, fundente in intimum eius efficacitatem erroris, quem velut medicatum populum exhauriant, vt summatum animi iudicia, consiliaque peruertantur: efficiunt duodecim illi reges, & principes hoc malum grauissimum, & insania sua miserum populum in tantas angustias conjicient, vt neque bono in opus incumbere possit, neque consilium capere. Nam inde à Psammeticho regnum Ægypti continenter infestum fuit maximis calamitatibus, vt ex Herodoto & Diodoro Siculo cognoscitur: elegans allegoria.

SICVT ERRAT EBRIVS ET VOMENS. ]

Alij ex Heb. 1. *sicut volutatur ebrius in vomitu suo*. Nam verbum est ex Niphal. 2. *oberrat, errore circum agitur ebrius, &c.*

VERS. 15. ET NON ERIT ÆGYPTO OPVS, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. transfundunt: 1. *Nec erit Ægypto opus, vllum, quod faciat caput vel cauda, ramus vel iuncus*, id est, neque magnates, neque plebeij agent quidquam, quod sit illis vtile aut commodum, caput & ramus homines primarij: cauda & iuncus, plebeij & infimi: idem dicit duplici allegoria. 2. *Et non habebit Ægyptus opus, quod faciat neque cauda, ramus neque iuncus*. id est, neque magni, neque nobiles, neque ignobiles habebunt, quod faciant. Vel in accusandi casu, *caput neque candam, ramum neque iuncum*, id est, nihil parui aut magni habebit, quod faciat. 3. *existet in Ægypto opus, nihil, quod faciat caput aut cauda, ramus aut iuncus*, id est, nihil ad exitum perducetur, siue instituerint summi, siue infimi, aded erunt perturbata omnia. Hoc autem effectum esse vel ex eo liquet: quod Psammetichum in obsidenda Azoto fuisse occupatum per annos viginti octo, narrat Herodotus lib. 2. Numero 157. ad hæc defectione suorum magna rerum perturbatio in Ægypto extitit, vt prodit Diodorus Siculus lib. 1. Num. 43. De loquutione ista *caput & cauda, ramus, & iuncus*, vide supra cap. 9. v. 14.

VERS. 16. ET STUPEBUNT ET TIMEBUNT. ] Alij ex Hebr. 1. *& trepidabit, & expauescet*. 2. *& tremet & expauescet*. 3. *horrebit ac pauebit*. 4. *trepidabit enim & pauebit*.

A FACIE COMMOTIONIS. ] Hebr. *elationis: ventilationis: agitationis*. Quidam: *propter agitationem*. vel *ab agitatione manus Iehoua*.

ET ERIT TERRA IYDA ÆGYPTO IN PAVOREM. ] Ex Hebr. alij: 1. *in commotionem, vel terrorem, aut terriculamentum*. 2. *festo: in festum: in festiuitatem, tripudium*. nam diebus festis tripudia agitantur. sermo ironicus. 3. *Eritque terra Iehuda Ægypto titubationi*: id est, non tantum à Deo verum etiam à populo eius sibi metuent Ægyptij, & sola recordatione afficientur grauiter. Sic alludit propheta ad sermonem Ægyptiorum, Exod. 14. vers. 25. 4. Forsterus, Mercerus, Forerius, Auenarius exponunt: *Et erit terra Iehuda Ægypto in circuitionem, circum agitationem, circumrotationem, circulationem, festiuitatem*. scilicet, præ metu, non lætitia: nam persistit in allusione ad *תנופה tenuphab*, præcedentis versus, nempe *agitandam*, id est, oblationes & cultus, quos Deus peraget cum Ægyptiis, non lætos illos & gratos, quales in lege, sed tristes & funestos: q. d. futuræ sunt Ægypto à Deo & populo eius aliæ mouendæ, agitandæ, oblationes, alij cultus, & aliæ circumagitationes seu festiuitates quam quæ in lege Dei institutæ sunt, quæ lætæ erant & iucundæ.

OMNIS QVI ILLIVS FVERIT RECORDATVS, &c. ] Alij: *quicumque mentionem fecerit eius apud se, pauebit: propter consilium Iehoua exercituum, quod capturus est contra eam*.

IN DIE ILLA ERVNT QVINQVE CIVITATES IN TERRA ÆGYPTI LOQUENTES LINGVA CHANAAN. ] Hebr. *labio Chenaban*. id est, sermone, lingua, vt Genes. 11. vers. 1. S. Hieronymus: [*Ostracina* intelligi volunt, & ceteras iuxta Rhinocoluran, & Casium ciuitates, quæ vsque hodie in Ægypto lingua Chananitide, hoc est, Syra, loqui manifestum est: & putant è vicino Syros atque Arabas à Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos. ] Quidam exponunt: *Tempore illo*. Secunda pars capituli de vocatione gentium, in qua duæ partes explicantur; prior de communicatione cum Deo, vsque ad v. 23. posterior de communicatione cum Ecclesia, qua delectatur Deus, tribus vltimis. Tempus autem illud intelligit, quo gentes serio metu Dei percussæ committent se illi, illum alloquantur, vt populus ipseus, & fidem dabunt illi: quod synecdochice Ægypti nomine intelligitur, quemadmodum Ægypti & Assyriæ infra vers. 23. *erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes sermone Cenabano*. id est, certæ ciuitates, quæ certo definitæ sunt in consilio Dei ad vitam æternam: numerus finitus pro infinito. Quidam obseruant, quod cum olim Ægyptus in plurimas præfecturas seu nomos, vt vocant Ægyptij, distributa fuerit, de quibus Herodotus lib. 2. Numer. 164. Diodorus lib. 1. Numer. 35. Strabo lib. 17. pag. 787. Plinius lib. 5. cap. 9. Ptolemæus lib. 4. cap. 5. fortasse initio statim prædicationis Evangelicæ, quinque tantum ex his nomis, ad fidem Christi conuersi fuerint. Aut forte significat propheta, quinque præcipuos conuentus sacros Ægypti, & præter hos sextum Heliopolitanum, qui hîc subiungitur, fidem Christi amplexturos. Hos conuentus Herodo-

tus lib. 2. Numer. 59. ita nominat, I. in vrbe Bubasti in honorem Dianæ. II. in vrbe Busrî. in honorem Isis III. in vrbe Sai, in honorem Mineræ IV. Heliopoli, in honorem solis. V. in vrbe Buti, in honorem Latonæ. VI. in vrbe Papremi, in honorem Martis.

IVRANTES P. R. DOMINVM EXERCITIVVM.] Hebr. est participium Niphal: *ivra*, seu iuramento-obstricta ipsi Iehouab exercituum. Quidam reddunt: *qua iusurandum præstent Iehoua exercituum.* id est, quæ fidei Christi iuramento se obstringant.

CIVITAS SOLIS.] Hebr. est duplex lectio, prima, ciuitas *דרת* *cheres*, cum *Cheth*, id est, solis, quam *Heliopolim* Græci appellarunt, de qua Herodotus lib. 2. variis locis, Diodorus lib. 1. Num. 29. Strabo lib. 17. pag. 805. & 806. Plinius lib. 5. cap. 9. extremo, Ptolemæus lib. 4. cap. 5. S. Hieronymus: [*Hunc locum non intelligens Onias templum extruxit in Aegypto in oppido, Heliopoleos.* Lege Iosephi Historias.] lib. 12. Antiquitatum, cap. 6. Alij, vt S. Hieronymus refert, *Ciuitatem Testa* interpretantur, id est, *Ostracina*, Aegypti urbem non longe à Rhinocolura, de qua Ptolemæus lib. 4. cap. 5. & Antonini Itinerarium. Altera lectio est, ciuitas *דרת* *heres* cum *He*, id est, *diruitionis, destructionis, deuastationis.* Tremellius & Iuuius exponunt: *ciuitas destructionis dicitur vnaquaque.* id est, seruata, educta ex destructione, ereptaque diuinitus, quasi dicat, reliquias ciuitatum, vt reliquias populi nominauit supra cap. 1. v. 9 & cap. 10. v. 21. simile genus constructionis, vide infra cap. 25. vers. 6.

CIVITAS SOLIS VOCABITVR VNA.] Hebr. *Vrbs solis dicitur vni.* sensus anceps, vel *vni* ex ipsis quinque: vel *vni* præter istas quinque: quem sensum paulo superius prætulimus. Quidam: *ciuitas solis dicitur prima.* id est, primaria & præcipua vrbis Aegypti: talis fuit Heliopolis.

VERS. 19

IN DIE ILLA ERIT ALTARE DOMINI IN MEDIO TERRÆ AEGYPTI.] Alij: *Tempore illo erit Iehoua altare in media terra Aegypti.* id est, coletur Deus: synecdoche. Et id quidem commode accipi possit de gregibus illis sanctorum monachorum, qui post Paulum & Antonium Aegyptum totam impleuerunt; culta egregie per illos gloria nominis Dei. S. Hieronymus: [*Quanquam sub Onia Iosephus hæc facta contendat: qui profugus in Aegyptum, cum turba plurima Iudeorum adificauit templum & altare: & prophetiam Christi cassa implere temeritate conatus.*] Vide Iosephum lib. 15. Antiq. cap. 6. & lib. 7. Belli Iudæici, cap. 30.

ET TERMINVS DOMINI IUXTA TERMINVM EIVS.] Alij ex Hebr. 1. *& statua iuxta terminum eius, ipsi Iehoua.* id est, titulus, columna, pyramis, monumentum inscriptum ipsi Iehouæ, ad terminos ipsius Aegypti. Sic sumitur hæc vox Genes. 35. vers. 14. & 20. vide Genes. 28. vers. 18. 2. *& statio iuxta terminum eius, scilicet Aegypti, ipsi Iehoua.* vt indicet Deum iuxta terminos Aegypti habiturum stationes militares, & præsidia limitanea ad propugnandum Aegyptum, quibus *Maluenda, In libr. Isaia.*

fides Christiana tuto & secure in ea prouincia degat, ac stabiliatur. Quod equidem recte congruit in sancta illa agmina & acies monachorum, quæ velut in statione diuina per omnes oras Aegypti primis Ecclesiæ sæculis strenue excubabant. sic sumitur hæc vox 1. Samuel. 14. vers. 12.

VERS. 20

ET ERIT IN SIGNVM, ET TESTIMONIVM DOMINO EXERCITIVVM IN TERRA AEGYPTI, &c.] Quidam exponunt. Eritque in signum & testimonium de Iehoua exercituum, quum inclamant Iehouam propter oppressores, immittere eis seruatorem & magnatem, qui eripiat eos. id est, erit monumentum & professio publica, quam Aegyptij statuent, ad testandam fidem & communionem suam cum Deo & Ecclesiâ eius, & ad cognoscendam grato animo misericordiam Dei, seruantis reliquias, ex beneplacito voluntatis suæ: quibus nominibus Iisraelitæ olim posuerant monumenta, Iosue 4. & 22. sic accipiendum esse versus sequentes docent.

CLAMABVNT ENIM AD DOMINVM.] Hebr. *Quia exclamabunt ad Iehouab.* Alij: *Quum, vel quod clamauerint ad Iehouam.*

ET PROPVGNATOREM.] *רב* *rab*, *multum, magnum, amplum, magnatem, doctorem, magistrum, ducem, imperatorem, præsidem, præfectum, primatem, summam.* id est, auctorem omni boni Christum.

ET COGNOSCVT DOMINVS AB AEGYPTIS, &c.] Hunc versum dilucidius alij ex Hebr. explicant: *Ita innouescet Iehoua Aegyptiis, agnoscentque Aegyptij Iehouam tempore illo: & colent sacrificio & munere, & videntes votum Iehoua pendent.* id est, his modis ostendent se natura officioque & operibus Dei ita confirmatos esse de salute sua, vt in maximis angustiis gloriantur de fide in Deum, & spe certa liberationem ab eo expectent.

VERS. 21

ET PERCVTET DOMINVS AEGYPTVM, &c.] Alij hunc versum ita reddunt: 1. *Et percutiet Iehoua Aegyptum percutiendo & sanando,* id est, indiget vulnera, sed sanabilia; quasi dicat, ita percutiet vt non perdat, corripit enim eos, vt reuocet eos ad se: *& conuertentur vsque ad Iehouam, & placabitur eis, vel exorabitur ab eis.* id est, orationem eorum exaudiet: *& sanabit eos.* 2. *Si plaga afficit Iehoua Aegyptum, plagis quidem afficiet & sanabit:* quasi dicat, communicabit cum eis promissiones factas Dauidi 2. Samuel. 7. vers. 14. *Quum conuersi fuerint vsque ad Iehouam, exorabitur eis, & sanabit eos.* id est, hoc ipsius est officium atque auctoritas; vt 1. Samuel. 2. v. 6. ac proinde præstabit suis, vt sequentia docet.

VERS. 22

IN DIE ILLA ERIT VIA DE AEGYPTO IN ASSYRIOS, &c.] *מסלה* *mesillah*, *viastrata, viua, actus, via regia.* Aliqui: *Tempore illo erit agger ex Aegypto in Assyriam, qua conuenient Assyrii in Aegyptum, & Aegyptij in Assyriam: vt colant Aegyptij cum Assyriis.* id est, erit communio & communicatio spiritualis, & ecclesiastica fidei, & sacramentorum, & aliorum officiorum Christianorum, inter diuersissimas gentes; quæ allegoricè humanis

VERS. 23

nis communicationibus figuratur.

VERS. 24. IN DIE ILLA ERIT ISRAEL TERTIVS ÆGYPTIO ET ASSYRIO. ] Hebr. erit Iisraël, seu Iisraëliarū gens triplicitas, triplicatio, ternarius. Alij: triplicatus, tertiarus, tertius. id est, Tempore illo Iisraëliarum gens adiungetur tertia Ægyptiæ & Assyriæ. quasi dicat, facient vnum ouile & vnam ecclesiam. Aliqui exponunt, tertius, id est, inter medius, mediator, conciliatio: sic Hispanicè dicimus Tercero. Nonnulli construunt: tertia benedictio. quod תישׁוֹפֵי scelischiyah sit fœmineum. Sed potius videtur substantium. vide supra cap. 13. vers. 5.

BENEDICTIO IN MEDIO TERRÆ.]

id est, omnium bonorum cornucopiæ erit è Deo per Christum in tota terra. Quidam reddunt: denique benedictio in medio populo terra. id est, communio hæc erit posterorum Chami cum Iephethi posteris, & vtrorumque cum Iisraëlitis ex genere Schemi, vt prædixerat Nooach Genes. 9. v. 27.

CVI BENEDIXIT DOMINVS EXERCITIVM, &c. ] Alij: Cui benedicturus est Iehoua exercituum, dicendo: Benedictus populus meus Ægyptius, & opus manuum mearum Assyrius, & possessio mea Iisraëliticus. id est, omnes populi totius terræ benedictione perfundentur in Christo. Synecdoche: vide Galat. 3. vers. 8.


VERS. 25.

## CAPVT XX.

Ex hoc quòd Isaiaë iubetur nudus & discalceatus incedere, prædicitur Ægyptiorum & Aethiopum captiuitas ab Assyrijs, Iudæis de illorum afflictione stupentibus.

Vulg.

Malu.


1  N anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam: 2 in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiaë filij Amos, dicens: Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, & discalceatus.

3 Et dixit Dominus: Sicut ambulauit seruus meus Isaiaë nudus, & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Ægyptum, & super Aethiopiam:

4 sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Aethiopiae, iuuenum & senum, nudam, & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti.

5 Et timebunt, & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua.

6 Et dicet habitator insulae huius in die illa: Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium: vt liberarent nos à facie regis Assyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

1  N anno venire Tharthan in Asdod, in mittere eum Sargon rex Asur: & <sup>a</sup> cæcidit in Asdod, & cepit eam.

2 In tempore ipso loquutus fuit IHVH in manu Iesaghiahu filij Amoz, ad dicere: Ambula, & aperies saccum de super lumbos tuos, & calceamentum tuum extrahes de super pedem tuum. Et fecit sic, ambulare nudus, & <sup>b</sup> discalceatus.

3 Et dixit IHVH: secundum quod ambulauit seruus meus Iesaghiahu nudus & discalceatus, tres anni signum & <sup>c</sup> prodigium super Ægyptum, & super Chus.

4 Sic abducat rex Asur captiuam-abductionem Ægypti, & <sup>d</sup> deuolutionem Chus, excussos & senes, nudum & discalceatum, de nudatos posituræ, nuditatem Ægypti.

5 Et consternabuntur & pudefient de Chus, respectu eorum, & de Ægypto decore eorum.

6 Et dicet habitans insulae istius in die ipsa: Ecce sic respectus noster, quo fugimus ibi, <sup>e</sup> adiutorio ad eripi de facibus regis Asur: & quomodo saluauademus nos?

<sup>a</sup> pugnauit, bellauit. præliatus est


<sup>b</sup> apertus pedibus, nudipes

<sup>c</sup> portetum

<sup>d</sup> deportationem, demigrationem

<sup>e</sup> ad auxiliū, pro auxilio





## COMMENTARIA.

VERS. 1.



**I**N ANNO QUO INGRESSVS, EST THARTHAN IN AZOTVM, &c. ] Quidam reddunt hunc versum : *Anno quo venit Tharthan Aschdodum, mittente eum Sargone rege Assyriæ, quo oppugnauit Aschdodum & cepit ipsum. Huius Capituli, (quod breuitate sua obscurum, variis interpretationibus amplius obscurum est) tres sunt præcipuæ partes: notatio temporis, vers. 1. signum à propheta ex Dei mandato exhibitum, vers. 2. & prophetica signi explicatio; cæteris versibus. Summa est, fore ut Ægyptiorum Æthiopumque copiarum intra triennium fusæ veniant in potestatem Assyriorum, ac proinde frustra Pelistæos auxilium & liberationem ab illis expectaturos; Est igitur hic annus, sententia nostra duodecimus regni Chizkijæ, quo Sancherib rex Assyriæ, qui hic nominatur Sargon, pergebat occupare ciuitates munitas Iehudæ, ex quibus cum erat Aschdod, tam propter ius, quod Iehudæ attribuitur Iosue 15. v. 47. quam propterea quod Chizkija prius illud cum Pelisthæa reliqua occupauerat, 2. Reg. 18. v. 8. & supra cap. 14. v. 29. & sequentibus.*

**THARTHAN.** ] vnus è principibus Sancheribi, de quo 2. Reg. 18. v. 17.

**SARGON REX ASSYRIORVM.** ] Hunc alio nomine fuisse Sancheribum, Hebræi, S. Hieronymus, atque eruditissimus quisque explanatorum magno consensu affirmant: ut ridiculum sit vel Salman-Eserum, vel alium quemuis ariolari.

VERS. 2.

**IN MANV ISAIAE.** ] id est, opera & ministerio Isaia, vel per Isaiam.

**SOLVE SACCVM.** ] vestis erat asperior, qua in luctu & pœnitentia utebatur: vide Genes. 37. v. 34. Nonnulli hîc exponunt: *villosum vestimentum tuum*: quo fere utebantur prophetae ut apparet ex Zachar. 13. v. 4. Sed hoc falsissimum est: nam saccus ab ordinario habitu prophetarum quam diuersissimus erat: Vide in 1. Reg. 19. v. 19. & in 2. Reg. 1. v. 8. Saccus erat tristitiæ; toga, honoris.

**NVDVS.** ] Explicat, id est, nudatus summa & exteriore veste sua prophetica, synecdochicè: ut 1. Samuel. 19. v. 24. nam hæc ita re vera gesta esse, adeo aperte verba ipsa docent, & signum flagitat, ut plane sit alienum, visionem tantum hoc quidem loco statuere. Quam ob rem hoc ita factum esse intelligimus: Prophetam exuta toga indusiatum fuisse, denique ad eum modum compositum, quo solent esse, qui in captiuitatem rapiuntur: ut rei cum signo conueniat.

VERS. 3.

**SICVT AMBVLAVIT SERVVS MEVS ESAIAS, &c.** ] Nunc demum, inquit, apponitur signi prophetica explicatio, qua continetur historia illius victoriæ quam consequutus est Sancherib contra Ægyptios & Æthiops, & historia desperationis Peli-

sthorum, postquam viderunt captiuos eos à quibus liberationem expectauerant, binis versibus.

**TRIVM ANNORVM SIGNVM ET PORTENTVM.** ] Heb. *trium*, vel *tertij annorum*. nam receptum est nomina cardinalia pro ordinalibus apud Hebræos accipi. Quidam reddunt: *ad tres annos in signum & prodigium, &c.* Alij: *tertij anni signum & ostentum contra Ægyptios & contra Æthiops.* id est, signum est tertio anno post hanc prophetiam fore, ut fundantur, cædantur, & captiuæ fiant Ægyptiorum & Æthiopum copiarum, quas ducturus est Thirhakah ut per occasionem attingeret supra cap. 18. v. 1. nam etsi Ægyptiorum in castris Thirhaka nulla fiat mentio ibidem, & 2. Reg. 19. v. 9. tamen cum illorum res magis quam Æthiopum agerentur & inter se foederati essent & Sethon rex Ægyptiorum esset ignauissimus (quæ Herodorus in Euterpe docet) nihil mirum si copiarum omnes Æthiopi creditæ sunt. Verum hæc interpretatio non satis conuenire videtur cum expositionibus Iosephi & Herodoti, quas descriptimus ad 2. Reg. 19. v. 9. illi enim tradunt Sancheribum ab hoc bello Ægyptio & Æthiopico, non victorem sed victum abscessisse. Sed potuit esse ut Sancheribus ad Pelusium à Sethone fugatus, (quod illi auctores produnt) extra fines postea copias Ægyptiorum & Æthiopum imperatore Thirhaka fuderit, quod putant hîc ab Isaia prædici.

SIC MINABIT REX ASSYRIORVM VERS. 4.

**CAPTIVITATEM ÆGYPTI, ET TRANSMIGRATIONEM ÆTHIOPIÆ.** ] Alij ex Heb. 1. *Sic ducet, ager, abiget rex Assyria captiuos Ægypti, & transmigrationem Æthiopia.* 2. *Ita abducat rex Assyria captiuam multitudinem Ægyptiorum, & deportandam turbam Æthiopum.*

**IUVENEM ET SENEM.** ] Nonnulli: *puerorum & senum.* Nimirum eorum, qui duce Thirhaka in aciem processerant extra fines suos: pueros enim pro ministris, & gregario milite, senes vero pro hominibus consilio & auctoritate valentibus hoc loco accipimus.

**NVDAM ET DISCALCEATAM, DISCOOPERTIS NATIVS AD IGNOMINIAM ÆGYPTI.** ] Alij ex Heb. 1. *nudos & discalceatos, discoopertos natibus, verenda scilicet Ægypti, q. d. Abducat captiuos Ægypti, ita accisis vestibus, ut pudenda ostentent.* 2. *nudam & discalceatam scilicet turbam deportatorum, etiam denudatos nate in probrum Ægyptiorum Æthiopumque, synecdochicè.*

**NATIVS.]** *נשׁוֹפֵת, positura, nate, pedice.*

**AD IGNOMINIAM ÆGYPTI.]** Heb. *nuditatem, turpitudinem Ægypti*, id est, verendo, pudenda, per antiphrasin, quod nuda-

ri non debeant ; & turpe sit ea nudari, & nudæ illius partis nos pudeat : vide in Genes. 9. vers. 22.

VERS. 5.

ET TIMEBUNT ET CONFUNDENTVR, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt, 1. Et perterrescent atque pudore suffundentur ab Aethiopibus, in quos respiciunt. & ab Aegyptiis, de quibus gloriantur. 2. Et confringentur & pudore afficientur ab Aethiopia aspectu suo & ab Aegypto gloria sua. id est, tunc Israelitæ erunt animo fracto vbi viderint Aethiopes & Aegyptios, quorum auxilio gloriabantur, sic affligi. Ab Aethiopia aspectu suo. vel propter Aethiopiam aspectum suum, id est, spem suam. q. d. Tunc Israelitæ frustrabuntur spe sua, quam conceperant de Aethiopibus & Aegyptiis à quibus sperabant opem & auxilium contra Assyrios, de quo & gloriabantur. Aspectum autem dicit pro spe, quod conicere soleamus oculos in eos, à quibus spectamus opem: Se ipsum declarat versu sequente. 3. Et consternabuntur & pudescunt propter Aethiopiam fiduciam suam & propter Aegyptium gloriam suam. 4. Ita perterrescenti erubescunt, ab Aethiopibus expectatione sua, & ab Aegyptiis gloria raman sua. id est, Aschdodæ, & Phelithæi reliqui, vt sequente versu. Nam de his & non de Israelitis volunt hic esse sermonem.

VERS. 6.


ET DICET HABITATOR INSVLÆ, &c.] Hunc versum alij, ex Heb. tranfundunt 1. Et

dicet habitator insula huius eadem die : Ecce tale est presidium nostrum, quo confugimus auxiliij causa, vt liberaremur à facie regis Assyrij, & quomodo eriperemur nos? Insulam, inquit, vocat Iehudæam, quia ab occidente, mari mediterraneo, ab oriente, mari Genesareth, Iordane, mari mortuo alluitur. Alij Ierusalaim hic insulam appellari volunt, quod exercitu Assyriorum velut mare totam illam regionem circumquaque inundante, Ierusalaima sola velut insula extaret, quam nondum inundaret Assyrius exercitus. 2. Et dicit incola regionis istius. Pelisthææ : nam quod alijs ad Iehudæam referri placet, nobis, inquit, minime probatur : Tum quia ab ista expectatione Chizkija erat alienissimus; tum quia vocem Hebraicam qua Propheta vtitur, Iudææ accommodari nusquam meminimus; & alioqui solet Scriptura regiones maritimas, qualis magna ex parte Phelesthæa est, insulas appellare : in tempore illo : Ecce ita habet expectatio nostra, quo confugebamus ad auxilium, vt eriperemur à conspectu regis Assyria; & quomodo euaderemus nos? nimirum nos soli, sine aliorum auxilio: fuerant enim Pelistai omnino debilitati à Chizkija supra cap. 14. vers. 29. & sequentibus; & amplius exhausti hac recente clade, inuadentibus Assyriis & occupantibus Aschdodum duce Thartane.

## CAPVT XXI.

Ruina Babylonis per Medos & Persas : onus Idumææ & Arabiae.

Vulg.

1  Nus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, de terra horribili.


2 Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Ælam, obside Medæ: omnem gemitum eius cessare feci.

3 Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corruui cum audirem, conturbatus sum cum viderem.

4 Emarcuit cor meum, tenebra stupefecerunt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum.

5 Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.

Malu.

1  Euanda<sup>a</sup> deserti-maris: Sicut<sup>b</sup> turbines in<sup>c</sup> austro ad mutare, de deserto venit de terra timenda.

2 Præuisio perplexa annuntiata fuit mihi: Excurrens excurrens, & deuaftans deuaftans: Ascende Ghelam, coangusta Madai, omnem<sup>d</sup> gemitum eius cessare feci.

3 Super sic impleti fuerunt lumbi mei dolore-intensissimo; coangustationes apprehenderunt me sicut coangustationes parientis: <sup>e</sup>deprauatus fui de audire, subito-terrore-percussus fui de audire.

4 Errauit cor meum, <sup>f</sup>tremor exterruit me: crepusculum complicationis meæ posuit mihi <sup>g</sup>tremori.

5 Ordina<sup>h</sup> tabulam, speculari speculationem, comede, bibe: Surgite principes, & vngite<sup>i</sup> circummunimentum.

6 Quia

<sup>a</sup> substantiuum  
<sup>b</sup> procellæ, tempestates  
<sup>c</sup> meridie

<sup>d</sup> suspirium

<sup>e</sup> distortus, curuatus

<sup>f</sup> terror, horror  
<sup>g</sup> in contramitionem, pauorem  
<sup>h</sup> mensam  
<sup>i</sup> clypeum, scutum

6 Hec enim dixit mihi Dominus. Vade, & pone speculatorem: & quodcumque viderit, annuntiet.

7 Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem camelis: & contemplatus est diligenter multo intuitu.

8 Et clamavit leo: Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus.

9 Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram.

10 Tritura mea & filij aræ mea, quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, annuntiaui vobis.

11 Onus Duma ad me clamat ex Seir. Custos, quid de nocte? custos quid de nocte?

12 Dixit custos: Venit mane & nox: si queritis, querite: conuertimini, venite.

13 Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim.

14 Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrere fugienti.

15 A facie enim gladiatorum fugerunt à facie gladij imminentis, à facie arcus exrenti, à facie grauis praelij:

16 quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in uno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.

17 Et reliquia numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israel locutus est.

6 Quia sic dixit ad me<sup>k</sup> ADONAI: Ambula, stare-fac speculantem,<sup>l</sup> quod videbit, annuntiabit.

7 Et videbit currum coniugationis equitum, currum asini, currum camelis; & auscultabit auscultationem, multam auscultationem.

8 Et<sup>m</sup> vocauit leo: Super speculam ADONAI, ego stans iugis<sup>n</sup> die, & super obseruationem meam ego statutus omnibus noctibus.

9 Et ecce iste venit currus,<sup>o</sup> viri coniugationis equitum: & respondit, & dixit: Cecidit, cecidit Babel, & omnia dedolata deorum eius confregit per terræ.

10 Tritura mea, & filius<sup>q</sup> aræ meæ: quod audiui de ad IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis annuntiaui vobis.

11 Leuanda Domah: Ad me vocans de Seghir: obseruans quid de nocte? obseruans quid de nocte?

12 Dixit obseruans: Venit mane, & etiam nox: si eructis, eruite, reuertimini, venite.

13 Leuanda in Arabia: In silua in Arabia pernoctabitis<sup>r</sup> semitæ Dedanim.

14 Occursui silentis venite aquæ, habitantes terræ Thema, in pane eius anterioritate diuagantem.

15 Quia de faciebus gladiatorum<sup>v</sup> diuagauerunt, de faciebus gladij dimissi, & de faciebus arcus viati, & de faciebus grauitatis<sup>v</sup> castionis.

16 Quia sic dixit ADONAI ad me: In adhuc anni, secundum annos mercenarij, & consummabitur omnis grauitas Kedar.

17 Et reliquia numeri arcus<sup>x</sup> præuolidorum filiorum Kedar pauca fient: quia IHVH ELOHIM Israelis loquutus fuit.

<sup>k</sup> Vide Genes. 15. v. 2. sic v. 8. & 16. l qui

<sup>m</sup> clamauit <sup>n</sup> tota die

<sup>o</sup> cuiusque

<sup>p</sup> datus. in terram q horrea in ca

<sup>r</sup> carauanæ

<sup>s</sup> anticipate, auertere, præuenite. r diuagati, fuerunt

<sup>v</sup> belli, praelij

<sup>x</sup> robustissimorum, heroum; gigantum

COMMENTARIA.

VERS. I.



NVS DESERTI-MARIS.] Hebr. Onerosa prophetia. vide supra cap. 13. vers. 1. Sunt in hoc capite prophetiæ tres, prima, in Babyloniam, versibus decem; secunda, in Edomæam, vers. 11. & 12. tertia in Arabiam reliquam, quinque postremis versibus. Primæ autem prophetiæ partes duas in vniuersum esse obseruant, vnam, qua hostes regni Babylonici à Deo prouocantur in Babyloniam, vsque ad vers. 6. alteram, qua euentus & funestus Babyloniam casus exponitur, vsque ad v. 10. quæ propheta deinde concludit apostrophe ad populum elegantissima, vers. 10.

Deserti-maris. id est, Babyloniam. S. Hieronymus: [Perspicuum est quod desertum maris Babylon appellatur.] id omnes Hebræi, & Noster constanter affirmant. Sic enim appellari obscuriore nomine Babyloniam & Chaldaeam totam nonnulli obseruant, cum propter ingentes paludes & lacus Chaldaicos, in quibus altera pars Euphratis, Babylonem & Otrin permeans consumitur, vt scribit Plinius lib. 5. cap. 26. de lacubus Chaldaicis vide eundem lib. 6. cap. 27. tum etiam propter statum, in quo futura erat Babylon quum à Cyro obsessa est: nam mare ingens siue palus trecentorum viginti stadiorum in latitudinem opera Nitocris

Hab. 2. 2. 1. Ier. 51. b. 1. Apo. 41. b. 8.

cris reginæ septentrionem versus effecta fuerat, & regio quoque supra Babylonem versus pagum nomine Ardericam, inquam plurimos anfractus deducto Euphrate, de ferta facta, vt scribit Herodotus lib.1. Numero 175. & 191. quæ regionis forma prophetice his verbis præfigurata est. Quidam hic exponunt: *deserti occidentis*, seu *deserti occidentalis*. Sic enim mare pro occidente passim in Scriptura promittitur: quod Babylonia Mediæ, & Persiæ, vnde eius expugnatores aduenere, occidentalis esset.

SICUT TURBINES AB AFRICO VENIUNT, DE DESERTO VENIT DE TERRA HORRIBILI.] Alij ex Hebr. 1. *Sicut turbines in austro ad mutandum*, seu *variandum*, id est, sicut varietas & multitudo tempestatum. Sed rectius de transitu & irruptione, seu penetratione intelliges: *ad transeundum*, vel *in deserto ad prætereundum*. id est, vt citissimè discurrunt ac feruntur turbines per desertum: ita tanto impetu oppugnaturi sunt Medi & Persæ Babylonem: Copias militares comparat turbinibus, & quidem deserti: quod flatus ventorum vehementiores esse soleant in desertis, & ibi violentiores turbines: ita è deserto venit, è terra formidabili. scilicet hostis. 2. *Sicut tempestates in meridie excitate, quæ magno impetu transeunt, vt veniant à deserto, à terra horribili*. 3. *Veluti tempestates per meridiem transeuntes à deserto venit à terra horribili*. scilicet, onus, vel hæc propheta onerosa. 4. *Iungunt sequentis versus initio; Visum prædurum mihi indicatum est, non aliter quam quum procella ab Africo lata à deserto à terra horribili aduenit*. 5. *Sicut turbines vel turbo vehementissimus*: pluralis enim numerus auget significatum: *in austrum permeando à deserto euentura*, è regione formidabili. Exponunt, *Sicut turbo vehementissimus*. id est, impetu & celeritate summa, quam sinuosus & tortuosus Euphrates minimè sit impediturus. *in austrum permeando*. id est, in Babylonem. quam Cyrus à latere septentrionis adortus est: vt Herodotus scribit lib.1. Numero 191, à deserto euentura. scilicet, onerosa propheta. id est, ab ea parte, quam Nitocris linuato Euphrate, & mari effosso desertam effecerat: vt paulo superius annotauimus. è regione formidabili. videlicet Media, à qua iam ante Nitocris illa sibi metuens curauerat fieri maxima illa opera, quæ modo diximus, vt auctor est Herodotus lib.1. Numer. 185.

VERS. 2.

VISIO DVRA NVNTIATA EST MIHI.] Alij: 1. *Visum prædurum indicatum est mihi*. 2. *Propheta dura annuntiata est mihi*. 3. *Visio perplexa, intricata, rigida, pertinax, dura, nuntiatur mihi*. quam onus siue onerosam prophetiam nominauit præcedente versu. id est, propheta significans magnam calamitatem reuelata est mihi.

QUI INCREDVLVS EST, INFIDELITER AGIT, ET QUI DEPOPVLATOR EST, VASTAT.] Alij ex Hebr. 1. *præuicator, præuicator, & vastator, vastator*. 2. *præuicator præuicatori, & vastator erit vastatori*. id est, Babylonijs, seu Chaldejs, qui alijs iniuriam faciebat, iniuria afficietur: & qui alios vasta-

bat, ipse vastabitur. 3. *perfidus iste perfide agit, & vastator iste vastat*. Hinc vsque ad vers. 6. populo subministrat propheta Dei verba, quibus in captiuitate Babylonica confirmaretur de ruina Babylonis, & liberatione sua: ac propterea aduocat Deus illos, quorum operâ erat vtrumque effecturus. Causæ hic ponuntur duæ: vna, impietas, & improbitas Babylonijs; altera, populi calamitas: quæ duo per hysterofin sequentibus explicantur. Perfidi enim & vastatoris appellatione Babylonijs intelligitur, in perfidia sua contra Deum, & inhumanitate pergens: quemadmodum apud Daniele exemplis Nebucad-Netzaris, & Bel-schatzaris ostenditur à primo capite ad sextum. 4. Forsterus exponit: *irruptori irruptor & vastatori vastator*. subaudi: erit. 5. Forerius: *depopulator depopulatur, & vastator vastat*. Nos propius ad Hebræa: *Ipse excurrens excurrens, & ipse deuastans deuastans*. vt geminatio pronominum sensum intendat. quasi dicat, ipse Babylonijs vi & iniuria vehementer excurret, seu incurret, ac irrumperet in populum Dei, & immanissimè deuastabit Ecclesiam.

ASCENDE ÆLAM.] id est, Persa, synecdochice: est enim Helam incola Elymaidis ad Mediam: vide supra cap. 11. vers. 11. & Genes. 10. v. 22. Alij: *Ascende Elymais*. id est, tu prouincia Elymais: nam Helam est fœmineum, ex adiuncto verbo. vt sequens *Madaï*.

OBSEDE MEDE.] Hebr. *coangusta, coarctata, concludere, constringere, cingere obsidione*, *Madaï*. id est, Media: vide Genes. 10. vers. 2. Sic Nominatim ostenduntur populi, quibus administris post annos amplius centum septuaginta, erat vsurus Deus, Cyro duce, ad euertendum imperium Babylonicum.

OMNEM GEMITVM EIVS CESSARE FECI.] Plebrique exponunt, *eius*. id est, Babylonis, actiue, id est, omnem gemitum, quo Babylon cogebat alios flere illata vi & iniuria. Alij reddunt: *totus gemitus huius faciam vt cesset, dicentis: idcirco implentur lumbi mei, &c.* vt sententia nectatur sequentibus. Exponunt, *huius*, nimirum Ecclesiæ indigne perferentis perfidiam & inhumanitatem istius Babylonis: quam Ecclesiam postea compellat, vers. 10. quasi dicat, non possum amplius ferre istorum Babylonijs improbitatem, & huius Ecclesiæ meæ querimonias, tempus est hanc liberandi, & istos perdendi.

PROPTEREA IMPLETI SVNT LUMBIBI MEI DOLORE, &c.] Hebr. *Idcirco impleti sunt lumbi mei*. חלחלה *chalchalah*, cruciatus, dolore-intensissimo, & acerrimo. Geminatum enim nomen significatum adauget. Quidam hoc & sequente versu verba prophetæ esse volunt, ob nimiam acerbicatem ostensa sibi prophetiæ. Alij, ipsius populi Babylonicis obsidionis calamitate & expugnatione pressi. Nonnulli, Ecclesiæ gemitis sub tyrannide Babylonis: vnde exponunt: *idcirco implentur lumbi mei egritudine*. propter istorum perfidiam, inhumanitatem, & ærumnas meas: verba Ecclesiæ gemitus suos exponentis allegorijs grauissimis. Aliqui reddunt: *impleti sunt consternatione lumbi mei*.

VERS. 3.

ANGUSTIA POSSEDI ME SICUT  
ANGUSTIA PARTURIENTIS.] Hebr.  
coangustationes, conclusiones, constrictiones,  
coarctationes, tormina, dolores grauissimi ap-  
prehenderunt, corripuerunt, inuasorunt me, quasi  
coangustationes, &c. parturientis. id est, qua-  
les parturientium esse solent: vide supra  
cap. 13. vers. 8.

CORRVI QVVM AUDIREM, CON-  
TURBATUS SVM QVVM VIDEREM.]  
Alij ex Hebr. 1. in curuavi me quando audiui,  
terrui-fui quando vidi. 2. contorsi me ab au-  
diendo, conturbatus sum a videndo. 3. incur-  
uatus sum quum audirem, conturbatus sum cum  
viderem. 4. audiendo concidis, videndo obstupui.  
5. curuatus sum ab audiendo, & exterritus-  
sum a videndo. 6. contorqueor ex auditu, con-  
turbor ex visu.

CONTURBATUS SVM.] נִבְהַלְתִּי nibhal-  
thi, nos Valentini vim verbi & sono & signi-  
ficatione aptè exprimimus. Esbalai-fuy. id est,  
subito-terrore-percussus-fui.

VERS. 4.

EMARCVIT COR MEVM; &c.] Hunc  
versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Concussum  
est cor meum, id est, factus sum mentis emo-  
tæ, siue mens mea non constitit sibi: horror  
terruit me: crepusculum desiderij mei posuit mi-  
hi Deus in timorem. id est, noctem a me de-  
sideratam conuertit in noctem terrificam.  
Nonnulli Hebræorum putant id dictum in  
persona regis Bel-fatzaris, qui noctu fecit  
magnum conuiuuium, quæ nox cœpit ei esse  
iucunda & amabilis lætitia vini & epularum,  
sed eam ei Deus vertit in terrorem, quando  
statim apparuit manus scribentis in pariete,  
vnde ipse vehementer expauit, vt scribitur  
Daniel. 5. 2. Cor meum palpitat; horror per-  
terrefecit me crepusculum desiderij mei, seu  
noctem optatam mihi posuit mihi in horrorem.  
subaudi, Deus, vel hostis. 3. Errat animus  
meus horror perterrefacit me, crepusculum desi-  
deratissimum mihi disponit in trepidationem  
mihi. id est, ne ipsam quidem noctem hu-  
manæ quieti attributam, & mihi optatissimam,  
sinit quietam esse, sed noctes æque ac dies  
abutitur me, vt durissimus dominus mancipio  
abiectionissimo: cuius sola recordatio ita ani-  
mum meum afficit, vt totas etiam noctes co-  
horrescam.

BABYLON. ] נֶשֶׁפֶה nescheph, proprie hic  
crepusculum vespertinum. Noster Babylonem  
intellexit, vt supra cap. 13. v. 2.

DILECTA ME A.] חֶשֶׁק cheschek hæc  
omnia complectitur, promptitudinis, pro-  
pensionis, complicationis, complexionis, amplexus,  
voluntatis, desiderij, voluptatis, concu-  
piscencie meæ. vide in 1. Reg. 9. vers. 1. q. d. cre-  
pusculum suauissimum & desideratissimum  
mihi.

VERS. 5.

PONE MENSAM, CONTEMPLARE  
IN SPECVLA.] Alij: Alij ex Hebr. 1. Dis-  
pone. seu ordina mensam, speculari in specula.  
vel speculari, qui es in specula. 2. Ordina  
mensam, speculari in speculam, vt singulis  
verbis coniungatur, comede, & bibe speculari  
in speculam, &c. quasi indicet. propheta,  
Babyloniis iam iam hostem imminere, vt eis  
neque mensam ponere neque cibum aut po-  
Maluenda; In libr. Isaia.

tum capere liceat sine magna sollicitudine  
ingruentis hostis, coniectis semper oculis  
in excubias, si quid de hoste nuntient. 3. se-  
quentibus iungunt: Instruxerant mensam, &  
speculatus in specula; comedebant & bibe-  
bant quum dixerunt speculatores: Surgite princi-  
pes, &c. 4. per infinitiua more Latino: ipse  
Babylonij, adornare mensam, circumspicere  
lucernam, comedere, bibere: quum ecce excu-  
bitores exclamant: Surgite principes, &c. 5. In-  
strue mensam. Hic Deus ad denuntiationem  
reuertens, Babylonios primum per concessio-  
nem vocat ad diem festum celebrandum:  
deinde altera parte versus obsessores excitat,  
& classi cum canit, vt Babylonem irrumpant.  
Nam diem festum Babylonios agitasse quum  
Cyrus irrupit, Herodotus lib. 1. Numer. 191.  
scribit: [Sed quod forte dies festus eis esset, exer-  
cendis choreis, atque ob lætationibus operam da-  
bant, donec plane hoc rescuerunt: atque ita  
primo capta est Babylon.] speculetur speculator  
comede bibe. id est, genio tantum indulgeto,  
nè laborato de custodia Babylonis, qui volet,  
sollicitus esto. Nam ista indefinita imperan-  
di genera sunt negligentium ac fere inutilia,  
vt docet Xenophon lib. 1. Cyropædiæ. Et ve-  
ro in eum modum Babylonios a Cyro. obses-  
sos se gefisse, Herodotus eodem lib. 1. Numer.  
190. & 191. ostendit.

SVRGITE PRINCIPES.] Apostrophe  
ad Cyrum, Medorumque & Persarum duces.

ARRIPITE CLYPEVM.] Hebr. vngite  
clypeum seu scutum. Hebræorum aliqui expo-  
nunt, id est, mortuo Belfazare, o Babylonij,  
vngite seu constituite vobis regem, qui cly-  
peus & scutum populi sit. Alij: Vngite cly-  
peum, & lucere siue splendere-facite, atque  
adeo nitidum reddite, & expolite, vt fabri-  
cus sit; ne bellica instrumenta penetrent. Vi-  
dentur olim clypeos oleo unxisse, vel quo ni-  
tidiores essent, ac splenderent; Sidonius  
lib. 4. Epistola 20. [Clypeorum lux in orbibus  
ninea, fulua in umbrionibus.] vel quo lubricio-  
res, ad ictus repellendos seu eludendos. vide  
2. Samuel. 1. vers. 21. Forte alludit ad veterum  
clypeos, qui taurino glutino cum linteo  
compingebantur: vt de Romanorum clypeis  
docet Polybius lib. 6. & Aufonius in Mono-  
syllabis.

Tergora dic clypeis accommoda quid faciat?  
glux.

q. d. glutino vngite clypeos, at corio, lin-  
teoque bene compingite tabellas vt soli-  
diores & fortiores existant: vnde quidam ex-  
ponunt, id est, arma vestra comparate ad ir-  
ruptionem: synecdoche. Quid etiam si cly-  
peos olim militari luxuria vnguento vnge-  
bant, vt aquilas, & signa Romana teste Plinio  
lib. 13. cap. 3?

HÆC ENIM DIXIT MIHI DOMINVS.] VERS. 6.  
Alij: Nam ita edixit Dominus mihi. Altera  
pars huius prophetiæ, qua Deus superiorem  
denuntiationem visione confirmat, & Baby-  
lonis excidium præfinit, quod supra obscurius  
fecerat, cap. 13. & 14.

VADE ET PONE SPECVLATOREM:  
ET QVOD CVM QVE VIDERIT, AN-  
NVTIET.] Alij: Abi, constitue speculatorem,  
T quod

quod viderit, indicet. id est, vt amplius confirmaris de prænuntiato excidio Babylonis ad liberationem populi, ac proinde alios in eadem expectatione confirmare possis, adhibe testem alterum, nimirum prophetam aliquem ex discipulis tuis, atque ex populo, qui res visas ad te referat. Hic autem propterea speculator dicitur, quod officium esset populi, velut è specula venturum in Babylonem iudicium certa fiducia præcipere, quod studium opponitur Babyloniorum oscitantæ, de qua præcedente versu.

VERS. 7.

ET VIDIT CURRUM DVORVM EQUI-  
TVM, ASCENSOREM ASINI, ET ASCENSOREM  
CAMELI.] Heb. *Et vidit currum coniugationis, iugi, coniugij, paris, xyronidis, equitatum, curruum asini, curruum cameli.* Notum est, Hebræis רכב *recheb*, currum interdum collectiue sumi, pro curribus, curratu, expeditione curruum, omnique apparatu vehiculario, & curruli: atque etiam פראשין *paraschim*, equites, pro equis, vt etiam Latinis, seu equitatu: vt sane vtrumque accipitur Genes. 50. v. 9. S. Hieronymus hanc speculatoris visionem ita figurat, vt viderit currum bigam, quem asinus & camelus trahebant, & vectorem seu aurigam vnum curru insidentem: atque hunc esse Cyrum, qui regno Persarum minori vt asino, & regno Medorum tunc maiori vt camelo præsidebat. Alij volunt speculatorem vidisse multos currus equitum, multos asinorum, multos cameliorum: id est, exercitum Persarum ac Medorum in Babyloniam aduentantium, qui eiusmodi curribus abundarent, Nonnulli putant, vidisse duos tantum currus, & vtrique suum equitem seu vectorem insidentem; alterum, quem traheret asinus; alterum tractum à camelo. Vnde reddunt: *Et videt par equitum, quorum alter asino, alter vero camelo vehebatur.* Et primum Cyrum significasse, qui dictus est *mulus*, seu *semiasinus*, quod matre nobiliore quam patre natus esset: Vide Herodotum lib. 1. Num. 55. & 91. & Meghasthenem apud Eusebium lib. 9. Præparationis Euangelicæ, cap. 4. versus finem. Secundum vero, Medos; nam Mediam camelis abundasse, vel historia Tobiaë fatis ostendit: & jocus ille Aristophanis, Auibus: [*Quomodo cum Medus sit, sine camelo volauit?*] & totus oriens camelos inter armenta pascit, vt auctor est Plinius lib. 8. cap. 18. Aristoteles lib. 9. Historiæ animalium. cap. 50. alias 79. [*Nonnulli superioris Asia incolæ camelos vel ad tria millia possident.*] Tremellius & Iunius ita hunc locum explanant: *Quum itaque vidisset: in visione scilicet à Deo exhibita: currum, par equitum, seu currus, Syllepis: vt 2. Reg. 6. v. 17. sic statim. & infra vers. 9. duplices equites, currus asinorum & currus camellorum.* Signa hæc quæ videnda exhibuit prophetæ Deus, figuræ sunt exercitus, quo Medi & Persæ Babylonem expugnarunt, cum enim Babylonij (vt docent historiæ profanæ, & nominatim recenset Herodotus lib. 1. Num. 192.) equitatu valeret plurimum, visum est Cyro hac arte Babylonios aggredi, vt equis illorum camelos tantum & mulos Persicos objiceret: quorum illi equos aspectu

& odore deterrent; hi viribus sunt valentiores & velociores: quod stratagemata Cyrus, iam antea experientiâ didicerat, in prælio ad Sardeis commissio contra Cræsum, vt eodem libro refert Herodotus Numero 80. Hoc autem naturale esse odium inter camelos & equos docent Aristoteles de Historia animalium, & Plinius lib. 8. cap. 18. Mulos verò Orientales viribus & celeritate præstare, vel ex Abschalomi historia constat, & ex Persarum angariis. Etsi haud scimus an commodius mulorum nomen impedimentis tribuatur, quum dimidius fere exercitus in comætu apportando occuparetur: quia deserta erat regio supra Babylonem, totus ager opera Babyloniorum exhaustus, & in oppidum comportatus. Hæc ex Herodoto, Ctesia, & Diodoro Siculo. *duplices equites.* id est, duos ordines equitum, horum superne, illorum inferne ingredientium Babylonem Sed hanc interpretationem non dubitamus ex futilibus coniecturis & diuinationibus compactam maiori ex parte, & concinnatam esse: neque enim ex Herodoto, aut aliis constat, Cyrum camelos equitatu Babylonio opposuisse, vt fecerat contra Cræsum: neque duos ordines equitum, vnum supernè qua Euphrates urbem influit, & alium inferne, qua effluit, ingressos: imo Herodotus lib. 1. Numer. 191, potius significat vtrunque pedites ingressos, quum ait: [*Mediorum femorum tenuis ad summum fortiter Babylonem introierunt.*]

ET CONTEMPLATVS EST DILIGENTER  
MVLTO INTVITV.] Arij ex Heb. 1. *Et attendet attentione, multa attentione. 2. contemplabitur contemplatione, multus contemplatione, id est, multum contemplans. 3. Ille ergo quum contemplatus esset contemplatione multa & diligenti. 4. & attendisset attentione, multitudinem attentionis, seu, & attendisset attente, attentissime.* Sic enim verbo, verbali suo repetito eidem adjuncto, solent Hebræi maximam curam & diligentiam, qua aliquid effectum sit, designare. q. cum summè & attentissime intendisset.

ET CLAMAVIT LEO: SVPER SPECVLAM, &c.] Quidam contra rationem interpunctionis Hebraicæ reddunt. *Et clamavit, vel tum clamavit, seu clamabat, scilicet speculator: Leo super speculam. Domine, ego sto iugiter per diem, & super custodiam meam ego sto totis noctibus. q. d. Speculator clamavit: video leonem stantem in loco eminenti tanquam speculantem & imminentem prædæ. id est, Cyrum obsidentem Babylonem. Alij aliter distinguunt. Et clamavit Leo super speculam: Domine mi, ego sto iugiter per diem: super custodia mea ego sto totas noctes. id est, Cyrus rex tanquam fortissimus Leo stans in specula ad capiendam Babylonem, se Domino paratum offert, ac intentum obsidioni dies noctesque. Quidam in eandem fere sententiam vertunt: Et clamabat Leo: Ego ô heremi, ad excubandum steti iugiter per diem, ego quoque ad custodiam meam constitui per totam noctem. Nonnulli: clamavit vt Leo: in specula, Domine, ego consistam iugiter interdum, & in obseruatione mea ego per stabo totis noctibus*

atibus, id est, quam maxima voce potuit, robustissima, leonina, testatus est hanc attentionem suam, & studium amplius attendendi imposterum ad ea, quae dicturus, facturus, aut demonstraturus esset Dominus.

VERS. 9.

ECCE ISTE VENIT ASCENSOR VIR BIGÆ EQVITVM. ] Alij eh Heb. 1. Et ecce hic venit currus aliquis, & par equitum. 2. Et ecce iam venit currus uniuscuiusque paris equitum. 3. Et ecce iste venit currus viri bigorum. 4. Et ecce iam venit currus virorum, currus, inquam, paris equitum. 5. In terra ecce iam ingressi erant currus virorum, duplices equites. id est, eodem momento quum nondum absoluisset speculator ostendere studium suum, iam illi ordines Babylonem irruerant ab utraque parte, vt scribit Herodotus. Nos ita accipimus: clamante speculatore, ac testante studium suum, ecce vidit, iam currus, & equitatum Persarum Babylonem irrumpere.

ET RESPONDIT ET DIXIT. ] Alij: tunc eloquutus est, dicens. scilicet speculator.

CECIDIT, CECIDIT BABYLON. ] Repetitio, inquit, summæ lætitiæ & celeritatis signum est: cuius lætitiæ rationes subiiciuntur, ab honore Dei, & liberatione Ecclesiæ.

ET OMNIA SCVLPITILIA DEORVM EIVS CONTRITA SVNT IN TERRA. ] Alij: & omnes sculpsiles dei eius, quos laudabat Belschatzar, quum sacris vasis conuiuans abuteretur in contemptum Dei, Daniel. 5. v. 4. per fringens deiecit in terram. nempe Deus per Persas & Medos.

VERS. 10.

TRITVRA MEA, ET FILIVS AREÆ MEÆ. ] filius area. id est, frumentum, vel palea, quæ in area atteritur. Aiunt esse verba prophetae in persona Dei, q. d. Babylon conteretur à me quemadmodum trituri solet seges & palea in area. Quidam reddunt: O tritura mea, & fili area mea, vel edite in area mea. Apostrophe ad Ecclesiam cuius propheta se membrum esse agnoscens, docet Ecclesiam: quantum sit beneficium Dei reuelantis consilia sua, & quantum ipsius studium in informanda de illis Ecclesia: trituram autem, & editum in area vocat populum Dei, quia in Babylonia quasi in area fuerat triturratus, atque ventilatus, vt quum triturando è gluma & follibus suis vtriculisque triticum educitur: quæ similitudo in Scripturis est frequentissima, vt infra cap. 28. v. 27.

VERS. 11.

ONVS DVMAH. ] Hebr. Onerosa propheta, vt cap. 13. vers. 1. Dumah. Duplicem in Scriptura legimus Dumah, alteram in Arabia deserta cultam ab Ismahelitis Genes. 25. v. 14. in qua oppidum Dumatha Ptolemæo lib. 5. cap. 19. alteram urbem montanam tribus Iehudæ; vel ad Idumæam pertinentem, vel Idumææ confinem, de qua Iosue 15. vers. 52. hanc hoc loco intelligi S. Hieronymus ita docet: [ Pro Dumah LXX. Idumæam ponunt: est autem Dumah non tota Idumæa prouincia, sed quadam eius regio, quæ ad austrum vergit: & ab urbe Palæstina, quæ hodie dicitur Eleuthropolis, viginti distat millibus: iuxta quam sunt montes Seir, sumpto ab auctore nomine: Seir Malucnda, in libr. Isaia.

quippe interpretatur Hispidus & Pilosus: qui Hefau fuit. ] Tremellius & Iunius: Prophetia onerosa Duma. Secunda hæc prophetia, quo breuior eo est obscurior. Nos sententiam nostram (vt simplicissima videtur) afferemus. Dumam plerique accipiunt synecdochice pro Iischmahelitis, ab illa Duma, cuius fit mentio Genes. 25. vers. 14. Sed hoc improbamus duabus de causis maxime: vna est, quod Schir mons Edomæorum hinc nominatus est; altera, quod Duma illa æquæ ac Kedar sequente prophetia continetur. Dumam itaque accipimus pro Edomæa per apharesin, vt cum Ram, pro Atam, & Paldammim pro Ephesdammim, & similia dicuntur: ac propterea duos hosce versus accommodamus Edomæis, hoc argumento: Priore versu Edomæi ludificantur studium & attentionem pervigilem piorum, & minas Dei contemnunt; posteriore vero propheta easdem minas repetens docet iudicia Dei instare, nisi mox resipuerint: quæ deinde absolute, & sine vlla conditione denuntiantur, infra cap. 34. v. 5.

AD ME CLAMAT. ] Edomæus ridens, & ludificans. Alij: Clamat quispiam ad me. id est, videor mihi audire clamantem aliquem de Schir.

DE SEIR. ] Hebr. de Segbir. monte Edomææ, de quo vide in Genes. 14. v. 6. & cap. 36. v. 8. & Deuteronom. 2. v. 22.

CVSTOS QVID DE NOCTE? ] id est, qui habitant in monte Schir, timebunt maxime, surgentque nocte, & passim interrogabunt vigiles, ac dicent: Custos quid hac nocte accidit, vel quid accidit, ex quo nox est? seu quid nocte ista de aduentu hostium presentisti? Aliqui reddunt: Vigil quid de nocte? id est, Propheta, qui te custodem esse gloriaris, & excubare pro salute populi, iudiciaque Dei explorare, quid de calamitatibus, quas alij toties cantarunt nobis euenturas esse, prænuntias?

Custos quid de nocte? repetitio, augens metum & anxietatem de imminente hoste. Alij reddunt vnica voce: vigil quid loquitur? quid dicit? id est, quid noui affert propheta? מילל millet, cum Iod quiescente in Tzere, exponunt, de nocte, à ליל lajil præfixa præpositione מן min. Alij, Iod redundare putant, & causa alicuius mysterij adiectum, atque esse præteritum Pihel, dixit, loquutus est. vel præcise, circumscripte, concise protulit sermonem: vt solent esse sermones prophetarum.

DIXIT CVSTOS: VENIT MANE ET NOX. ] Exponunt, id est, idem interrogabitis cias manè, & quum superuenerit nox, & tamen nihil proficietis. Quidam reddunt: Dixit vigil, aduenerat mane, sed etiam nox aduenit. id est, excusso iugo Iisrahelitarum è collo tuo, vt dicitur Genes. 27. vers. 42. libertate, copia bonorum, ac prosperitate vsus es: sed iam altera tibi instat ab Assyriis calamitas, qua velut tenebris noctis obscuraberis.

SI QVÆRITIS, QVÆRITE, REVERTIMINI, VENITE. ] Exponunt, quasi dicat, Facimus vobis potestatem frequenter inculcandi hanc interrogationem, custos quid de nocte? si vultis quærere, quærite, interrogate quantum

quantum voletis, nihil tamen proficietis. *reuertimini, venite*, ad interrogandum, frequenter adite excubias, si quem rumorem aut strepitum de aduentante hoste perceperint. Aliqui reddunt: *si eruetis, eruite, vel si elicietis, elicite* arcana: *reuertimini, venite*. Loquitur autem, inquit, propheta de peruestiganda voluntate & aduentu hostium, qui latebat. Nonnulli: *Si quaesituri estis, querite, reuertimini, venite*. id est, si quaesituri estis Deum vera penitentia & resipiscencia. quasi dicat, si est vobis in animo, mox facite vt ad Deum conuertamini, & statim redite, seu reuocate gressum ab instituta via vestra: quæ hortatio fraterna ad Edomæos emphasim habet, positis verbis pluribus asyndetis.

VERS. 13.

ONVS IN ARABIA.] Hebr. *Prophetia onerosa, grauis*. vt cap. 13. vers. 1. *in Arabia*, vel *in Arabianam*, seu *super, contra Arabianam*, vel *de Arabia*. id est, de clade Arabiae. Desertam nonnulli intelligunt, ex significatione vocis Hebraicæ. Alij Petraam. Tremellius & Iunius: *Prophetia onerosa in Arabianam*. Tertia hæc prophetia similiter ostendit quantam cladem Sancherib Arabibus Iudææ conterminis allaturus sit, postquam Pelisthæos, & alios circumiacentes debellasset iusto Dei iudicio ac propterea primum calamitatem describit, tribus versibus: deinde præfinit tempus duobus vltimis. In Arabianam. Petraam videlicet, Iudææ Ægyptoque conterminam, quæ proinde sæpius Æthiopiis & Ægyptiis operam suam commodauerat contra populum Dei, ac fortasse etiam Thirhakæ contra Sancheribum.

IN SALTU AD VESPERAM DORMIETIS IN SEMITIS DEDANIM.] Alij ex Hebr. 1. *In nemore in Arab morabimini, ò semita Dedanim*. Hic semitæ pro his, qui faciunt iter, intelliguntur. quasi dicat, O viatores Dedanitæ (solebant enim frequenter commeare) qui ante solebatis pernoctare in tentoriis Scenitarum Arabum, post hac nulla inuenietis, & cogemini in siluis pernoctare, quoniam destructa erit Arabia. 2. *Per siluas in Arabia pernoctabitis, ò cætus commeantes Dodanaorum*. id est, ò cætus posterorum Abrahami ex Keturæ. Genes. 25. v. 3. latebitis in siluis ac nemoribus, metu Sancheribi.

IN SEMITIS.] Hebr. sine præpositione *אורח* *orechoth*, propriè *semitæ, viatoria, comitatus, turma-viatorum, cætus-commeantium, caravanæ, casila*. vide Notas in Genes. 27. vers. 25.

DEDANIM.] Vide in Genes. 10. vers. 7. & in cap. 25. v. 2. & 3.

VERS. 14.

OCCURRENTES SITIENTI, &c.] Hunc alij ex Hebr. efflerunt: 1. *In occursum sitienti venite, ò aqua, habitatores terræ Thema cum pane eius prouenite fugientem*. id est, Excipite

Arabes fugientes, siti confectos, alioqui perituros, pane eius. id est, escis necessariis vnicuique eorum reficite eos. 2. *Obuiam sitienti venientes afferant aquas, incola regionis Thema, cibo suo proueniant euagantem*. Ergasia ab historia incolarum Arabiae Desertæ, vbi sita est Thema Iischmahelitarum, Genes. 25. vers. 15. qua summam penuriam Petræis Arabibus fore ostendit, quum ab iis ipsis mendicaturi sint victum, qui ex suo agro non possunt seipos alere. *euagantem*. id est, incolas Arabiae Petrææ fugientem. 3. *O cines Thema obuiam proferte aquas sitienti, pane suo accurrite pro fugo*. De Thema vide in Genes. 25. vers. 15.

A FACIE ENIM GLADIORVM FUGERVNT.] Alij: *Nam propter gladios euagabuntur*. id est, propter armatas Sancheribi copias.

A FACIE GLADII IMMINENTIS.] Hebr. *à facie gladij dimissi, districti, nudati, protensi*. Quidam: *propter gladium extensum*. id est, per vadentem totam Arabianam.

A FACIE ARCUS EXTENTI.] Alij, *calcanti, adducti, viati*. hoc est, recta via directi in hostem: sic supra cap. 5. v. 28. Quidam: *propter arcum adductum*.

ADHUC IN VNO ANNO QVASI IN ANNO MERCENARIJ.] Alij ex Hebr. 1. *In adhuc anno*, id est, In termino, In fine anni *sicut anni mercenarij*. hoc est, exacto anno vno simili anni mercenarij, id est, integro & perfecto: nam anni mercenarij sunt præcisi, neque redundantes, neque diminuti. A die hujus prophetiæ vsque ad destructionem Arabiae fuit vnicus annus, integris suis diebus constans. 2. *Quum ad huc fuerit annus iuxta annos mercenarij*. 3. *Intra annum, vt sunt anni mercenarij*. vide supra cap. 16. v. 14. Confirmatio à tempore, vt in vers. 18. diximus.

ET AVFERETVR OMNIS GLORIA CEDAR.] Hebr. *Et consummabitur, terminabitur, cessabit, deficiet, finietur omnis grauitas, excellentia, splendor majestas Kedaris*. Exponunt, id est, Arabiae Petrææ, & Desertæ. vide in Genes. 25. v. 13.

ET RELIQUIÆ NUMERI SAGITTARIORVM FORTIYM DE FILIIS CEDAR IMMINVENTVR.] Alij ex Hebr. 1. *Et reliquiæ numeri arcu jaculantium fortium filiorum Kedar imminuentur*. id est, sagittarij pauci, ijque fortes qui supererunt, indies fient pauciores numero. Reliquias numeri vocat paucas & exiguas: Vide similem loquutionem Genes. 34. v. 30. 2. *Et residuum arcus quod numerabitur, fortium filiorum Kedar, imminuetur*. 3. *Et reliquus numerus jaculatorum, potentes Kedareni diminuentur*.





CAPVT XXII.

Sermo Domini contra Ierusalem, cuius desier propheta vastitatem: & quod neglecto Deo frustra se munit ad resistendum Assyriis: carpuntur quod cum plangere deberent, gulæ indulgeant, & reiecto Sobna templi præposito substituitur Eliacim, cui magna datur potestas.

Vulg.

Malu.

- 1  Nus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in recta?
- 2 clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui non interfecti gladio, nec mortui in bello.
- 3 Cuncti principes tui fuerunt simul, duræque ligati sunt: omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.
- 4 Propterea dixi: Recedite à me, amare flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitate filia: populi mei.
- 5 Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum, Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montem.
- 6 Ælam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus.
- 7 Et erunt electæ valles tuæ plena quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta.
- 8 Et reuelabitur operimentum Iudæ, & videbis in die illa armamentarium domus saltus.
- 9 Et scissuras ciuitatis David videbitis quia multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris,
- 10 & domos Ierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum,
- 11 Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longè non vidistis.
- 12 Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad plan-

- 1  Euanda vallis præuisionis: Quid tibi nunc, quia ascendisti <sup>a</sup> omne tuum <sup>b</sup> rectis?
- 2 Acclamationibus plena vrbs sonans ciuitas exultans: violati tui non violati gladij, & non morientes <sup>c</sup> cætionis.
- 3 Omnes extremarij tui diuagati fuerunt vnâ, de arcu ligati fuerunt: omnes inuenti tui ligati fuerunt <sup>d</sup> vnità, de longinquo fugerunt.
- 4 Super sic dixi: Blandè respicite de me, amaricabor in lacrymatione: non incumbetis ad consolari me super deuastatione filia: populi mei.
- 5 Quia dies conturbationis, & conculcationis, & intricationis, <sup>e</sup> ADONAI IHVH TZEBAOTH in valle præuisionis, ex parietans parietem, & acclamatio ad montem.
- 6 Et Ghelam leuauit pharetram in curru hominis, equitibus: & kir denu-dauit <sup>f</sup> circummonimentum.
- 7 Et fecit, electio vallium tuarum impletæ fuerunt curru: & equites ponere positi fuerunt <sup>g</sup> in portam.
- 8 Et euoluit velum Iehudæ, & respexit in die ipsa ad armatum domus filuæ.
- 9 Et <sup>h</sup> discissiones vrbs Davidis vidistis quia multiplicatæ fuerunt: & congregauistis aquas piscinæ subterioris.
- 10 Et domos Ierusalem numerauistis: & demoliti fuistis domos ad munire murum.
- 11 Et expectationem fecistis inter muros duos aquis piscinæ veteris: & non respexistis ad facientes eius; & formantem eius de longinquo non vidistis.
- 12 Et vocauit ADONAI IHVH TZEBAOTH in die ipsa lacrymationi, & ce-

<sup>a</sup> vniuersa  
to  
<sup>b</sup> durius.  
in recta  
  
<sup>c</sup> belli, præ-  
lij  
  
<sup>d</sup> vnâ, patri-  
ter, simul  
  
<sup>e</sup> dicitur  
  
<sup>f</sup> clypeum  
scutum  
  
<sup>g</sup> ad  
  
<sup>h</sup> dicitur  
nes, scissu-  
ras

*Eum; ad caluitium, & ad cingulum sacci:*

13 *& ecce gaudium & lætitia occidere vitulos. & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.*

Sap. 2. b. 6.  
1. Cor. 15.  
d. 31.

14 *Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hac vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum:*

15 *Hec dicit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredi ad eum qui habitabat in tabernaculo, ad Sobnam propositum templi, & dices ad eum:*

16 *Quid tibi hic, aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.*

17 *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amicum sic subleuauit te.*

18 *Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit curvus gloria tua, ignominia domus Domini tui.*

19 *Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.*

20 *Et erit in die illa: Vocabo seruum meum Eliakim filium Helcia,*

21 *& induam illum tunica tua; & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda.*

22 *Et dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.*

23 *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloria domui patris eius.*

24 *Et suspendet super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum.*

25 *In die illa: dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerit in eo, quia Dominus locutus est.*

Apoc. 1.  
b. 2.  
Iob. 12.  
b. 14.

lebrj-planctui, & caluitio, & cinctorio sacci:

*i ad cingendum saccu*

13 *Et ecce gaudium, & lætitia interficere<sup>k</sup> bouem, & mactare<sup>l</sup> ouem, comedere carnem, & bibere vinum: comedere & bibere, quia crastino moriemur.*

*k boues  
l oues*

14 *Et reuelabitur in auribus<sup>l</sup> meis IHVH TZEBAOTH: si expiabitur prauitas ista vobis vsque ad moriemini, dixit ADONAI IHVH TZEBAOTH.*

15 *Sic dixit ADONAI IHVH TZEBAOTH: Ambula, veni ad consuetentem istum, super Sebna, <sup>m</sup> qui super domum.*

*m profectus domus, maior domum*

16 *Quid tibi hic? & quis tibi hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum: excidens eleuationem sepulcri sui; constituens in rupe scenam sibi.*

17 *Ecce IHVH vehementer - prote-lans<sup>n</sup> tuus vehementi protelatione, <sup>o</sup> praxualide: & obtegens P tuus obtegere.*

*n te  
o o vir, heros, strenuus  
p te*

18 *Cidarizare cidarizabit te cidari sicut pilam ad terram manuum: inibi morieris, & inibi<sup>q</sup> vehicula<sup>r</sup> grauitatis tuæ, <sup>f</sup> leuifactio domus<sup>t</sup> sustentorum tuorum.*

*q currus, quadrigæ  
r gloria, splendoris, honoris, dignitatis  
f leuifactio*

19 *Et <sup>u</sup> impellam te de statione tua, & de consistentia tua diruet te.*

*u depellam, deturbabo  
x vestirefaciam eum tunicam tuam  
y corroborabo, valide apprehendam, confirmabo  
z apertionem, clauem*

20 *Et erit in die ipsa, & vocabo seruum meo Eliakimo, filio Chilkiah.*

21 *Et <sup>x</sup> vestiam eum tunica tua, & balteo tuo<sup>y</sup> obtinebo eum; & dominium tuum dabo in manu eius: & erit patri habitanti Ierusalaim, & domui Iehudah.*

*x vestirefaciam eum tunicam tuam  
y corroborabo, valide apprehendam, confirmabo  
z apertionem, clauem*

22 *Et dabo <sup>z</sup> apertorem domus David super humerum eius: & aperiet & non claudens, & claudet, & non aperiens.*

*a fideli, stabile, firmo, constante.  
f v. 25.  
b datus.  
c v. 18.  
d v. 18.*

23 *Et infigam eum clauum in loco<sup>a</sup> credito: & erit<sup>b</sup> solio<sup>c</sup> grauitatis domui patris eius.*

24 *Et suspendent super eum omnem<sup>d</sup> grauitatem domus patris eius, exitus, & genimina; omnia vasa parui: de vasis phialarum, & vsque ad omnia vasa<sup>e</sup> nabliorum.*

*a fideli, stabile, firmo, constante.  
f v. 25.  
b datus.  
c v. 18.  
d v. 18.*

25 *In die ipsa, Fidelis- sermo IHVH TZEBAOTH, <sup>f</sup> discedet clauus in fixus in loco credito: & succidetur, & cadet, & excidetur leuanda, quæ super eum, quia IHVH loquutus fuit.*

*e vitium*

*f amouebitur*

## COMMENTARIA.

VERS. 1.



**V**NVS VALLIS VISIONIS.] Heb. *Prophetia-onerosa, seu grauis, vt cap. 13. v. 1. Vallis visionis.* Observant huius capitis prophetiam esse duplicem, vnam ad rempublicam totam pertinentem, vsque ad versum 15. alteram, ad Schebnam praefectum praetorio, inde ad finem vsque: prioris autem prophetiae partes esse tres; primam, propositionem dialogisticam calamitatum & luctus Iudaeis omnibus euenturi, vsque ad vers. 7. secundam, propositionem causarum quibus ad calamitatem istam importandam adducitur Deus, vsque ad vers. 14. tertiam esse conclusionem, qua sententiam fert Deus de immittendis in Iudaeam calamitatibus, v. 14.

*Vallis visionis.* Vna omnium sententia est, intelligi Ierusalem, seu Iehudaeam quod in eam ceu vallem influerent omnes visiones, & reuelationes prophetarum, & esset veluti seminarium prophetiarum, ac prophetarum. Quidam exponunt: *Vallis visionis:* id est, Iehudaeae, quae a situ quidem *Vallis* nominatur, quia montosa est, & vallibus abundat: *visionis* vero, & quia Deus praesentiam suam quodammodo aspectabilem, videndamque populo suo exhibebat; & quia sedes fuit prophetarum Dei, ad quam proprie olim prophetiae cum aliae omnes, tum haec ipsa pertinuerunt: sic infra vers. 5. Nonnulli reddunt: *Vallis prophetiae.*

**Q**UIDNAM QVOQUE TIBI EST, QVIA ASCENDISTI ET TV OMNIS IN TECTA? Alij: 1. *Quid tibi hic negotij est, vel quid tibi nunc accidit, quod vniuersa conscenderis super tecta?* Vt fieri solet, in expugnatione urbis metu hostium. 2. *Quid tibi, iam est, quod ascendis tota in tecta.* Plerique explanatorum priorem hanc prophetiam ad ea tempora referunt, quibus Iudaeam totam occupauit Babylonius post annos amplius centum: aliis id minime probatur quia singula, quae hic dicuntur videntur potius ad tempora Chizkijae pertinere: & secunda prophetia huius capitis confirmat. Itaque notant esse dialogicum, quo propheta Iudaeam de calamitatum, & luctus causa interrogat tribus versibus: Iudaea vero responsionem subiicit, tribus alteris.

*Quod ascendisti tota in tecta?* Id est, comparas te, vt publice in oculis omnium testatum facias luctum ingentem tuum: nam ita publice in tectis & plateis agitabatur luctus in malo publico, vt Ieremiae 48. v. 38. Alij exponunt, *ascendisti tota in tecta?* ad speculandum hostem, vel aduenientem calamitatem: vt Aeneas 2. Aeneidos:

— & summi fastigata tecti.

*Ascensu spero, atque arrectis auribus asto.*

VERS. 2.

**C**LAMORIS PLENA, VRBS FREQUENS, CIVITAS EXULTANS.] Alij ex Heb. 10. *tumultibus plena, vrbs tumultuans, ciuitas la-*

*rabunda. 2, vociferationibus plena est vrbs frequens, ciuitas exultans. 3. Quod tumultuationibus plena, ciuitas strepera es o vrbs ante exultabunda?* Nos diximus: *Acclamationibus plena.* Vide deuoce תשחוב theschuoth in Iob 36. v. 29.

**F**REQUENS.] הוֹמִיָּה homijah, sonans, sonora, obstrepera, garrula, tumultuosa, id est, populosa; strepitibus plena.

**I**NTERFECTI TVI.] Heb. *violati tui, confossi, vulnerati tui, non interfecti gladio, neque mortui tui, in bello.* Sed fame, vt plerique exponunt, q. d. non gladio cadente, sed fame contabefaciente consumpti fuerunt. Quidam reddunt: *confossi tui non sunt confossi, gladio neque mortui bello,* id est, quod homines tui non expectato aduentu hostium, velut transfossi exanimantur metu.

**C**VNCII PRINCIPES TVI FUGERVNT.] **VERS. 3.** Heb. *Omnes extremarij tui, id est duces, capitanei, ductores, gubernatores, praefecti tui, vt supra cap. 1. v. 10. dinagati sunt.* Quidam. *Quod omnes ductores tui euagantur pariter?* id est, quod omnes in fugam se dant abiectis armis, & vagi huc illuc discurrent, & alij concurrunt Ieruschalaima, 2. Paralipom. 32. v. 3. & 4.

**D**VREQVE LIGATI SVNT.] Heb. *ab arcu ligati sunt* id est, a ferentibus arcum, a jaculatoribus, seu sagittarijs. Quidam, *pra arcu constricti sunt,* id est arctius constricti sunt quam astringitur arcus. Aliqui nescunt antecedentibus: *fugerunt pariter ab arcu,* id est, a sagittarijs, deinde sequuntur: *ligati sunt.* Alij *vinci sunt ab arcu?* vel *ita vinciti sunt,* vt non videntur arcu? id est, oppressi metu, ac velut constricti, ita vt arcus capiendi non sit illis animus.

**O**MNES QUI INVENTI SVNT PARITER.] Alij 1. *Omnes deprehensi tui vinciti sunt pariter,* id est, quot in te reperti sunt. 2. *quicumque praesentes sunt tuorum, vinciti sunt pariter.*

**P**ROCVL FUGERVNT.] Quidam: *quam longissime aufugerunt.* Alij: *a longinquo fugiant,* id est, quum adhuc procul abest hostis.

**P**ROPTEREA DIXI.] Haec verba plerique prophetae esse volunt: alij, ipsius Ierusalaim, seu Iehudaeae, vt sit responsio Iudaeae, quae primum grauitatem luctus velut immedicabilis explicat, de inde causam, quae paucis verbis exposita, in fine versus, duobus sequentibus explicatur. **VERS. 4.**

**R**ECEDETE A ME AMARE FLEBO.] Alij: 1. *cessate a me, dimittite me, finite me, vt amaritudine afficiam me fletu.* 2. *Diuertite a me vel auertite oculos a me vt amarus sim in fletu vel vt amaro fletui indulgeam.* 3. *Respicite aliorum a me, amaritudine-afficiam me in isto fletu &c.* id est, finite me, alijs rebus incumbite quam vt me consolemini. Vide de notione verbi נשחגח schagah in Iob 7. v. 19

**N**OLITE INCUMBERE VT CONSOLEMINI

MINI ME.] Verbum פָּוַע in Hiphil significatum auget. alij reddunt: *ne festinetis, properetis, contendatis, acceleretis, urgeatis ne valde incumbatis, ad consolandum me.* Vide in Genes. 19. v. 15.

SVPER VASTITATE FILIÆ POPVLI MEI.] Alij i. *super populatione filie populi mei.* id est, congregationis hominum gentis meæ 2. *nimirum propter vastationem:* Apodosis particulae *Propterea* posita in principio versus, quæ vt euidentiore fieret vocem *nimirum* interjecimus: *filie populi mei.* id est, vnicuiusque oppidi in Iudæa, quod Ieruschalaimis velut matri paret.

VERS. 5.

DIES ENIM INTERFECTIONIS.] מַחֲמָה *mehumah* turbationis, sonitus, tumultus, strepitus, rumoris, tumultuationis, commotionis, contritionis. Aliqui. *Quia dies est vexationis &c.* Exornatio siue explicatio præcedentis causæ à duobus locis nimirum a persona Dei, hoc versu; & à persona inimicorum versu sequente, *Vexationis.* id est, quo Iudæa vallis visionis dicta, à Domino vexatur, conculcatur &c.

ET FLETIVM.] בַּחֶבֶךְ *bachah*, alij à בָּרַךְ *buch* & intricacionis, distractionis, perplexitatis, confusionis, coarctacionis, dissipationis.

SCRVTANS MVRVM.] Alij: *diruens, subruens, parietem.* subaudi hostis. Aliqui *jungunt cum dies diruens.* vel à Domino diruente. מִקְרָקֵךְ *mekarkar* Participium verbi קָרַק *kir-kar* in Pihel, de quo vide Numer. 24. vers. 17. Alij nomen faciunt, & subaudiunt: *dies destructionis muri, & vociferationis ad montana.* id est, quo oppida Iudææ tormentis bellicis destruentur: hæc vt ita accipiamus, adducimur cum euidencia loci, tum Hebraicis distinctionibus, & *vociferationis &c.* id est, quo singuli cedentes hosti, perfugium vociferando in montanis quærent.

ET MAGNIFICVS SVPER MONTEM.] Hebr. & *acclamatio, clamor, vociferatio ad montem.* id est, cum clamore confugient ad montes, seu loca tota. Quidam: *vt fragor in montibus reboet.*

VERS. 6.

ET ÆLAM SVMPIT PHARETRAM.] Alij: 1. *Et Helam ferit pharetram.* 2. *Et Helamita gestat pharetram.* id est, Persæ, synecdochice, vt supra cap. 21. vers. 2. videntur Persæ conductitij militasse in exercitu Sancheribi. Quidam, *Helam* hic non pro ipsis Ælamicis aut Persis accipiunt: sed pro hominibus peritissimis sagittandi, vt erant Persæ & Parthi: vt Arabs pro latrone vsurpatur Hebræis.

CVRRVM HOMINIS EQVITIS.] Alij ex Hebr. 1. *in curru hominis, & equitum,* id est, milites cum qui curribus vehuntur, tum qui equis insident. quasi dicat, currus & equites, seu cum curribus, & equitatu. 2. *In curru homo animalium ingalium.* quod in curribus olim pugnarent. 3. *cum curribus hominum, & equitibus.*

ET PARIETEM NVDAVIT CLYPEVS.] Variè ex Hebr. exponunt: 1. *& parieti, seu muro adhasit clypeus.* vel *adharere fecit clypeum muro.* id est, adherere vel succedere fecit muro, admouit muro testudinem clypea-

tam, vel scutatam qua murum perfoderet aut perfringeret. vel *& parietem, seu murum nudavit,* id est, aperuit, disiecit, *testudo scutata,* seu *clypeata.* De testudine clypeata seu scutata, vide Lipsium lib. 1. Poliorceticon, Dialogo 5. Steuuechium in commentariis ad lib. 2. Vegetij de re militari, cap. 16. Guillelmum Choul de Castrametatione Romana, pag. 45. 2. *& Kir nudabit clypeum.* id est, Cyrenæi depromperunt, exeruerunt clypeos. Forte Cyrenæi conductitij erant in exercitu Sancheribi. vel ita dicti sunt milites scutati & clypeati, quod Kiræi vel Cytinæi eo genere armorum excellerent: vt antea de Persis & Parthis dicebamus in arte sagittandi. 3. *& Kir expromit vel expedit clypeum.* id est, Medus. Synecdochicè: vide 2. Regum 16. vers. 9. *Kir* hic quidam appellatiuè capiunt pro muro seu pariete: *& parietem denudavit scutum.* quod scuta ad parietem appendi soleant; & tempore belli inde detrahi, vt induantur, & tunc parietes clypeis nudantur. Alij pro nomine proprio *Kir*, id est, vel *Cyrene,* vel *Syro Media,* de qua Ptolemæus lib. 6. cap. 2.

ET ERVNT ELECTÆ TVÆ VALLES PLENÆ QVADRIGARVM.] Alij ex Hebr. 1. *Et erit, electio vallium tuarum replebuntur curribus.* 2. *Et erit, electissima quæque vallium tuarum plena fuit curribus.* 3. *Eueniet enim lectissimis conuallibus tuis, vt impleantur curribus.* id est, agro tuo, quem prius depopulatus est, deinde eo ordine peragrauit Sancheribi, qui describitur supra cap. 10. vers. 28. in secunda expeditione quum venire cogitaret ad obsidium Ieruschalaima. Ianc hinc orditur secunda pars capituli, prophetiæ scilicet, causarum propositio quibus Deus seuerum hoc iudicium in vallem visionis exequitur.

ET EQVITES PONENT SEDES SVAS IN PORTA.] Alij ex Hebr. 1. *& equites locando locauerunt se in porta.* 2. *obsidendo obsidebunt portam.* 3. *ponendo ponent versus portam.* Subaudi, faciem suam: id est, conuerterent se vt oppugnent portas tuas, seu dirigent aciem contra portam. 4. *& equitatus ponendo positi sunt ad portam.* 5. *& equites incunctanter portas adorantur.* 6. *& equites ipsi continenter ponant castra ad portam:* id est, munitas quasque ciuitates Iehudææ obsideat diligentissimè 2. Reg. 18. v. 13. Virgilius dixisset:

*Succedunt portis, magna nituntur opum vi.*

ET REVELABITVR OPERIMENTVM IVDÆ, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Et discooperuit hostis operimentum Iehudah, & respexisti in die illa ad arma domus saltus.* 2. *Et reuelabit hostis operimentum Iehudah, aspicietque Iehudah* (nam verbum Hebraicum in tertia persona futuri est fœmineum) *eo tempore ad arma domus saltus.* id est, palam erit, Iehudam esse Dei auxilio destitutum & ab eo desertum, propterea ad armorum præsidia potius confugiet, quam ad Deum. 3. Forsterus: *Et reuelabitur operimentum, seu absconditum-repositorium Iehudah.* id est, thesaurus Iudæ, quod tempore belli æraria aperiantur, & exhauriantur: *& respexisti in die illo ad armaturam domus silua.* 4. Tremellius & Iunius: *Quia retegente hoste operimentum Iehudæ.*

VERS. 8.

*Iehuda, intueris quidem eo tempore in arma domus saltus.* Exponunt, *retegente hoste.* id est, Quin fines tuas, aut ciuitates prædiciarias & loci limitanea ab inimicis inuaduntur aut expugnantur. *operimentum Iehuda.* id est, præmunitiones & propugnacula, metaphoricè. *inuertis quidem, &c.* id est, animum appellis ad rationes humanas, quibus prospicias defensionem tuam, quod non est simpliciter ex sua ipsius natura damnandum: vide 2. Paralip. 32. *domus saltus.* id est, armamentarij regij, ubi ex saltibus & siluis missilia omnia, tormenta, & machina omnes bellicæ comparantur. Sic malumus hanc appellationem metonymicè exponere, quam referre ad domum saltus Libani à Schelomone extructam 1. Reg. 7. vers. 2. & 10. vers. 17. & 21. quia hæc iam longo tempore Iudæorum esse desierat.

*Et reuelabitur.* Hebr. est futurum actiuum, sed sapius monuimus Hebræis tertias personas actiuas impersonaliter, seu passiuè sumi. Plerique: *Et reuelabit, deteget hostis.*

*Operimentum.* מַגָּדוֹן *maschad, tegumentum, operitorium, velum, anteaum:* vide in Exod. 26. vers. 36.

*Ei videbis in die illa.* וַחֲבַב *vattabbet,* potest esse secunda persona masculina futuri, & tunc agrè referatur ad Iehudam, quæ est femineici generis, nisi ad sensum, habitator, seu ciuis Iehudæ: & potest esse tertia feminea, & respiciet, vel respexit. scilicet Iehudam. quod nos sequuti sumus.

*Armamentarium.* נֶשֶׁכֶּךְ *neschek, arma, armaturam:* vide 1. Reg. 10. vers. 25.

*Domus Saltus.* Hanc plerique intelligunt domum saltus Libani ædificatam à Selomone 1. Reg. 7. vers. 20. & cap. 10. vers. 17. & 21. nam in ea fuisse regium armamentarium satis indicari videtur 2. Paralip. 12. vers. 10. & 11. verum id non aliis probatur, quòd domus illa saltus Libani, temporibus istis Isaiæ iam non esset in ditone Iehudæorum, utpote in Libano ædificata. Sed facillè hoc argumentum eludunt, qui eam Ierusalaimis, seu non procul ab Ierusalaimis constructam existimant: vide Notas in 1. Reg. 7. v. 2.

VERS. 9.

ET SCISSURAS CIVITATIS DAVID VIDEBITIS, QUIA MULTIPLICATÆ SUNT, &c. ] Quidam hunc versum ita ex Heb. transfundunt: *Et rimas, seu fracturas ciuitatis Davidis considerantes multas esse.* Vide 2. Chronicorum 32. v. 5. *colligitis aquas piscina inferioris.* id est, piscinam nouam facitis ad confirmandum locum: itaque nominatur, *facta,* Nehemiæ 3. v. 16. quia ex aquis fontium extra ciuitatem erat effecta, 2. Paralipom. 32. v. 3. & 4. piscina verò inferior hîc dicitur respectu superioris, de qua vide supra cap. 7. v. 3.

VERS. 10.

ET DOMOS IERUSALEM NUMERASTIS, &c. ] Alij hunc versum reddunt: *domosque Ierusalaimorum recensentes, diruitis domos quasdam ad munientium murum.* id est, Iustrantes numerum ciuium, & singulos ad muus suum bellicum comparantes, demolimini domos, quasdam ineptas videlicet & incommodas ad defensionem muri, quæ stantes fuissent impedituræ: quibus deiectis faci-

*Maluenda, In libr. Isaiæ.*

lior redditur muri propugnatio, ac munitio: ut fieri solet in obsidione urbium.

ET LACVM FECISTIS INTER DVOS MVROS. ] מִקְיָאב *mikyab* proprie, *expectationem, collectionem, comprehensionem, colluuiem, conflugem, conceptaculum, lacum:* vide in Genes. 1. v. 10. Nonnulli exponunt: In super conceptaculum facitis inter duos muros. quo nimium deduceretur aqua Gichonis ex superiore alueo inferne ad occidentem ciuitati Dauidis, 2. Paralipom. 32. v. 30. & 2. Reg. 20. v. 20.

AD AQVAM PISCINÆ VETERIS. ] Alij: *pro aquis piscina veteris.* id est, superioris, ut supra cap. 7. v. 3. quam efficiebat Gichon, ex vetere porta profluens, de qua Nehemiæ 3. v. 6. itaque piscina vetus dicta videtur quod esset iuxta portam veterem.

ET NON SVSPEXISTIS AD EVM, QUI FECERAT EAM. ] Heb. & *non respexistis ad factores eius.* scilicet, piscinæ, vel urbis Ierusalaim. id est, ad Deum Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum. Nam mysterium diuinæ Trinitatis pluralis numerus *factores* denotat. Quidam exponunt: *sed non intuemini in opificem illius.* id est, non consideratis Deum esse effectorem illius vexationis, conculcationis, & perplexitatis, de quibus supra vers. 5.

ET OPERATOREM EIVS DE LONGE NON VIDISTIS. ] Heb. & *formatorem, plasmem, sictorem eius de longinquo non vidistis.* Exponunt: 1. & *formatorem illius de longe.* vel *eminus,* seu *ab antiquo,* hoc est, ad eum, qui olim fecit illam, siue ad priscum auctorem illius piscinæ, q. d. non confugitis ad Deum, sed ad vestra præsidia. 2. & *formatorem eius è longinquo tempore non animaduertistis.* id est, qui iam pridem consilio suo admirabili præstituit vobis & informauit illud malum.

ET VOCABIT DOMINVS DEVS EXERCITIVM, &c. ] Hos duos versus, quidam ita coniungunt. *Cumque vocauerit Dominus Iehoni exercituum tempore illo, ad fletum & ad planctum, & ad caluitium, & ad cincturam cilicij: Ecce lætitiã & gaudium, occidendo boues, & iugulando pecudes, comedendo carnes, & bibendo vinum, dicentium: Edamus & bibamus, cras enim morituri sumus.* Confirmatio præcedentis exprobrationis à signo: Ad Deum, inquit, vos non respicere sic probo, nam non respicitis ad opera eius: luctuosa fuerunt temporibus Achazi, & adhuc luctuosa sunt: vos autem ridetis, comedamini, &c. vocauerit Dominus, &c. iudiciis suis in vos, & in Iisraelitas fratres vestros. & *ad caluitium, &c.* id est, neque tantum habendum dolorem in animo vestro, sed etiam signis publicis & externis testandam respiscentiam, & seriam pœnitentiam vestram. Nam etli caluitium induci promortuo interdictum est lege, Leuit. 19. v. 27. & Deuteronom. 14. v. 1. tamen certum est in sancta pœnitentia, cui nihil cum desperatione commune est, caluitium probari atque imperari: ut Michæ 1. v. 16. *Edamus & bibamus, cras enim morituri sumus.* id est, post modum desinemus esse: propterea dum vita super est, voluptatibus nos expleamus: Sic 2. Corinth. 15. 32. *athorum & perditorum*

VERS. II.

VERS. 12.

rum hominum sermo. Sic veteres quum hilarius genio indulgerent, quasi laceffentes lætitiã, solebant dicere: *Viuamus, moriendum est.* Hinc illud celebre Petronij in Satyrico, pag. 81.

*Heu heu nos miseros, quam totus homuncio nil est:*

*Sic erimus cuncti postquam nos auferet oycus:*

*Ergo viuamus dum licet esse bene.*

Vide de his Lipsium lib. 1. Saturnaliorum, cap. 19. Georgium Erhardum in Symbolis ad Petronium.

VERS. 14.

ET REVELATA EST IN AURIBVS MEIS VOX DOMINI EXERCITVVM. ] Alij ex Heb. 1. *Et reuelabitur id in auribus meis, qui sum Iehoua exercituum.* 2. *Et reuelatum fuit in auribus meis, hoc scilicet quod sequitur: Iehoua Tzeboath nequaquam remittet iniquitatem hanc vobis, quousque moriamini.* Contra rationem notationis Hebraicæ pro יְהוּאֵל iehoua voce passiuã, legunt actiuã יְהַאֵל iehapper. 3. *Et reuelabitur in auribus meis Iehoua exercituum, q. d. hoc non latebit me, nam audiam & intelligam.* 4. *Atqui reuelauit se, in auribus meis, seu me audiente, vt supra cap. 5. v. 9. Iehoua exercituum, subaudi dicens: Conclusio huius interminationis, vt dictum est in verso 1.*

SI DIMITTETVR INIQUITAS VOBIS DONEC MORIAMINI. ] Formula iuramenti imprecatorij vstita in Scriptura, quam communiter sic explent: *Male mihi sit, dispeream, non viuam, ne mihi fidem adhibeatis, si expictur iniquitas hac vobis, donec moriamini.* id est, vnam: nam in hac vita locus est remissioni peccatorum, & veræ pœnitentiæ, deinde vero mors sola manet immorteros in sempiternum, vt Chaldaeus ipse interpres obseruauit.

VERS. 15.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS EXERCITVVM. ] Quidam: *ita ait Dominus Iehoua exercituum.* Secunda hæc prophetia (quæ cum superioris argumento plane coniuncta est, vt ostendit Hebraica סֹכֶן sochen appellatio) duas partes continet, vnam denuntiationem iudicij in Scebnam, vsque ad vers. 20. alteram prophetiam de sufficiendo in locum illius Eliakimo, versibus sequentibus.

VADE, INGREDERE AD EVM QVI HABITAT IN TABERNACVLO. ] Facile crediderim Nostrum legisse סֹכֶן sochen per Scin dextrum, quod est *scenitatem, tabernaculantem.* At ipsum סֹכֶן cum Sammech quod hîc scribitur, varie exponunt: 1. *ad thesaurarium istum.* 2. *ad præfectum ararij istum.* 3. *ad apothecarium istum.* forte erat præfectus regiis apothecis, in quibus vina, frumenta, & aliæ fruges asseruabantur. 4. *ad consuetudinarium istum.* id est, Continuum, assiduum principis. 5. *ad censorem istum.* seu procuratorem, administratorem. Vide de hac voce in 1. Reg. 1. vers. 2. 6. Tremellius & Ianius: *Age accede adiutorem istum, Scebnam, qui præest domui.* id est, fautorem & magistrum impiorum istorum hominum, & consiliorum diffidentia. quibus modo iudicium denuntiatum est, Scebnam istum præfectum prætorio. Videtur autem hîc Scebnam ex hoc loco, & 2. Reg. 18. fuisse vetus præ-

fectus prætorio, indè à temporibus Achazi: quibus vetus illa vulpes in impietate & maleficiis consenescens, ita inualuit auctoritate, vt non potuerit quam primum à Chizkija abdicari, ac proinde ipsius Chizkijæ temporibus impios & maleficos confirmasse, & reformationem publicam & priuatam, ecclesiasticam & politicam toto conatu impediuisse: propterea quum percepta fuit impietas ipsius à rege, aut cum primum potuit, ex præfecto prætorio, vt hîc nominatur, scriba honorarius effectus esse, velut emeritus ætatis nomine, 2. Reg. 18. vers. 18. *præpositum Templi.* Heb. *qui est super domum.* Alij: *præfectum domus, maiordomum, magistrum palatij, præfectum aula regia, præfectum prætorio.*

QVID TV HÎC, AVT QVASI QVIS HÎC. ] Alij: 1. *Quid tibi negotij est hîc, & quis est tibi hîc?* id est, quid hîc agis, quid rei, aut causæ tibi hîc? cur non aliò migras? quos habes propinquos quum sis proditor heri tui? Ex obliquo ostendit eum externi generis fuisse & alienigenam. 2. *Quid habes hîc, & quem habes hîc?* q. d. quæ sunt hîc tuæ rationes, quæ consilia? *Quid tibi hîc? & quis tibi hîc est?* id est, quam hæreditatem à parentibus tuis, aut quam agnationem habes Ierusalaimis, vt hîc tibi instituas sepulcri locum? Non meministi te hæreditatem planè nullam à parentibus habuisse? inopem, egentem fuisse, & terræ filium? Hic primus locus est istius partis, nimirum reprehensio grauissima, cui subiicitur denuntiatio tribus versibus:

QVIA EXCIDISTI TIBI HÎC SEPVLCHRVM. ] in hac scilicet ciuitate Ierusalaimorum. Sepulcri possessio diuturnæ & fixæ habitationis indicium est, & loci honorati inter ciues.

EXCIDISTI IN EXCELSE MEMORIALE DILIGENTER, IN PETRA TABERNACVLVM TIBI. ] Alij ex Hebr. 1. *sicut qui excidit in excelso sepulcrum suum.* & *qui sculpsit seu excanauit in petra tabernaculum sibi.* 2. *excidit celsitudinem sepulcri sui,* id est, celsissimum sepulcrum suum: *constituit in rupe habitaculum sibi.* 3. *excidens in excelso sepulcrum suum, constituens in rupe habitaculum sibi.* Vtrumque participium Hebraicè habet Iod paragogicum, quod aliàs fieri solet: sed puto hic addi ad indicandam sublimem altitudinem, & sumptuositatem sepulcri. 4. *parenthesi includunt: (exciderat nempe sibi Sebna excelsum sepulcrum, & constituerat sibi in petra cubile.)* 5. *ô cadens in edito sepulcrum suum, ô statuens in petra habitaculum sibi.* id est, ô tu, qui summa amplitudine & dignitate sepulcrum tibi hîc curasti excidendum. Quanta ambitione veteres sibi sepulcra extruenda magnificentissime curarint, vel pyramides regum, vel mausoleum Carix, vel infinita ex historiis exempla demonstrant.

ECCE DOMINVS ASPORTARI TE FACIET, SICVT ASPORTATVR GALINACEVS. ] S. Hieronymus: [גֵּבֶר gheber, quod omnes virum interpretati sunt: Hebraus autem, qui nos in veteris instrumenti lectione erudiunt]

erudiuit, gallum gallinaceum transtulit.] Sic quoque Rabbi Scelemoh, & Thalmudici hunc locum interpretantur: vide Buxtorfium in Radice לטו. solent autem asportari galli gallinacei vel in caueis seu cratibus vimineis aut arundineis, vel pedibus ligati mira facilitate. Rationem nominis, sine vlllo exemplo, à præalescentia seu prædominio huius animantis longiusculè deriuant: [Imperant, inquit Plinius lib.10. cap.21. suo generi, & regnum in quacunque sunt. dono exercent.] Sed locum ex Hebr. diuersimode alij interpretantur: 1. Ecce Iehoua transportans te, seu migrare te facit, transportatione, seu migratione viri. id est, curabit te transportandum in regionem remotissimam: solent enim longius asportari viri quam mulieres. 2. Ecce Iehoua proiciet te projectione viri. id est, fortiter, sicut proicit vir. 3. Ecce Iehoua exonerat te exoneratione viri. id est, magna, prævalida, vt totum te exhauriat, & exinaniat dignitate, auctoritate, opibus, &c. 4. Ecce Iehoua protelat te, seu auferit, protelatione, siue ablatione viri. vel ô vir. 5. Ecce Iehoua traducet te in captiuitatem, ô vir. id est, ô tu, qui modo fidis viribus tuis, & putas te magnum esse. 6. Ecce Iehoua defrendum inuoluit te inuolucrum viri. quod, quæ asportanda sunt, inuolui, & constringi soleant, vt facilius deferantur, id est, vt vir inuolucrum in itinere impositum humeris portat. Participium Pihel, מטלטל metaltel geminatum, vt nomen sequens טלטלה taltelah, significatum intendunt, ac vehementem, validamque projectionem, exonerationem, protelationem significant. Reddunt autem potius, ô vir, quam in genitiuo, viri: quod TALTALAH non sit forma regiminis: quamuis absoluta pro syntactis sæpius ponatur: vide Thesaurum Sanctis, pag.860.

ET QUASI AMICTVM SIC SVBLEVABIT TE.] Variè ex Hebr. reddunt: 1. & amictet te amictendo. 2. & operit te operiendo. id est, obruet te confusione & opprobrio, seu ignominia, pudore, vt Chaldaeus exponit: 3. & obteget te obtegeto. id est, omnino obteget & obscurabit tuam gloriam: faciet te vilem & obscurum. 4. Possis reddere: & inuestiet te, inuestiendo. eleganti Hebraismo & Hispanismo: y te enuestira. id est, adorie-tur te, irruet in te. 5. & inuolabit in te inuolando. De notione verbi גחאק ghatah, vide in 1. Samuel 14. v.32.

VERS.18.

CORONANS CORONABIT TE, &c.] Multifariam alij hunc versum ex Hebr. exprimunt: 1. conuoluendo conuoluet te conuolutione tanquam pilam in terram latam locis: ibi morieris, & ibi currus gloria tue erunt ignominia domini tui. 2. Conuoluendo voluet te Iehoua conuolutione, & quasi globum in terram longinquam manibus proiciet: allusio ad iactum pilæ siue globi, qui per locum planum & spatiosum facile decurrere solet: elegans metaphora, qua interminatur Sobnæ Deum illum iactaturum & agitaturum tanquam pilam seu globum: ibi morieris, & ibi pro curribus gloria tue, erit ignominia domus domini tui. id est, Currus, quibus utebaris quam eras in gloria Maluenda, In libr. Isaiæ.

& dignitate tua Ierusalaimis, erunt tibi ignominiosi, quia domum domini tui voluisti prodere. 3. Circumligando circumligabit te fascia: velut trochum in terram spatiosam proiciet te: istic morieris, istic erit pompa quadrigarum tuarum, tu ô dedecus domus domini tui. 4. Circumgyrando circumgyrabit te, & apprehensa coma tua, tanquam pilam proiectam in locum planum & spatiosum, &c. 5. Cidarizando cidarizabit te cidari quasi globum ad terram latam manuum: Istic morieris, & istic currus gloria tue, ignominia domus heri tui. Nofant esse sarcasum, & alludi ad morem, quo honoratis viris mortuis cidaris imponebatur: nam olim mortui coronati efferebantur: de quo ritu plura reperies apud Paschalius lib.4. de Coronis, c.5. & Kirchmannum lib.1. de Funeribus, cap.11. Huc facile reduxerim Sudarium, quo Hebræi capita mortuorum inuoluebant, quod Græci vocant οὐδένειον, quasi cydarium, à cydari Ioan. 11. vers.43. & 20. v.7. nam & vox Latina esse potest à sudore, vel Persica à cydari, quam capitibus mortuorum circumponebant.

Tremellius & Iunius præcedentem versum, cum isto connectunt atque ita explanant:

17. <sup>1</sup> Ecce Iehoua <sup>2</sup> qui contegit te integumento: quantum potest esse viri, & qui amictet te amictendo. seu belle;

18. <sup>4</sup> Volutando volutabit te, seu egregie volutabit te, volutatione, vt pilam in regionem amplam spatii: vbi morieris, ibique desinent curricula gloria tue; <sup>5</sup> ô ignominia domus domini tui.

1. Hæc denuntiatio venturam calamitatem Schebnæ proponit duplici similitudine; vna, pilæ, quæ in longinquissimum proicitur, duobus versibus; altera, ædificijs, vers.19.

2. id est, qui vnus te in hoc fastigium dignitatis euehit: dignitas enim vt ab insignibus vestimentis cognoscitur, ita synecdochice in Scriptura designatur vestimentorum appellatione, vt Genes.41. vers.41. & sequentibus: Hoc autem verbum Hebraicum ex comparatione sequentis membri, ita reddidimus, seruata significatione simplicis verbi, quod legitur Nehem.5. vers.15.

3. id est amplissimo: erat enim Schebnæ secundus à rege.

4. id est procul arcebit, & diuexabit te: siue in exilium fuerit actus à rege, siue ab Assyriis interceptus, siue vltro ipse è Iudæa profectus postquam & dignitate sua & honoribus excidisset: nam horum nihil meminimus in Scriptura definiri:

5. id est, qui par pari non retulisti, seruens domino tuo regi, sed omne genus ignominia domui illius inuulisti, qui te omni genere honoris cohonestauerat.

QUASI PILAM.] כדור caddur, plerique duas esse voces existimant, vt Caph sit nota similitudinis, & DVR; id est, sphaera, globus, pila, circulus, à reuolutione. Alij vnam dictionem esse volunt, & Caph esse radicale, & alterum Caph similitudinis particulam propter substantiale abiectum esse, ne duo caphim concur

concurrerent, atque dictum esse **CADDUR**, pro **קדדור** *occiditur*. Nonnulli, *turbinem*, seu *trochum* exponunt, qualem describit Virgilius lib. 7. *Æneidos*: vide *Psalm. 82. vers. 14.* sic infra cap. 29. vers. 3.

**IN TERRAM LATAM ET SPATIOSAM.]** Hebr. *in terram latam manuum*, seu *manibus*, id est, locis, extensionibus, spatiis, terminis: vt *Psalm. 103. v. 25.*

**IN IGNOMINIA DOMVS DOMINI TUI.]** id est, *ô tu*, qui es dedecus, & ignominia domus Chizkijæ regis & domini tui. Hebr. pluraliter *dominorum tuorum*, sic reges & magnates pluraliter appellantur honoris causa, vt alibi passim.

**VERS. 19.** **ET EXPELLAM TE DE STATIONE TVA, ET DE MINISTERIO TVO DEONAM TE.]** Hebr. est mutatio personæ: *Et depellam te de statione tua, & de constitutione tua diruet te.* Quidam: *Propulso te de statu tuo, inquit: & de statione tua destruet te.* id est, de sede tua, dignitate, statu euertam te, seu deiciam: metaphora à derutione ædificiorum.

**DE MINISTERIO.]** Hebr. *de assistentia, assistentia tua: statu, constitutione, statione tua.*

**VERS. 20.** **ET ERIT IN DIE ILLA: VOCABO SERVVM MEVM ELIACIM, &c.]** Quidam reddunt: *Erit autem die illa, vt vocem seruum meum Eliakimum filium Chilkijæ.* Altera pars prophetiæ, vt dictum est in vers. 15. *in die illa.* qua Deus sententiam hanc contra Schebnam cœperit exequi. De Eliakimo vide 2. Reg. 18. vers. 18. 26. & 37.

**VERS. 21.** **ET INDVAM EVM TVNICA TVA, ET CINGVLO TVO CONFORTABO EVM.]** id est, Insignibus vestimentis dignitatis tibi detractis ornabo eum: vide supra vers. 17. Synecdoche.

**ET POTESTATEM TVAM DABO IN MANV EIVS.]** **משלה** *menschaleth*, eminentiam, dominationem, auctoritatem, præfecturam, potestatem, præsidenciam: vide in *Genes. 1. v. 16.* Quidam: *magistratum tuum.*

**ET ERIT QUASI PATER HABITANTIBVS IERUSALEM.]** Hebr. *& erit in patrem habitantem Ierusalaim.* Quidam: *vt sit loco patris habitatoribus Ierusalaimorum.* vide in *Genes. 45. v. 8.*

**VERS. 22.** **ET DABO CLAVEM DOMVS DAVID SVPER HUMERVVM EIVS.]** Aliqui: *Et imponam clauem domus Davidis humero eius, &c.* id est, plenam administrationem regni secundo loco à rege committam ei, vt imperet, vetet, permittat, puniat, denique efficiat quidquid iustum fuerit, & cohibeat iniustum, tanquam supremus præfectus prætorio: allegoria in Scripturis frequens. Theologi apte dicerent: *Dabo illi clauem scientiæ & potestatis, humero eius.* vide supra cap. 9. v. 6.

**ET APERIET, ET NON ERIT QUI CLAVDAT, &c.]** Significant hæc summam & absolutam potestatem, vt *Apocalyp. 3. vers. 7.* Plerique existimant huic Eliakimo promitti hic summum sacerdotium seu pontificatum Sebnæ detractum: & vtrumque fuisse summum pontificem. Sed præterquam quod verba ipsa nihil tale significant, & haud dubie

Scriptura supremam hanc eorum dignitatem non prætermisisset exprimere; constat temporibus Achazi pontificatum maximum gessisse Vrijam 2. Reg. 16. v. 10. 11. 15. & 16. & temporibus Chizkijæ, Hazarjam 2. Paralip. 31. vers. 10. de aliis non liquet. Expendit Casaubonus hunc locum Exercitatione 16. in *Annales Baronij*, Diatriba 139.

**ET FIGAM ILLVM PAXILLVM IN LOCO FIDELI.]** Alij: 1. *Et figam eum velut clauum in locum cerium.* 2. *Et figam eum tanquam paxillum in loco stabili.* Paxillo infixi parieti variam supellectilem imponimus sustinendam, ac si dicat, Eliakim plurima negotia domus Ezekijæ sustinebit: & fors illius erit stabilis. 3. *Et infigam eum velut paxillum in loco firmo.* id est, confirmabo eum in dignitate ipsius, & stabiliam vehementissime, vt erga omnes fungatur officio suo, & vicissim omnes ab ipso pendeant: vera descriptio pij magistratus hærentis promissionibus Dei, duobus versibus.

**ET ERIT IN SOLIVM GLORIÆ DOMVI PATRIS SVI.]** Alij: 1. *& erit in sedem gloria domui patris sui,* id est, familiam paternam reddet nobilissimam & splendidissimam. 2. *eritque solio honori,* id est, erit regi ipsi honori & decori: synecdoche: *& domui paterna sua,* id est, Iehudæ, hinc, & sequente versu: vt nominauerat supra vers. 21.

**ET SVSPENDENT SVPER EVM OMNEM GLORIAM DOMVS PATRIS EIVS.]** Alij: 1. *Et pendebunt ab eo omnis gloria domus patris ipsius.* id est, nobilitatem inferet in domum suam paternam: referent illi acceptum omnem splendorem familiæ. 2. *Nam appendent ei totam gloriam domus paterna ipsius.* Officium bonorum populorum erga magistratum piæ, figuratum eadem allegoria, quæ cœpta est superiore versu: omnia, inquit, tam maxima, quam minima fidei illius securè commissuri sunt. 3. *Et suspendent super eum omnem substantiam domus patris eius,* id est, supellectilem: opes, diuitias. sic accipitur **כבוד** *cabod* *Genes. 31. v. 1.*

**VASORVM DIVERSA GENERA.]** Diversimode alij. Heb. 2. *filij & nepotes,* id est, posterii 2. *filij & filia.* 3. *nepotes & neptes.* 4. *Forsterus, egressiones & progenies, seu genimina.* [ *Atque ex hoc, inquit, Iesaja loco videtur mihi sumpsisse Ioannes Baptista, quo Pharisæos & scribas increpat, progeniem viperarum vocans, Matth. 3. v. 7. & Lucæ 3. v. 7. nam prius nomen progenies sonat, & posterius viperarum, & per contractionem progenies viperarum.* ] 5. *Leo Iudas: stirpes & posterii.* 6. *Montanus: genimina & fetus.* 7. *Tremellius & Iunius: proventus eius & redditus eius.* Prior vox **צִיְצִי** *tzetzaim*, proprie, *egressiones, progressus, propagines, stirpes, res prognatae*: metaphorice, *filij, prognati, posterii*: quod ij sine veluti egressiones viscerum, egredientes ex visceribus matris: sic *Iob 5. v. 25.* Altera vox **פִּזְזִי** *tzephigoth* Forsterus: **פִּזְזִי** *tzephagh*, species quedam serpentis venenati hoc nomine dicitur à vulnere: nam à verbo **פָּצַח** *phatzagh* deductum arbitror transpositione litterarum facta: est autem ea conditione quod aluum

VERS. 23.

VERS. 24.



matris vulneret egressiōe, & deinde animalia alia vulnerando inficiat ac necet: quidam aspidem, alij viperam esse perhibent. Inde TZEPHIGOTH, geniuina, translatione ab aspidum seu viperarum generatione, qua fit vulneratione uteri materni ad fetus generationem facta, que quoque fit matris vulneratione. Ita ille. Cæterum de partu viperæ varia tradunt auctores, quæ nobis nunc discutienda non sunt. vide Herodotum lib. 3. Numero 109. Aristotelem lib. 3. de Historia animalium, cap. 1. aliàs 2. & lib. 5. cap. 34. aliàs 29. Plinium lib. 10. cap. 67. Aelianum lib. 11. de Animalium Natura, cap. 24. & lib. 15. cap. 16. Plutarchum, De garrulitate, Philostratum lib. 2. de vita Apollinij, cap. 7. & 8. è recensionibus Calium Rhodiginum lib. 6. Lectionum Antiquarum, cap. 13. Iulium Scaligerum Exercitatione 101. in Cardanum, & in Commentariis ad lib. 2. cap. 8. Aristotelis de Historia Animalium, pag. 241. & 242. Mercerus exponit egressiones & gemina, id est, natos & nepotes, seu progeniem.

OMNE VAS PARVVLVM.] Hebr. omnia vasa parui. scilicet, ministerij. Alij substantiue exponunt: omnia vasa paruitatis. Intelligunt, vel omnia ministeria, officia, dignitates, siue honores ignobiliores, ac minimos: siue omnes homines, qui fuerint inferioris conditionis: q. d. omnes gradus honoris, & cuiuscunque generis etiam minimi, ab eo pendebunt: omnia illi ferent accepta. Quidam omnia instrumenta etiam minimi. id est, non tantum homines curæ futuri sunt ipsi, & quidem homines tenuissimi, sed etiam minutissima ipsorum instrumenta, ne quam iacturam faciant ipsi, aut ab aliis damnum patiantur.

A VASIS CRATERARVM VSQVE AD OMNE VAS MVSICORVM.] Alij ex Hebr. 1. à vasis phialarum ad vsque vasa nablorum. vel melodiarum, chororum, aut tympanorum, seu lyrarum. 2. cum crateres, tum vniuersa instrumenta musica. 3. cum instrumenta craterum, tum omnia instrumenta vtrium. id est, omnia instrumentorum genera sustentabit. & parua, cuiusmodi sunt crateres, & magna, cuiusmodi vtres: quorum, ij ad excipiendum, illi ad fundendum liquorem pertinent: species pro genere, synecdochicè.

Craterarum.] תבנית אגבנחוב, phialarum, peluuum, craterum, trullarum, malluuiorum, vt Exod. 24. v. 6. & Canticor. 7. v. 2.

MVSICORVM.] נבלים nebalim. vel vtrium, lagenarum, hydriarum, amphorarum, cadorum, fideliarum, vt 1. Samuel. 1. vers. 24. & cap. 10. vers. 3. vel nablorum, vt 1. Reg. 10. vers. 5.

IN DIE ILLA, &c.] Hunc versum alij ita ex Hebr. conuertunt: 1. In die illa, dictum Iehoua exercituum, recedet clauus iste. vel emouebitur loco suo paxillus ille. Sebna, qui fixus fuit in loco fideli: euelletur & cadet; & pessum ibit, siue rumpetur, onus, quod ab eo, pendet. id est, qui pendebant ab eo, corruent: quia Dominus loquutus est. 2. Die illa dictum Iehoua exercituum discedet paxillus iste infixus in loco firmo. Anabasis, siue regressio antithetos ad sermonem de Schebna, concludens prophetiam hanc descriptione allegorica iudicij, quod perpeffurus erat Schebna, contrariis planè verbis quam Eliakimo promisit Deus, versibus precedentibus: & amputatus decidet, excindeturque onus illud, quod erat impossum ei. id est, quicunque pependerunt ab eo, & in eo conquieuerunt: nam Iehoua loquutus est.


VERS. 25.


CAPVT XXIII.

Tyri vastitas ad annos septuaginta predicatur propter eius superbiam, & postea restituetur.

Vulg.

Malu.

- 1  Nus Tyri. Ululato naues maris, quia vastata est domus, vnde venire consueuerant: de terra Chithim reuelatum est eis.
- 2 Tacet e qui habitatis in insula: negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te.
- 3 In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gentium.
- 4 Erubescet Sidon: ait enim mare: fortitudo maris, dicens: Non parturiui, & non peperui, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines.

- 1  Euanda<sup>a</sup> TZOR: Eiulate<sup>a</sup> Tyri naues Tharsis, quia devastatus fuit de domo, de<sup>b</sup> venire; de terra<sup>b</sup> aduentu Chithim de volutus fuit eis.
- 2 Silete, habitantes insulæ; circumgyrans Tzidonis, transiens maris impleuerunt te.
- 3 Et in aquis multis semen Sichoris decurtatio fluij proventus eius: & fuit circumgyratio gentium.
- 4 Pudore suffundere Tzidon, quia dixit mare obfirmatio maris, ad dicere: Non<sup>c</sup> dolui, & non peperui, & non<sup>d</sup> grandefeci<sup>c</sup> electos, eleuavi virgines.

<sup>a</sup> parturiui  
<sup>d</sup> magni feci, educaui,  
enutriui  
<sup>e</sup> iuuenes,  
adolefcentes

5 Cùm auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cùm audierint de Tyro:

6 Transite maria, ululate qui habitatis in insula.

7 Numquid non vestra hac est, qua gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate suaducunt eam pedes sui longè ad peregrinandum.

8 Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, instutores eius inclyti terræ?

9 Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloria, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.

10 Transi terram tuam quasi flumen filia maris, non est cingulum ultra tibi.

11 Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, ut conteret fortes eius,

12 & dixi: non adicies ultra ut glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis: in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

13 Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, posuerunt eam in ruinam.

14 Ululate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.

15 Et erit in die illa: In obliuione eris & Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnus: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

16 Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit

17 Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursus fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terre.

18 Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificata Domino: non conuentur, neque reponentur: quia his, qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, ut manducet in saturitatem, & vestiantur usque ad vetustatem.

5 Secundum quod <sup>f</sup> auditio Ægypto, dolebunt secundum auditionem Tzor. f iumer, fama

6 Transite in Tharsis; eiulate habitantes in insula.

7 An ista vobis exultans? de diebus anterioritatis, anterioritas eius, deducunt eam pedes eius de longinquo ad <sup>g</sup> trahere.

8 Quis consiliauit istud super <sup>h</sup> Tzor coronantem? cuius <sup>i</sup> circumgyrantes eius principes, mercatores eius aggrauati terræ. g peregrinari, m ora-  
ris, habitare  
h Tyrum  
i negotiatores

9 IHVH TZEBAOTH consiliauit eam, ad violare superbiam omnis nobilitatis, ad <sup>k</sup> leuifacere omnes aggrauatos terræ: k vilipendere, eleuare

10 Transi terram tuam sicut fluuius, filia Tharsis, non obfirmatio <sup>l</sup> adhuc. l vltra, amplius, deinceps

11 Manum suam extendit super mare, <sup>m</sup> commouit regna: IHVH præcepit ad Chenaghan ad abolere obfirmationes eius. m commouere fecit

12 Et dixit: Non addes <sup>n</sup> adhuc ad exultare: defraudata virgo filia Tzidonis, Chithim surge, transi, etiam ibi non <sup>o</sup> pausabit tibi n ut v. 10.  
o pausa, requies erit

13 En terra Chaldæorum, <sup>p</sup> iste populus non fuit; Assur fundauit eam <sup>q</sup> siccis: surgere fecerunt probamenta eius, excitauerunt palatia eius, <sup>\*</sup> posuit, eam casus. q datiuus.  
\* v. cap. 25. vers. 2.

14 Eiulate naues Tharsis; quia deuastata fuit obfirmatio vestra.

15 Et erit in die ipsa, & obliuioni erit <sup>r</sup> Tzor septuaginta <sup>s</sup> anno, <sup>t</sup> secundum dies regis vnus: de extremitate septuaginta <sup>v</sup> anni erit <sup>x</sup> Tzor sicut <sup>y</sup> canticum meretricis: r Tyrus  
s annis  
t sicut  
u annorum  
x datiuus.  
Tyro  
y canticum,  
canticum

16 Accipe citharam, circumgyra vrbem, meretrix obliuioni tradita, benefac pulsare, multiplicantium, <sup>z</sup> correspondentiæ <sup>a</sup> recordata eris. z datiuus,  
ad correspondentiam  
a passiuo,  
memorabilis

17 Et erit, de extremitate septuaginta <sup>b</sup> anni, visitabit IHVH <sup>c</sup> Tzor, & reuertetur mercedi suæ: & meretricabitur ad omnia regna terræ, super facies <sup>d</sup> humi. b annorum  
c Tyrum  
d telluris

18 Et erit circumgyratio eius, & merces eius sanctitas <sup>e</sup> IHVH non thesaurizabitur, & non obtegetur: quia habitantibus <sup>f</sup> faciebus IHVH, erit circumgyratio eius, ad comedere saturati, & cooperimento durabili. e datiuus,  
ipsi IHVH  
f datiuus,  
ad facies

## COMMENTARIA.

VERS. 1.

**N**VVS TYRI. ] Heb. *Onerosa seu granis prophetia*, vt cap. 13. v. 1. *Tyri* De Tyro vide Iosue 19. v. 29. Obseruant, hanc prophetiam ad consolationem populi contra Tyrios prænuntiatam fuisse iis temporibus, quibus stare Tyrus & inexpugnabilis esse videbatur: nam præter naturam loci munitissimam, victoria accesserat contra Schalman-Eleris, & Phœnicum classem, vt ex Menandro Tyrio Iosephus narrat sub finem libri 9. Antiquitatum Iudaicarum: cuius verba sunt: [ *Porro Assyriorum rex cum armis totam Syriam & Phœnicem peragravit, & nomen eius in Tyriorum Annalibus scriptum inuenitur. Bellauit enim contra Tyrum regnante ibi Elulæo, attestante etiam Menandro, qui in suis Chronicis, ex Tyriorum Annalibus in Græcam linguam translatis, sic scribit: Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnavit annos triginta sex: hic deficientes Gittæos cum classe eo profectus sub imperium Assyriorum rex Phœnicem totam inuasit: facta deinde pace, cum copiis domum reuersus est. Paulo post Sidon, Arce, Palætyrus, cum multis aliis oppidis à Tyriis ad Assyriorum regem defecerunt & cum soli Tyrij facere eius imperata detrectarent, reuersus est contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœnices instruxerunt, impositis etiam octingentis remigibus. Quibus occurrentes Tyrij cum duodecim nauibus, disiecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abduxerunt, quo facinore non mediocrem rei naualis gloriam sibi comparauerunt. Reuertens autem rex Assyrius custodes ad fluium & aquæductus disposuit, qui aquari, Tyrios prohiberent: quod cum per continuos quinque annos fieret coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc sunt quæ in Tyriorum Annalibus de Salmanasare Assyrio scripta inveniuntur. ] Hactenus Iosephus. Quum itaque Tyrij naturæ loci, in dustræ, opibusque suis confiderent, & omnibus inuicti esse putarentur, in propinquos Israelitas & alios ferocirent, nihil denique non arrogarent sibi, declarat hoc capite propheta, non esse cur alij habitationem Tyri expetant, aut ipsi de ea sibi gratulentur: nouas enim indies illis calamitates exorturas. Continentur itaque hoc capite documenta quatuor: primum est, denuntiatio luctus pro ea latitia, quæ tum agitabatur, vsque ad vers. 8. secundum, explicatio causæ, ex qua hic luctus Tyriis imperatus est, vnde ad vers. 15. tertium, prophetia singularis tempora ex ordine circumscribens quibus erat affligenda Tyrus, vsque ad 18. vltimum, prophetia de vocatione illius ad gratiam Dei & sui sanctificationem per Christum, versu vltimo.*

**V**LVLATE. ] seu *ciulate*. Notant, esse exordium ex abrupto per prolepsin, quo ad

luctum prouocantur omnes Tyrij, & alij victum quærentes Tyria navigatione, & causæ ponuntur, quas propheta deinceps explicat.

**N**AVES MARI. ] Hebr. *naues tharsis*, vide supra cap. 2. vers. 16. Alij: 1. *naues maris mediterranei*. q. d. ò negotiatores, qui mari mediterraneo importatis merces Tyrum, vel inde exportatis, Tyrum lugete. 2. *naues oceani*. id est, magnæ & oneratiæ, quales oceanum nauigant hoc est, nauicularij & mercatores ex navigatione facientes quæstum, metonymicè, vt infra vers. 15. & 14. Tyrios quidem ac Phœnices magnos mari negotiatores extitisse, historiæ omnes loquuntur. Diodorus Siculus lib. 5. Numero 216. de infinita atgenti puri copia in Hispania agens, scribit; [ *Cujus usus cum incompertus esset incolis. Phœnicia mercatores re cognita exigua permutatione mercis, illud redemisse, ejusque in Græciam, Asiamque & cunctas gentes alias transportatione magnas sibi opes comparasse; eo quæstus studio prouectos, vt cum reseris nauibus multum adhuc argenti superesset, plumbo in anchoris exciso, argento eius usum explerent. Ex hac igitur negotiatione per multum inde temporis opulentiores facti Phœnices colonias non paucas in Siciliam & vicinæ ei insulas, in Africam, & Sardiniam, & in Iberiam denique miserunt. ] Strabo lib. 16. pag. 757. [ *Tyrus se collegit cum navigationibus, qua re Phœnices semper aliis præstiterunt. ] Et paulo ante pag. 756. [ *Colonia tamen in Africam & Hispaniam, vsque ad loca extra columnas ducta, Tyrum plurimum celebrauerunt. ] Curtius lib. 4. Rerum Alexandri. cap. 4. [ *Tyrus vrbs & vetustate originis, & crebra fortuna mutatione ad memoriam posteritatis insignis: condita ab Agenore, diu mare non vicinum modo, sed quodcumque classes eius adierunt, ditionis sua fecit: etsi fama libet credere, hæc gens litteris primo aut docuit aut didicit. Colonia certe eius pene orbeto diffusa sunt; Carthago in Africa, in Bœotia Theba, Gades ad Oceanum, credo libero commeantes mari: sapiusque adeundo ceteris incognitas terras, elegisse sedes iuuentuti, &c. ] Arrianus lib. 2. Rerum Alexandri: [ *Tyrij mari plurimum pollebant ipsique præterea Tyrij magnam nauium vim habebant. ] Hæc paulo latius commemorauimus vt verba Isaiaë amplius elucidaremus. *Vlulate naues maris*, quas nedum vniuersè negotiatum mari, sed peculiariter Tyrias quibus Tyri abundabant, rectè accipimus. Nec absurde hic Lxx. reddunt. *Vlulate naues Carthaginis* vt Ezechiel. 27. v. 12. quod Charthago colonia Tyri esset, & iubetur parentis suæ calamitates deslere.*****

**Q**VIA VASTATA EST DOMVS, Vnde venire consueverant: de terra cethim reuelatum est eis. ] Alij ex Heb. 1. *quia vastatus est, ita vt nulla sit domus vel vt ne domus quidem supersit: nullus introitus, &c. scilicet, mercium, seu mercatorum. 2. quia vastata*

stata est intrinsecus, &c. Quod nobis non placet. 3. vastatam esse à domus, ab aduentus viris, seu a domesticis, ab aduenis, à regione Cithaorum reuelatur in illam. Exponunt vastatam esse, id est, vastandam esse: vt sequentia omnia prophetice. Hic autem proponuntur tria vastationis tempora per congeriem, quæ singula ex antiqua historia constant euidentissime. a domesticis. id est, seruis Tyriorum, qui cum attritas dominorū vires animaduertent, conspiratione facta omnem liberum populum cum dominis interfecerunt, rempublicam inuaserunt, & Stratonem fecerunt regem, vt scribit Iustinus. lib. 18. in hæc verba: [Tyri] Persarum bellis diu varieque fatigati victores quidem fuerunt: Sed atritiis viribus, à seruis suis multitudine abundantibus, indigna supplicia perpeffi sunt: qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt; atque ita potiti vrbe, lares dominorum occupant, rempublicam inuadunt, coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus seruorum fuit, qui miti ingenio, senis domini, paruulique filij eius fortuna moueretur, dominosque non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia ac humanitate respexit. Itaque cum velut occisos alienasset, seruisque de statu reiplica deliberantibus placuisset regem ex suo corpore creari, eum que potissimum quasi acceptissimum diis, qui solem orientem primum vidisset: rem ad Stratonem (hoc enim nomen ei erat) dominum, occulte latentem detulit. Ab eo informatus, quum medio noctis omnes in vnun campum processissent, ceteris in orientem spectantibus; solus occidentis regionem intuebatur. Id primum aliis videri furor, in occidente solis ortum querere: vbi verò dies ad ventare cepit, editissimisque culminibus vrbis oriens splendere & spectantibus aliis, vt ipsum solem aspicerent, hic primum omnibus fulgorem solis summo fastigio ciuitatis ostendit. Non seruilis ingenij ratio visa, requirentibusque auctorem, de domino constitetur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent, malitiaque seruos non sapientia vincere. Igitur venia seni, filioque data est, & veluti numine quodam reseruos arbitantes, regem Stratonom creauerunt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. celebre hoc seruorum facinus, metuendumque exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaque Alexander magnus, quum interjecto tempore in oriente bellum gereret, velut vltor publicæ securitatis, expugnata eorum vrbe, omnes qui prælio supersuerant, ob memoriam veteris cadis, crucibus affixit, genus tantum Stratonis inuolatum seruauit, regnumque stirpi eius restituit: ingenius & innoxius incolis insula attribuitis, vt ex stirpato seruili germine genus vrbis ex integro condere-tur. Hoc igitur modo Tyri] Alexandri auspiciis conditi, arcimonia & labore querendi cito conualuere.] Huc vsque Iustinus. Ergo ad hanc Tyriorum domesticam à seruis cladem Isaiaem respexisse, quum ait, de vastandam Tyrum à domo. id est, à domesticis, nonnulli existimant. ab aduenis. id est, Chaldæis siue Babylonis, auctore Nebucad-netzare, qui Tyrum annos tredecim obsessam expugnauit: vide

Ierem. 47. Ezechiel. 26. & sequentibus, & Iosephum lib. 1. Contra Apionem, & lib. 10. Antiquit. cap. 11. extremo. à regione Cithaorum reuelatur in illam. id est, à Cilicia, vnde profectus Alexander Macedo, erupit in orientalem tractum: vide Genes. 10. v. 4.

De terra Cethim reuelatum est eis. subaudiunt, malum. Possis reddere euolutum, de uolutum est eis. Alij: reuelatus seu deuolutus est eis: scilicet, hostis Alexander Macedo.

Cethim. Cyprij. S. Hieronymus hîc: [De terra Cithim, quam Cyprum quidam interpretantur: vsque hodie enim est apud eos vrbs Cithium, de qua & Zeno Stoica scitæ hæresiarches fuit.] Et quidem Cyprios cum suo rege Pythagora magnam partem extitisse Tyri expugnationis pluribus tradunt Curtius lib. 4. cap. 3. & Arrianus lib. 2. vel Cithim sunt Græci, & Macedones. S. Hieronymus: [Quam quam plerique nostrorum, & maxime Machabæorum principum, Cethim Italica Macedoniceque insulas arbitrentur. Hoc enim Scriptura commemorat, quod Alexander rex Macedonum egressus sit de terra Cethim, 1. Machabæor. 1. vers. 1.]. Vide in Genes. 10. vers. 4.

TACETE QUI HABITATIS IN INSVLA. ] Heb. Silete, quiescite habitatores insula, id est, missam facite istam exultationem vestram, de qua infra vers. 7. & à commerciis vestris præditi luctu quiescite. Hîc enim promulgatur luctus, vt antea diximus, Tyriis, duobus versibus, & comitantibus Tyrum omnibus, in sequentibus. habitatores insula, id est, Tyri, quæ insula fuit, donec Alexandri magni operibus continens facta est. S. Hieronymus. [Insulam quoque nominans, non mentitur: postea enim à Nabuchodonosor, vel Alexandro continens facta est, propter expugnationem multis in breui freta aggeribus comportatis.] De Alexandro omnes produnt historici. Strabo lib. 16. pag. 756. [Tyrus tota insula est, ad continentiem aggere eam annectente, vt quum Alexander eam obsideret.] Plinius lib. 5. cap. 19. [Tyrus quondam insula præalto mari septingentis passibus diuisa: nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens.] Mela lib. 1. cap. 12. [In Phœnicia est Tyros aliquando insula, nunc annexa terris ab impugnantem quondam Alexandro, iactato opere.] Ptolomæus lib. 5. cap. 15. [Et Tyrus continenti annexa.] Arrianus lib. 2. [Nam & ipsa vrbs insula erat.] Cæterum qua ratione ab Alexandro molibus continenti annexa fuit, pluribus describunt Diodorus Siculus lib. 17. Numer. 583. & sequentibus. Curtius lib. 4. Arrianus lib. 2.

NEGOTIATORES SIDONIS TRANSEVN-  
TES MARE REPLEVERUNT TE.] Heb. circulator, circumgrator, negotiator, mercator Tzidonis, pertransiens, permeans, transmittens, transfretans mare impleuerunt te. Quidam: tu, quam mercatores Tzidonis peruagantes mare, implent, vel sua frequentia, nam illuc pluri-  
mi ex Tzidone vicina confluent: vel mercibus & opibus, quas in te important: aut hoc dicit quod Tyrus colonia esset Tzidoniorum, nimirum à Tzidonis condita, infra

vers. 12. De Tzidone vide Genes. 49. v. 13.  
& in Iosue 11. v. 8.

VERS. 3.

IN AQVIS MVLTIS SEMEN NILI, &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant. 1. *Et in aquis multis semen Sichor, messis fluminis erat fructus eius*, scilicet Tyri, fuitque negotiatio gentium, id est, semen iactum in Aegypto, quæ alluitur multa irrigatione Nili, legetes, inquam, quæ multis aquis Nili proveniunt, erant proventus Tyri. q. d. Aegyptus suis frumentis alebat Tyrum, eratque velut horreum eius: ipsaque Tyrus erat velut commune gentium emporium. 2. *Et per aquas multas, Nili, hoc est, frumenta Aegypti deuehebantur Tyrum: messis fluminis erat proventus eius*, id est, demessi fructus, qui riuulis à Nilo deductis irrigabantur; erant annui proventus Tyri, nam illic comportabantur, adeo *ut esset Tyrus emporium celeberrimum*, quo omnes gentes negotiandi gratia conuenirent. 3. *Cuius proventus aquis multis*, id est, quæ prouentum colligis ex alieno agro tuis navigationibus: *est semen Sichoris*, id est, linum Aegypti, quæ synecdochice ita à termino suo Sichor appellatur. Vide Iosue 13. v. 3. abundabat autem Aegyptus variis linorum generibus supra cap. 19. v. 9. *messis riuus Aegyptiaci*; id est, triticum, quo abundat Aegyptus, irrigata riuus à Nilo deductis, ut dictum est supra cap. 19. v. 6. quam fertilis Aegyptus tritico fuerit, docet Plinius lib. 18. cap. 18. & omnes historici: unde Adagium. *Sulcus Aegypti arenas Libya non curat*. de quo Cælius Rhodiginus lib. 29. *Lectio Antiquarum cap. 21. & qua est mercatus gentium*. Sed Aegypti præsertim, unde portus alter Tyri apertus, dictus est Aegyptius, Straboni lib. 16. pag. 757.

VERS. 4.

ERVESCE SYDON.] Apostrophe, inquit, ad Tzidonem, quæ fuit quodammodo parens Tyri: nam Tzidonij à rege Ascalonitarum expugnati, ut Iustinus lib. 18. ait, nauibus appulsi Tyrum urbem conderunt. q. d. Antè hac quidem gloriata es de isto felice partu, iam verò alia sunt tempora. quibus Tyrus orba, & atenos futura est.

AIT ENIM MARE.] Alij: *quia loquitur mare*, omnibus scilicet appellentibus Tyrum, vel *mare*, ipsa urbs Tyri, insulæ.

FORTITVDO MARIS DICENS.] Quidam. *munitionis maris*, dicendo, id est, Tyrus: periphraſis: nam ad erymon nominis respexisse videtur, quod à petrâ & munitione dictum videtur *רִיב תְּזֹר*, *רִיבִי דִּרְיִסִימָא* *insidens*, inquit Brocard. Vide in Iosue 19. v. 29.

PARTVRIVI, ET NON PEPERI, &c.]

Aliqui: *Non parturio: neque pario, neque educo iuuenes, aut tollo virgines*: id est, iam meis orbata sum, & inepta aliis impostorum comparandis, ac veluti gignendis & educandis: allegorica expositio.

NEC AD INCREMENTVM PERDVXI VIRGINES.] Heb. absque negatione expressa, sed subaudita è præcedentibus, *non eleuavi virgines*. siue non extuli, non enexi. vel non tuli. hoc est, vel non procreavi; vel non ornavi virgines.

Maluenda, In libr. Isaia.

QVVM AVDITVM FVERIT IN AEGYPTO, VERS. 5:

&c. Alij hunc versum reddunt. 1. *Sicut rumor Aegyptiis, torquebuntur secundum auditum Tzor*. 2. *Quum rumor ad Aegyptios peruenit, perinde ad istum rumorem dolebunt, ac Tyrus*, id est, Quum audierint Aegyptij deuastationem Tyri. timebunt grauius ne & ipsi deuastentur. 3. *Simul atque Aegyptij famam perciperint, dolebunt iuxta famam Tyri*, id est, tantus erit dolor, quanta fama cladis Tyri. 4. *Quemadmodum rumore de Aegypto*, quum audientes cæteri populi iudicium Dei contra Aegyptios, commoti sunt, dolore correpti, turbati, tremefacti, & diffluerunt irruente super ipsos pauore magno, ut narrat Moſes Exod. 15. v. 14. & sequentibus: *intremant aquæ rumore Tyri: nempe cæteri populi iudicio Dei contra Tyrum*.

TRANSITE MARIA VLVLATE QUI HABITATIS IN INSVLA.] Hebr.

*Transite in Tharsis, ciuitate habitatores insule*. Tremellus & Iunius: *Transite per Oceanum, ciuitate habitatores insule*. Hypotyposis elegantissima præcedentis luctus qua propheta primum Tyrios migrare & Vagari iubet per maria incertis sedibus (nam etiam huiusmodi occasionibus Tyrij nouas sedes compararunt, & Carthaginem, Lep- tin, Vticam, & Gades ad Oceanum conderunt, ut auctor est Plinius lib. 5. cap. 19.) deinde sermone ad alias gentes conuerso Tyrum per ludibrium traducit, sequente versu, id est, Tyri, ut supra vers. 2. LX X. reddunt: *Transite in Carthaginem*. S. Hieronymus de Nabuchodonosoris vastatione, [*Legimus in historiis Assyriorum obsessos Tyrios postquam nullam spem euadendi videbant, conscensis nauibus fugisse Carthaginem, &c.*] Sed in Alexandri obsidione Tyrios coniuges, liberosque deuehendo Carthaginem curasse ac senio confectos, Diodorus Siculus lib. 17. Num. 583 Curtius lib. 4. cap. 3. produnt. Possis reddere: *Transite in Tarsum in Ciliciam, vel in Macedoniam*: nam eò verisimile est transmissos ab Alexandro plures Tyrios captiuos: nam quindecim millia fuisse captiuos, Curtius, tredecim; Diodorus; triginta millia, Arrianus, affirmant.

NVMQVID NON VESTRA HÆC EST, VERS. 7:

&c.] Prius hemistichium variè conuertunt: 1. *Numquid hæc est vobis urbs exultans, vel hæc est vestra urbs lata? à diebus antiquis antiquitas eius?* 2. *An non hæc gloriatio vestra, cuius vetustas ab antiquis diebus est?* 3. *Hæcine est vestra exultans à diebus antiquis origo eius?* 4. *Hæcine est vestra tripudiatrix, cuius origo à diebus priscis?* De Antiquitate Tyri, Herodorus lib. 2. Numero 44. [*Esse autem à Tyro condita vsque ad suam ætatem, annorum duo millia ac trecentos.*] vixit autem Herodorus sub Xerxe. Iosephus 8. Antiquitatum, cap. 2. [*Tyrus condita est ducentis quadraginta annis antequam templum extrueretur.*] Strabo lib. 16. pag. 756. [*Post Sidonem maxima & antiquissima Phœnicum est Tyrus.*] Curtius lib. 4. Rerum Alexandri, cap. 5. [*Tyrus urbs & vetustate originis, & crebra fortuna varietate ad memoriam posteritatis insignis.*] Vlpianus in Digestis, Ti- tulo

tulo de Censibus : [ *In Syria Phœnice splendidissima Tyriorum Colonia, unde mihi origo est, nobilis regionibus, serie saculorum antiquissima, arripotens, &c.* ]

DUCENT EAM PEDES EIVS LONGE AD PEREGRINANDVM. ] Alij : *deducunt eam pedes eius procul ad peregrinandum. 2. ducent eam pedes eius, ut peregre proficiscatur habitatum, id est, abducunt eam captivam in quam remotissimam & procul distitam regionem. Tremellius & Iunius aliter hunc versum accipiunt inuerso ordine verborum: Hęc cene vobis exultabunda videretur, cuius pedes à diebus antiquitatis, seu precedentibus, a precedente statu ipsius deducunt eam ad peregrinandum procul? id est, ad quærendas peregrinas sedes, & colonias in remotissima loca deducendas, de quibus vers. 6. dicebamus. Volunt hoc versu esse sarcasum ex comparatione præsentis abiectionis cum antecedente fastu & gloria.*

VERS. 8.

QVIS COGITAVIT HOC SVPER TYRVM. ] Hebr. *Quis consultavit istud super Tzor.* Alij : 1. *Quis decreuit, aut statuit, vel consuluit hoc, id est, cuius consilio aut decreto factum est hoc de Tyro? 2. Quis cepit consilium hoc contra Tyrum illam?* Secunda pars capituli de auctore & causa luctus Tyriorum, ut dictum est in vers. 1. sic versu sequente.

QVONDAM CORONATAM? ] Alij : *Tyrum illam coronatam, vel quæ capiti suo coronam imponebat? id est, quæ se reginam maritimarum urbium esse dicebat? 2. coronantem viros suos, id est, dantem coronam & gloriam viris suis, quæ ciues suos diuitiis & gloria ornabat. 3. Forsterus participium מעטרה maghatirah coronantem, vel coronare facientem, nominaliter accipiendum putat, sicque locum hunc reddit: Quis consulisset hoc de Tzor corona? id est, quæ Tyrus est corona & ornamentum urbium. 4. contra Tyrum illam coronariam, id est, quæ non tantum ipsa regina erat, sed etiam gignebat quodammodo reges, & mercatores suos opibus coronabat, ut sequentia verba explicant.*

CVIVS NEGOTIATORES PRINCIPES, &c. ] Alij : *cuius mercatores erant principes, cuius negotiatores honoratissimi terra. נכבדים nichbâdim, graues, honorati, gloriosi, splendidi, inclyti, excellentes, præstantes.* sic versu sequente.

VERS. 9.

DOMINVS EXERCITVVM COGITAVIT HOC. ] Hebr. *Iehouah exercituum consultavit eam.* id est, consilium cepit de ea. Alij : *consuluit hoc.* id est, decreuit, statuit hoc. Quidam : *Iehoua exercituum consilium illud cepit.*

VT DETRAHERET SVPERBIAM OMNIS GLORIÆ. ] Alij ex Hebr. 1. *ad profanandum superbiam omnis regionis-gloria.* id est, regionis gloriosæ & inclytæ, vel cuiuscunque magnifici. 2. *ut profanaret superbiam totius incunditatis.* 3. *ut profanaret fastum omnis magnificentie.* 4. *ad sedandum fastum omnis gloria.* Hebr. omnia ista complectuntur: *ad violandum, profanandum, polluendum, sedandum, confodiendum, sauciandum superbiam,*

*fastum, arrogantiam, elationem omnis nobilitatis, placiditatis, incunditatis, voluptatis, oblectationis, decoris, gloria, ornamenti.* De voce צבי izebi quam Noster gloriam vertit, vide in 2. Samuel. 1. v. 19.

TRANSI TERRAM TVAM QVASI FLVMEN FILIA MARIS. ] Exponunt, O Tyrus filia maris, quæ insula es, & in mari omnem tuam potentiam & negotiationem exerces, fuge celerrime tanquam fluius rapidus; ex terra tua aliò velociter migra, ne te hostis potentissimus occupet. Alij : 1. *Pertransi patriam tuam, quasi riuum, filia Tharxis.* id est, O Tyrus filia maris, quod te totam maritimis transvectionibus dederis, perambula ipsum mare, quod est tibi velut patria. quasi dicat, filia maris cum sis, exerce scilicet marinas negotiationes & mercaturas tuas. Sarcasmus : ac si dicat, nihil minus poteris ab hoste oppressa. 2. *Remea in terram tuam, similis riuo, nauis Oceani.* Apostrophe ad mercatores externos, illustrans grauitatem mali Tyriis euenturam *similis riuo.* id est, indefinenter & cito, ut riuus à natura fertur secundo alueo. *filiam Oceani,* vocat nauem *Oceani.* forte quod etiam à Gadibus Oceani Tyrum mercatores nauigarent.

NON EST CINGVLVM VLTURA TIBI. ] S. Hieronymus : [ *Id est, non poteris ultra resistere, non habebis ultra vires, nec accinctos ad pugnandum lumbos tuos, ut possis aduersariis contraire.* ] Alij ex Hebr. 1. *non est obfirmatio amplius.* 2. *non est tibi fortitudo ultra.* 3. *nulla est zona amplius.* id est, plane infirmata est Tyrus, nullæ sunt amplius vires illi, nulla latera; quibus accingatur, aut se ipsam confirmet : ut Iobi 12. vers. 21. מַמְצָחַם mezach, proprie obfirmatio, firmamentum; translate, cingulum, zona, balteus, quo lumbi & latera firmantur, ut Psalm. 108. v. 19. quidam pro muro, quo cingebantur Tyrij, hic accipiunt.

MANVM SVAM EXTENDIT, &c. ] Hunc versum diuersimodè ex Hebr. explanant, 1. *Manum suam extendit Deus super mare, commouit regna : Iehoua præcepit super Chenahan ad disperdendum fortitudines eius.* 2. *Manum suam extendit super mare, commouit regna : Iehoua Tzebaoth mandauit ad Chenahanum, ut perdat munitiones eius.* id est, extendit Iehoua manum suam contra Tyrum, commouit regna Phœnicia, & alia circumuicina aduersus Tyrum, ut late describunt Diodorus, Curtius, Arrianus, auxilio Alexandro venisse; exercitum conscripsit, misit Tyrum emporium Chenahanæorum, id est, mercatorum ac negotiatorum, ut euerteter omnes munitiones & popugnacula eius. 3. *manum suam extendit, subaudi, Deus : super mare.* id est, Tyrum urbem, omnium maritimarum urbium nobilissimam; *conussit, vel perterruit, regna : Iehoua mandauit aduersus Chenahan, ut vastaret robora eius.* subaudi, Israël. q. d. Iehoua, qui extendit manum suam in Tyrum, ut perderet illam; antea regna multa perdidit, & Chenahanæos è terra sancta eiecit : quare non dubium quin Tyrum possit euerteter. Futilis & alienus sensus. 4. *Manum suam extendit super mare, commouet regna :* explicatio consilij, quod

quod Iehoua cepisse contra Tyrum dicitur. Sunt autem hæc prophetæ verba, dicentis: Tyrij Tzidone orti, ac proinde Chenahanæorum reliquiæ, nunc mare obtinent arbitrato suo, & omnia regna vicina commouent victo Schalman-Esere, atque Phœnicibus, vt diximus in vers. 1. & iis victoriis partis, omnes sibi cessuros existimant: sed aliud visum est Iehouæ. *Iehoua præcipit contra Chenahanem, perdere munitiones istius.* id est, Chenahanæos, qui adhuc supersunt Tyri, Tzidone, & cæteris locis: nam Tzidonij parentes Tyriorum Chenahanæi erant, siquidem Tzidon primogenitus Chenahanis, Genes. 10. vers. 15. & Tzidon terminus inclusus Chenahanæ, ibidem, vers. 19. & Iosue 19. vers. 28. & Iudicum 1. vers. 31. & 32.

VERS. 12. NON ADICIÉS VLTRA VT GLORIERIS. Alij: 1. *Non ultra luxu exultabis.* 2. *Non perges amplius exultare.*

CALVMNIAM SVSTINENS. Alij: 1. *vim passa.* 2. *defraudata.* 3. *defraudatrix,* vel *calumniatrix,* vt quæ tota mercaturæ vacabat: proprium autem est mercatorum alios defraudare. Sed id est contra rationem punctorum, cum sit Pahul Pihel, מֶגְבֻשׁ שְׁחָקָה megbuschschakah. 4. *ô oppressa.*

VIRGO FILIA TZIDONIS. Plerique ipsam Tzidonem accipiunt; vt *filia Ierusalem,* est *ipsa Ierusalem,* & *filia Tyri,* ipsa *Tyrus,* & eiusmodi passim. quod ipsa Tzidon exultaret in calamitate suæ Colonia Tyri; quasi aliena esset ab illa tempestate: quod sane verissimum fuit in expugnatione Alexandri; vt historici tradunt: verum in priore illa altera Nabuchodonotori clade, eandem cum Tyro fortunam subiit, vt scribitur Ierem. 47. vers. 4. Ad quam potuit hîc respexisse propheta. Cæterum S. Hieronymus, & præstantissimi quique Explanatorum, Tyrum hîc potius intelligunt, quæ filia Tzidonis dicitur, quod Tyrij à Tzidoniis conditi fuerint, & Tyrus Tzidonis Colonia; vti Iustinus disertissimè prodit lib. 18. cuius verba posuimus in Iosue 19. v. 29. S. Hieronymus ad vers. 2. [*Tradunt enim historia, quod Tyrus colonia Sidonis sit.*] Et in vers. 4. [*Dixi supra coloniam Sidoniorum esse Tyrum.*] Et hoc versu: [*O virgo filia Sidonis, id est colonia Sidoniorum.*] Alij: id est, Tyre à Tzidoniis condita, vt meminimus in vers. 4. Nam in Scriptura ciuitates maiores & antiquiores; seu metropoles, nomine mulierum & matrum vocantur, vt 2. Samuel. 20. vers. 19. & Isaia 32. vers. 9. vt minores, & recentiores ab illis veluti propagatæ, & generatæ, nempe coloniarum, filiarum appellantur, vt infra cap. 32. vers. 9. vide Numer. 21. vers. 25. Et Plinius lib. 5. cap. 19. eodem modo loquitur de coloniis, quæ à metropoli tanquam filiarum à matre sunt ædificatæ: vt de hac ipsa Tyro: [*Olim partu clara, vrbibus genitrix; Lepri, Pica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida, Carthagine, &c.*] Virginem autem dici hîc Tyrum quidam intelligunt, quod nulla adhuc vi externa oppressa hæctenus fuisset, à nullo adhuc rege armis subacta. qua ratione hic locus non poterit de Alexandri expugnatione accipi, sed de illa Nebuchad-netzaris. Rectius alij, ita ap-  
*Maluenda, In libr. Isaia.*

pellari ob diuitias, pulchritudinem, ornatum, decorem, delicias, luxum, insolentiam, lasciuam, petulantiam, exultationem, quæ sunt propria virginum, & adolescentularum: vel quod arctissimè claudantur & custodiantur à procis & amatoribus regibus.

IN CETHIM CONSVRGENS TRANSFETA, IBI QVOQVE NON ERIT REQVIES TIBI. ] q. d. ] captiua abducêris in Cyprios, vel Cilicas, vel Græcos, aut in Macedones, nec tamen ibi quiete ages, sed sub iugo seruitutis agitaberis. Quidam reddunt: *ad Cirhaos.* id est, Cilicas, vt vers. 1. *surge, transi, etiam illic non erit quies tibi.*

ECCE TERRA CHALDÆORVM, &c. ] VERS. 13. Obscurum hunc versum variè ex Hebr. explanant: *Ecce terra Chaldæorum, iste populus non erat illic olim, nam Assur fundauit eam nauibus.* id est, Iste populus, qui nunc habitat in Chaldæa, hoc est, Chaldæi olim non incolebant eam regionem: nam Assyrij prius eam ædificarant nauibus, vt per Euphraten & Tigrin nauigationes & transuersiones mercium in sinum Persicum exercerent: *erexerunt arces illius, excitauerunt ades eius: posuit eam in ruinam.* id est, quum Assyrij prius in ea munitiones & varia ædificia ad securitatem & commoditatem excitauissent; postea tamen hostis Chaldæus omnia destruxit. 2. *Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit; Assur fundauit eam eis, qui vasta loca inhabitabant,* id est, Assyrij construxerunt in ea Chaldæa vrbes iis, qui prius in deserto subtentoriis habitabant, nempe proximis latronibus Attalis, Arabibus Scenitis, & Nomadibus, de quibus Plinius lib. 6. cap. 26. extremo: *erexerunt arces eorum,* scilicet Chaldæorum, *contruerunt,* seu *destruxerunt palatia eius.* id est, Chaldæi palatia eius regionis Assyriorum euerterunt: & *redegit eam in ruinam.* nempe rex ipse Chaldæorum. voluit esse argumentum à maiori ad minus, quo innuit translationem seu euersionem regnorum possibilem esse: nam si à Chaldæis euerfi sunt Assyrij, quid mirum Tyrios à Chaldæis, seu Macedonibus deuastari? Iam hoc tempore Isaia Chaldæi excusso Assyriorum & Medorum imperio nouam dynastiam Babylone condiderant, ac tum Babylone rerum poliebatur Mardokempadus: vide 2. Reg. 20. vers. 12. 3. *Ecce terra Chaldæorum, iste populus non fuit: Assur fundauit eam nauibus.* id est, aptam nauibus stationem effecit: cum enim ingentibus fluminibus alluatur Tigri, & Euphrate, ibi ingentem triremium numerum habebant Chaldæi, quibus verisimile est, eos mare Persicum, atque Indicam oram adnauigasse: nam infra cap. 43. vers. 13. legimus Chaldæos nauibus ouantes: *erexerunt munitiones eius, excitauerunt palatia eius: posuit Deus in ruinam.* id est, cum talis esset regio, cum esset fortissima ciuitas, cum munitiones & palatia haberet amplissima, tamen Dominus demolitus est eam, & in ruinas redegit. Ac si hoc versu dicat: Quid mirum si Phœnices deuastentur? Chaldæi fortissimi populi, qui suas munitiones & turres haberent, perierunt, & Dominus per hostem Babylonem subuertit cum turri-



būs & palatiis eius. Hic Chaldæos & Assyrios pro eisdem accipiunt, non satis apte ex more Scripturæ, & humanæ historiæ. 4. *Ecce de terra Chaldaeorum iste populus non fuit.* id est, Tyrius populus non fuit ortus à Chaldæis, sed à Tzidoniis, seu Agenore: *Assur fundavit eam pro erroneis*: in gratiam scilicet illorum, qui incertis sedibus in solitudinibus vagari consueverant. q. d. quum Assyrij rerum in oriente potirentur, Tyrum nomadibus Arabibus possidendam tradiderunt, qui in ea erexerunt munitiones & palatia: sed hostis Chaldæus, vel Macedo posuit eam in ruinam. 5. *Ecce terra Chaldaeorum, huius populi, qui nunc occupat eam, olim non fuit: sed Assur posuit fundamenta eius, pro solitudinis bestiis.* id est, quum antea deserta esset, & ferarum habitatio: ipsi Chaldæi erexerunt arces eius, surgere fecerunt palatia eius: & ipse Deus posuit eam in ruinam. 6. *En terram Chaldaeorum*: confirmatio prophetiæ, exemplo Babylonici regni, quod Sancheribi maiores occupauerant atque euerterant, ut apparet ex 2. Reg. 13. vers. 24. & 30. & cap. 19. vers. 12. cui argumento inest comparatio à maiore: *iste populus non fuit.* id est, iam nulla est ipsorum respublica, sed deuenit in potestatem alterius: *ex quo Assyrus fundavit eam pro barbaris.* id est, statuit in ea colonos barbaros, regioni incognitos: *erexerant exploratorias speculas suas, excitauerant palatia illius*: id est, Babylonij, sese omnibus modis confirmantes: *Assyrus disposuit illam in ruinam.* id est, evertit totam regionem.

IN CAPTIVITATEM. ] לְצִיִּים *letzijim.* propriè, *siccis, aridis*: vel *pro siccis, aridis.* Quidam, naues intelligunt, quod sint aridum quid & siccum in aquis, ut Numeror. 24. v. 24. Alij, bestias, ac feras deserta loca incolentes: ut supra cap. 13. vers. 21. Nonnulli, homines barbaros, feros, eremicolas, deserticolas, solitudincolas, ut Psalm. 71. vers. 9. & 73. vers. 14.

TRADUXERANT ROBUSTOS EIVS. ] Hebr. *surgere fecerunt, erexerunt, statuerunt, constituerunt, excitauerunt, stabilierunt, confirmauerunt probationes eius.* בחוֹנִים *bachunim,* vel *bachonim* propriè, *probamenta, tentamenta, experimenta, exploramenta*: vallos, munitiones, arces, fortalitia, propugnacula, intelligunt, quæ sunt probatæ contra oppugnationes hostium. Alij, turres-munitas, vel speculas-exploratorias interpretantur, ex quibus transeuntes, vel venientes probant, explorant, & speculantur.

SYFFODERVNT. ] גְּהוֹרֵרָו *ghoreru,* excitauerunt. Nonnulli Hebræorum non tam rectè, *destruxerunt, contriuerunt, confregerunt, demoliti sunt.*

DOMOS EIVS. ] Hebr. *palatia eius, celsas ades eius.*

VERS. 14. VLULATE NAVES MARIS, QUIA DEVASTATA EST FORTITUDO VESTRA. ] Alij: 1. *Vlulate, naues Tharsis, quia devastata est munitio vestra.* id est, portus Tyri, quo maximæ omnes naues tanquam in locum munitum & securum se recipiebant, ubi illis erat tuta & fida statio à ventis & tempe-

statibus. Strabo lib. 16. pag. 757. [*Tyrus portus duos habet, alterum clausum, alterum apertum, quem Egyptium vocant.*] 2. *Eiulate, naues Oceani, quia vastatur munitio vestra.*] Apodosis præcedentis exempli, concludens hanc partem verbis primi versus. Hæc autem prædictio de tempore Nebucadnetzaris accipienda est, qua transit propheta ad singularem temporum descriptionem, quam supra diximus in vers. 1.

ET ERIT IN DIE ILLA. ] Quidam: *Erit autem tempore illo.* Tertia pars capituli, exponens statum Tyri, qui fuit primum septuaginta annis à vastatione effecta per Nebucadnetzarem & Babylonios, hoc versu; deinde à tempore Cyri ad Alexandrum vsque Macedonem, quæ spatia definiuntur ipsis temporibus historiæ Iudæorum, ut ex Scriptura commonstrauimus, vsque ad versum vltimum: *Quum obliuioni tradita fuerit Tyrus.* id est, neglecta, & nullo pretio habita.

SECUNDVM DIES REGIS, seu REGNI, VNIVS. ] ut apud Daniele m. sape. id est, dum steterit regnum Babylonicum post eversam Tyrum.

VT EXACTIS SEPTVAGINTA ANNIS. ] id est, ineunte regno Persico, quum Cyrus regnare cœpit occupata Babylone, qui alienus erat ab odio illo hæreditario, quo prosequerantur Tyrum Babylonij propter obsidionem diuturnam, cuius ante in vers. 1. ex Iosepho meminimus. *Sit Tyro simile canticum meretricio.* id est, reflorescens Tyrus opibus, ad se pelliciat iterum mercatores suos, ut ex parte cognoscitur ex Hezra 3. v. 7. Nehem. 13. v. 16.

SICVT DIES REGIS VNIVS. ] vel secundum dies regis vnus. Hebræi exponunt, tandiu tandiu homo viuere solet, etiam rex, qui delicate viuit, & optimè alitur, ac proinde diutius viuere potest, vel *iuxta dies regis vnus*, scilicet Davidis, qui septuaginta annos vixit. 1. Samuel. 5. vers. 4. Hispanicus Interpres: *como los dias de vn rey.* id est, *muy contados.* nam dies regum solent certius & accuratius numerari.

ERIT TYRVS QVASI CANTICVM MERETRICIS. ] id est, ut meretrix dulci ac suavi cantu solet allicere amatores; sic Tyrus dabit operam ut diuitiis ac mercibus ad se trahat negotiatores; à quibus neglecta fuerat: nam & meretrix magnam cum mercibus affinitatem habet, & à merendo dicitur, & mercede copiam sui facit, & se vendit velut in mercatu. Quidam reddunt: *vsuuenit Tyro, quod meretricula psalteria, cui dicitur: Sume citharam, &c.*

SVMME CITHARAM, ET CIRCVI CIVITATEM MERETRIX OBLIVIONI TRADITA, &c. ] Apostrophe ad Tyrum, qua propheta oculis subiicit florentem statum, & luxuriantem Tyri, ex quo cœpit asurgere ineunte regno Persico: nimirum per annos ducentos triginta vnum, quibus secundum meliorem Chronologiam stetit Persarum regnum.

BENE CANE, FREQUENTA CANTICVM. ] Alij: 1. *bene fac pulsando, multiplica canticum,*

VERS. 15.

VERS. 16.



canticum. 2. optime pulsa, utere quamplurimo cantico. 3. argute pullando, & omnigena carmina cantando. 4. stude bene seu perite pulsare. 5. bonam fac melodiam. 6. pulchre ludendo instrumentis musicis multiplica canticum. vide similem loquutionem Psalm. 32. vers. 3. q. d. Esto multa in modulationibus, & cantionibus.

VT MEMORIA TV I SIT. ] Heb. *ut memoreris: ut sis in memoriam.* id est, ut in memoriam redeas mercatoribus tuis, & apud te negotiationes instaurent. Alij: 1. *ut renouetur memoria tua.* id est, ut in pristinam claritudinem & celebritatem redeas. 2. *tui memoriam refrica.*

VERS. 17.

ET ERIT POST SEPTVAGINTA ANNOS VISITABIT DOMINVS TYRVM, ET REDV-  
CET EAM AD MERCES SVAS. ] Quidam: *Erit enim ut exactis septuaginta annis, renascat Ieboua Tyrum, qua reuersa fuerit ad quastum suum.* pristinum. Explicatio copiosior versus 15. Quanta magnitudine: claritudinemque opum Tyrus sub Imperio Perfarum ad Alexandrum vsque adepta fuerit, Diodorus, Curtius, Iustinus, Arrianus, & alij commemorant. Scorsim Curtius lib. 4. rerum Alexandri, cap. 2. [ *Tyrus & claritate & magnitudine ante omnes vrbes Syriae, Phoenicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur, quam imperium.* ]

AD MERCES SVAS. ] Heb. *ad mercedem, capturam, quastum suum.* Vide in Deuteronom. 21. v. 18 Forsterus reddit: *ad meretricium suam.* Nam *תְּנָא* *etnan* proprie esse ait, *mercedem meretriciam,* quae scorto pro re turpi datur: perstat enim propheta in allegoria meretricis.

ET RVRSVS FORNICABITVR CVM VNIVERSIS REGNIS, &c. ] Alij: 1. *& exercebit commercia cum omnibus regnis, &c.* ut sit explicatio metaphoræ. 2. *deinde scortabitur cum omnibus regnis regionis, in superficie terra.* Putant hic agi de temporibus Tyri post expugnationem & cladem Macedonicam, q. d. ne iterato quidem iudicio, euerfa per Alexandrum reuerteretur in bonam frugem. Hunc locum illustrent verba Iustini lib. 18. [ *Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis conditi, parci monia & labore querendi, cito conuoluerunt.* ] Et Curtij lib. 4. cap. 4. extremo: [ *Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refouente, sub tutela Romana mansuetudinis acquiescit.* ] Videtur Curtius sub Augusto scripsisse. Vide quoque verba Vlpiani quæ posuimus in Iosue 19. v. 29. huc etiam facientia.

VERS. 18.

ET ERVNT NEGOTIATIONES EIVS, ET MERCES EIVS SANCTIFICATE DOMINO. ] Aliqui: *Tandem erit merx eius, & quastus eius sanctitas Ieboua, seu sanctificatus, vel consecratus ipsi Ieboua.* Vltimum documentum de vocatione piorum ad regnum Dei, ut diximus in vers. 1. cui simile est supra cap. 19. v. 18.

& sequentibus: q. d. Tandem Tyrii accedent ad Christum.

NON CONDENTVR, NEQVE REPONENTVR. ] Quidam: *non reponetur in thesaurum, neque recondetur.* id est, tam seria erit pœnitentia Tyriorum & conuersio ad Christum, ut non amplius studeant coaceruandis opibus, sed omnia liberali animo sanctificent & conferant in vsum, quem prescribit Deus, & exponit propheta sequente membro.

Neque reponensur. Heb. *singulariter: & non recondetur,* vel in thesaurum reatum, & reconditum: vel ut asseruetur in robur & præsidium, verbum *יָדוֹן* *chasan* aiunt notatione Hebraica significare *protectionem:* Chaldaica vero seu Syriaca, *robur.* Videtur Christus Matth. 6. v. 19. ad hunc locum respexisse.

QVIA IIS, QVI HABITAVERTINT CORAM DOMINO ERIT NEGOTIATIO EIVS. ] Alij: *Sed erit eorum, qui habitant ante Iebouam.* id est, fidelium Christi. vel ministrorum Ecclesiæ. 2. *Sed pro habitatoribus, coram Ieboua, siue exposita Ieboua ut Genes. 13. v. 9. erit merx eius.* id est, omnes possessiones, merces, ac facultates suas conferuantes Deo, disperient Ecclesiæ, prout cuique opus erit, & nullus erit egens inter eos: Vide Actor. 2. v. 44. & sequentibus, & cap. 4. v. 34. & sequentibus.

VT MANDVCENT IN SATVRITATEM, ET VESTIANTVR VSQVE AD VETVSTATEM. ] Alij ex Heb. 1. *ad comedendum ad saturitatem, & ad operimentum vetus, seu durable.* id est, vestem, quæ non cito atteritur, sed diu durat. Alij: *in operimentum honestum, decorum, pulchrum.* vel *ad integumentum robustum, densum, pretiosum.* 2. *ad comedendum in saturitatem, & ad tegumentum validum.* id est, ad iustum alimentum & amictum, quibus contenti sunt pij, 1. Timoth. 6. v. 8. Quidam pro voce *מַעֲשֵׂה* *mecasseh,* operimentum, tegumentum, mutatis punctis legunt eisdem litteris *מִיֶּסָה*, id est, *annumeratio, additio, collatio, contributio,* ut Exodi 12. v. 4. & Leuit. 27. v. 23. Numeror. 31. v. 28. vnde reddunt: *& ad contributionem durablem.* seu *collectam, aut collationem durablem.* quæ non exhauriatur: sed semper habeant, vnde ei necessaria suppeditentur. Similes Paulus volebat collectas & collationes, quæ fiebant in sanctos, qui erant Ierosolymis, amplas, liberales, non tristes, aut parcas, sed quæ abunde sarcirent inopiam sanctorum. & verisimile putant ad hunc locum allusisse apostolum in Epistolis suis, cum de collectis in Sanctos loquitur, ut 1. Corinth. 16. v. 1. & sequentibus. Sed hi non animaduertunt hic *מַעֲשֵׂה מִיֶּסָה* *mecasseh ghabik,* rectè cohærere, ut nunc scribitur, cum vtrumque sit masculinum, *integumentum durable:* at *MICSAH GHATHIK,* *contributio durabilis.* discordare genere, cum prius sit fœmineum, & posterius sit masculinum.

## CAPVT XXIV.

Mala quæ Dominus propter peccata vniuerso orbi facturus est, adiecta interim reliquiarum consolatione: & quàm terribilis erit dies diuini iudicij.

## Vulg.

**I** Cce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius.

Ofec 4. b. 8.

2 Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut fænerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.

3 Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc.

4 Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.

5 Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, & dissipauerunt fædus sempiternum.

6 Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideòque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci.

7 Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui latabantur corde.

8 Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus latantium, conticuit dulcedo citharæ.

9 Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

10 Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.

11 Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia: translatum est gaudium terræ.

12 Relicta est in vrbe multitudo, & calamitas opprimit portas.

13 Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo si pauca oliua, quæ remanserunt, excutiantur ex olea; & racemi, cum fuerit finita vindemia.

14 Hi leuabunt vocem suam, atque lau-

## Malu.

**I** Cce IHVH euacuans terram, & dissipans eam, & deprauabit faciem eius, & disperget habitantes eius.

2 Et erit sicut populus, sicut sacerdos, sicut seruus, sicut sustentatores eius: sicut famula, sicut præualida eius: sicut acquirens, sicut vendens, sicut obligans, sicut obligans-se, sicut obruens - se & secundum quod obruens in eo.

3 Euacuari euacuabitur terra, & diripi diripietur, quia IHVH loquutus fuit verbum istud.

4 Luxit, defluxit terra; excisus fuit, defluxit orbis: excisi fuerunt eleuatio populi terræ.

5 Et terra infecta fuit sub habitatoribus eius, quia transfuerunt leges, mutauerunt constitutum, labefactauerunt fædus æterni.

6 Super sic adiuratio comedit terram, & afflaci fuerunt habitantes in ea: super sic exarserunt habitantes terræ, & relinquetur mortalis paruus.

7 Luxit mustum, excisa fuit vitis: ingemuerunt omnes latantes cordis.

8 Cessauit gaudium tympanorum, cessauit obruitio exultantium, cessauit gaudium citharæ.

9 In cantico non bibent vinum, amaricabit ebriamen bibentibus eius.

10 Confracta fuit ciuitas in ordinationis: clausa fuit omnis domus de venire.

11 Vociferatio super vinum plateis, mista fuit omnis lætitia deuolutum fuit gaudium terræ.

12 Relictum in vrbe afflatio: & obruitio contundi fiet porta.

13 Quia hæc erunt in intimo terræ, in medio populorum: sicut decisio oliuæ, sicut racemationes, si consummata fuit vindemia.

14 Ij leuabunt vocem suam, gratulatorie

a disperse-  
re faciet  
b domini,  
heri  
c superior,  
domina,  
heroina  
d comparas,  
emens  
e mutuum-  
dans  
f mutuo ac-  
cipiens  
g sicut qui

h altitudo,  
celfitudo,  
elatio, ex-  
celfitas

i sæculi,  
ol. m

k vinum  
nouum  
l suspirauerunt

m quieuit  
n desijt, def-  
tuit, defecit  
o vt initio  
versus.

p inanitatis:

q emigrauit

r abominanda, stupenda desolatio:

dabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hinniunt de mari,

15 Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel.

16 A finibus terræ laudes audiimus, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, va mihi: prauaricantes prauaricati sunt, & prauaricatione transgressorum prauaricati sunt.

17 Formido & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ.

18 *Ier. 48. g. 44.* Et erit: Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataracta de excelsis aperta sunt, & concussientur fundamenta terræ.

19 Confractioe confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra.

20 Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum unius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiciet vi resurgat.

21 Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam celi in excelsis; & super reges terræ, qui sunt super terram.

22 Et congregabuntur in congregationem unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur.

23 Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

torie - acclamabunt in superbia IHVH, hinniuerunt de mari.

15 Super sic in Vrim aggrauate IHVH: in insulis maris nomen IHVH ELOHIM Israelis.

16 De ala terræ modulationes audiimus, nobilitatē iusto, & dixi: Tenuitas mihi, tenuitas mihi, hoi mihi: excurrentes excurrerunt, & excursio-nem<sup>f</sup> excurrentium excurrerunt.

17 Pauor, & fouea, & laqueus, super te, habitans terræ.

18 Et erit fugiens de voce pauoris, cadet ad foueam, & ascendens de medio foueæ, capietur in laqueo; quia<sup>f</sup> foramina de<sup>u</sup> eleuatione aperta fuerunt, & cōmouerunt fundamenta terræ.

19 Male-depascere, male-depascere sese fecit terra\* labescere labefactare sese-fecit terra: amouendo amouere-sese-fecit terra.

20 Et mouendo mouebit terra sicut ebrius, & diuagari - sese - faciet sicut pernoctatorium: & aggrauabit super eam trans-gressio eius, & cadet, & non addet surgere.

21 Et erit in die ipsa visitabit IHVH super militiam eleuationis in eleuatione: & super reges<sup>x</sup> homi super humum.

22 Et colligentur collectione, y ligatus super cisternam, & claudentur super clausuram: & de multitudine dierum<sup>z</sup> visitabuntur.

23 Et infodiet se luna, & pudefiet sol: quia regnauit IHVH Tzebaoth in monte Tzionis, & Ierusalaim, & præ-sentia<sup>a</sup> senum suorum grauitas.

<sup>f</sup> excursio-ne excurrentium. id est maxima.

<sup>f</sup> fenestras, cataractæ  
<sup>u</sup> alto, sublimi, excelsis


\* ut e. 54. v. 10.

<sup>x</sup> telluris, sic statim

<sup>y</sup> tanquam ligatus, iunctus

<sup>z</sup> requirentur

<sup>a</sup> senatorum



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ECCĒ DOMINVS; &c. Sententiam huius capituli Explana-tores in plures expositiones distrahunt. Quidam tamen quatuor hæc sequentia capita propterea vnâ coniungunt, quòd vnus sint concionis, vt narratio. & series argumentationum ostendunt Sunt autem, inquit, huius concionis tres præcipuæ partes: prima est narratio prophetica iudiciorum, quæ ipse Deus in gratiam populi sui effecturus erat ( vt Propheta denuntiavit capitibus antecedentibus, quibus hæc concio velut colophon fuit imposta ) vsque ad versum 6. capituli 25. secunda pars est, narratio prophetica formæ, quam Deus ad-

hibiturus erat in iudiciis exequendis ad Ecclesiæ bonum & consolationem. inde ad finem vsque capituli 26. tertia est institutio populi in retinendo officio suo, & amplectendis promissionibus Dei, quæ exponuntur inde ad finem cap. 27. In prima autem propositione continentur tria, narratio iudiciorum Dei contra peccatores, duodecim primis versibus huius capituli, & gratiæ eius erga Ecclesiam, vsque ad vers. 16. deinde confirmatio denuntiari illius iudicij, vsque ad finem capituli; & postremò vsus illius, nimirum prædicatio gloriæ Dei in Ecclesia, quinque primis versibus cap. 25.

DISSIPABIT TERRAM. ] Heb. est participium, euacuans terram. Quidam. Ecce Iehona exhaur

exhausturus est, cum habitatoribus, ut sex primi versus ostendunt, tum rebus omnibus, sex aliis versibus: quæ duo his verbis pro lepore continentur. *terram*. id est, singulas illas regiones in superioribus prædictas, suis verberibus castigaturus quamque.

ET NV DABIT EAM.] Participium בֹּלֵק *boleq* variè reddunt. 1. & *exinanians eam*. 2. & *desolans*, *deuastans*, vel *desolare-faciens eam*. 3. & *aperiens eam*. ante clausam & *muniam* hostibus ingressuris id est reddens eam peruiam hostibus. 4. & *dissipans*, *distringens eam*. 5. & *euellens*, *decerpens eam*. id est, *depeculans*, *deprædans*, *depopulans*, quasi *flocos*. & *pilos tenuiores eius euellens* ac si dicas, *destroens eam*. Sed hi vanissima persuasione sonum tantum verborum ad eruendam significationem consecretantur.

VERS. 3.

ET AFFLIGET FACIEM EIVS.] Heb. & *incuruabit*, *distorquebit*, *deprauabit*. *peruertet faciem*, *superficiem*, *formam eius*. Exponunt, id est, *auferet*; *aget sursum deorsum omnia*, cum ad personas, tum ad res ipsorum pertinentes, ut sequens versus demonstrat.

ET ERIT SICVT POPVLVS SIC SACERDOS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. clarius ita conuertunt: *Eritque perinde populo ac præfidi, perinde seruo ac domino suo, perinde ancilla ac heræ suæ, perinde emptori ac venditori, perinde mutuo danti, atque mutuo accipienti, ac ei qui fœnerat ipsi*. id est, omnes personarum omnium ordines confundentur, calamitatibus æque summos atque infimos opprimentibus.

SIC SACERDOS.] כֹּהֵן *cohen* hîc nonnulli potius *presidem* quam *sacerdotem* malunt exponere, propter antitheton *populi* & *presidis*: sed recte quoque *sacerdos* accipitur *populi* antitheton: vide in Genes. 14. v. 18. & in cap. 41. v. 45.

SICVT FOENERATOR, SIC IS QTI MUTVVM ACCIPIT, SICVT QVI REPETIT, SIC QVI DEBET.] Heb. *sicut mutuum dans*, *sicut mutuum-accipiens*: *sicut qui fœnerat*, *sic qui fœneratur*. vel *sicut accipiens fœnori*, *ita dans fœnori ei*. Aut *ut debitor ita oppressor eius* id est, *fœnerator* vel *sicut oppressus debitor ita qui irruit in eum*. Hebræi prius membrum de iis accipiunt, qui mutuum dant, & recipiunt gratis. & sine vlllo fœnore aut lucro: posteriori vero membro, quidam priorem vocem creditorem, posteriorem, debitorem intelligunt: alij rectius priorem debitorem, posteriorem creditorem, vel oppressorem, scilicet fœneratorem accipiunt. Recte notant particulam *Caph* geminatam hoc versu ad singula antitheta, absolutam vtriusque similitudinem, & æqualitatem significare. De significatione verbi נֶשְׁחָב *naschab* quod *obruere* hîc reddimus, vide in Deuteronom. 15. v. 2:

VERS. 4.

DISSIPATIONE DISSIPABITVR TERRA, ET DIREPTIONE PRÆDABITVR.] Heb. *Euacuando euacuabitur terra, & diripiendo diripietur*. id est, *penitus*, omnino euacuabitur & diripietur. Quidam: *Exhauriendo exhaurietur*. Seu *plane exhaurietur terra*, ut dixerat

de Ægypto supra cap. 19. v. 3. & *deripietur*. vel *plane diripietur*. ut supra cap. 8. v. 3. cap. 10. v. 6. cap. 11. v. cap. 14. v. 17.

LUXIT, ET DEFLVXIT TERRA.] Alij ex VERS. 4. Heb. 1. *Destructa est, ruit terra*. 2. *Periit, cecidit terra*. 3. *Corrupta est, decidit terra*. 4. *Luxit, flaccuit, emarcuit, elanguit natino humore & succo destituta fuit*. 5. *Luxit, expalluit terra*. 6. *Lugebit*, ut supra cap. 3. v. 26. & cap. 19. v. 8. *concidet terra*: ut prædixerat supra cap. 1. v. 30.

ET INFIRMATA EST, DEFLVXIT ORBIS.] Alij: 1. *desolatus est, ruit orbis*. 2. *infirmatus est, defluxit orbis*. 3. *excisus est, emarcuit orbis*. 4. *deformatus, languens factus est, & expalluit orbis*. 5. *Languet, concidet orbis habitabilis*. ut supra cap. 16. v. 8. & cap. 19. v. 8. De notione verbi *AMALAL*, quod hîc per *infirmari* vertit Noster, vide supra cap. 16. v. 8.

INFIRMATA EST ALTITVDO POPVLO- RVM.] Hîc rursus ponitur verbum אִמְלַל *amalal* de quo nunc dicebam. Alij, 1. *infirmati sunt elatio populi terra, vel excelsi populi terra*. מָרוֹם *marom*, collectivè accipiunt, pro *excelsis, elevatis*, qui in populo eminent & eleuantur dignitate, opibus, &c. 4. *deformati sunt sublimes populi terra*. 5. *Languent celsitudo populi terra*. seu *celsi populorum terra*, ut interminatus fuerat supra cap. 2. v. 11. & 22. & 9. v. 14.

ET TERRA INFECTA EST AB HABITATORIBVS SVIS.] Alij: 1. *Et terra impie & inhumane aget ob incolas suos*. 2. *Et terra hypocrita est sub habitatoribus suis*. vel & *terra simulata fuit, fallax fuit incolis suis*. id est, spes agricolarum frustrata est. 3. *Et terra impia fuit erga incolas suos*. quia desit producere fructus suos incolis necessarios, quasi invida & inhumana erga illos. 4. *Et terra impie egit propter habitatores suos*. id est *pœnas luet impietatum habitatorum suorum*, nam desolabitur. 5. *Et terra polluta, contaminata, infecta fuit propter habitatores eius*. 6. *Etiam hac terra contaminata est sub habitatoribus suis*. Ætiologia, à peccatis hominum asserens iustitiam Dei, quam propheta amplificat per comparisonem Iehudæorum, sequente versu, ut ad alterum iudiciorum genus transeat: vide simile Numeros. 35. v. 33.

QVIA TRANSGRESSI SVNT LEGES.] Alij: *qui transgrediuntur leges*. naturales & politicas, ad publica & priuata hominum officia pertinentes.

MVT AVERVNT IVS.] propriè. *statutum*: *præceptum*. Quidam: *mutant decretum*. positum in cæremoniis, & externo Dei cultu.

DISSIPAVERVNT FŒDVS SEMPERTERNVM.] Alij: *irritum faciunt fœdus perpetuum*. vel *pactum sæculi*. cum Abrahamo initum circumcissione, Genes. 17. & redintegratum in traditione legis, Exod. 24.

PROPTER HOC MALEDICTIO VORABIT TERRAM.] Alij: 1. *Ideo periurium desolavit terram*. 2. *Idcirco execratio consummes terram*. id est, *execratio seu imprecatio*, cui

cui se Iisraëlitæ deuouerunt, si transgredere-  
tur leges, mutarent decretum, irritumque fa-  
cerent fœdus perpetuum. Exod. 24. & Deute-  
ron. 29. vers. 10. & sequentibus. Nam hoc prius  
membrum ad Iisraëlitæ respicit, de quibus  
nominatim dixerat posteriore loco, versu su-  
periore. אלה אלה, adiuuatio, deieratio, im-  
precatio, execratio: vide in Deuteronom. 29.  
vers. 14.

ET PECCABUNT HABITATORES  
EIVS. ] Variè alij ex Hebr. 1. & desolati sunt  
habitantes in ea. 2. Forsterus: afflabiles enim  
sunt, qui eam inhabitant. id est, cum flatu quo-  
dam sunt abominationi & horrore. seu sunt  
prorsus abominandi & exhibendi. 3. & pia-  
culares sunt habitantes in ea. id est, sacrilegi,  
flagitiosi, quorum scelera non nisi publicis,  
sacrificiis expiari possint. 4. & stupendè deso-  
labuntur habitantes in ea.

IDEOQUE INSANIENT CVLTORES  
EIVS. ] Alij ex Hebr. 1. propterea incaluerunt  
habitantes terra, 2. ob id combusti, exusti,  
adusti sunt incola terra. 3. idcirco exardescunt  
habitantes terra. Exponunt, idcirco, nimirum  
propterea, quod gentes transgrediuntur legem,  
cuius opus scriptum gestant in cordibus  
suis, unà testimonium reddente ipsorum con-  
scientia, &c. Romanor. 2. vers. 15. Nam hoc  
posterior membrum per hysterosin de alijs  
gentibus est accipiendum, quarum propheta  
meminerat priore loco, scilicet, ante vers. 5.  
exardescunt, &c. id est, incendio iræ Dei  
conflagrabit; vt supra cap. 9. vers. 18. & c. 10.  
vers. 16.

ET RELINQVENTVR HOMINES  
PAUCI. ] Hebr. & relinquetur, seu remanebit  
homo modicus. collectiue, id est, homines pau-  
ci. Alij: 1. homo paucitatis. 2. hominis pau-  
cum, pusillum. 3. paucique mortalium reliqui  
facti sunt. 4. & reliqui fient mortales per-  
pauci.

LUXIT VINDEMIÆ. ] Alij: 1. Lu-  
gebit mustum. Altera pars prolepsicos, de qua  
vers. 1. expressa prosopopeiis vehementissi-  
mis. 2. Desolatum est, defecit, perit vinum-  
nonnum.

INFIRMATA EST VITIS. ] Idem ver-  
bum AMALAL quòd supra vers. 4. Alij red-  
dunt: excisa, deformata, desolata, eneruata est  
vitis. Quidam: languebit vitis. vt supra cap. 16.  
vers. 17.

INGEMVERVNT OMNES QUI LETA-  
BANTVR CORDE. ] Quidam: suspirabunt om-  
nes læti animo.

VERS. 8.

CESSAVIT. ] alij: Cessabit gaudium tympa-  
norum. de quibus supra cap. 5. v. 12.

QUIERIT SONITVS LÆTANTIVM. ] Hebr.  
desit obruitio, strepitus, tumultus, fremitus,  
fragor, sonitus, vt Psalm. 39. vers. 3. exul-  
tantium.

VERS. 9.

CVM CANTICO NON BIBENT  
VINVM. ] id est, non conuiuabuntur per-  
gracando.

AMARA ERIT POTIO BIBENTIBVS  
ILLAM. ] Alij: amarescet potus inebrians  
bibentibus ipsum. id est, ingratus erit, adeo  
obruentur calamitatibus, metaphora. q. d. nul-  
lum gustum habebunt in lauritijs. De שרר  
Maluenda, In libr. Isaia.

schechar, quam siceram, ebriamen, ebriamentum,  
potum inebriantem reddunt, vide in Leuit. 10.  
vers. 9.

ATTRITA EST CIVITAS VANITATIS. ] VERS. 10.  
Alij: 1. Perfracta est ciuitas inordinationis. seu  
ciuitas inordinata. id est, gubernatione, ma-  
gistratibus, iudicijs, mercimonijs, cultibus,  
sacrificijs, ceterisque eiusmodi rebus carens,  
quæ in republica bene constituta certo ordi-  
ne, statu, tempore peragi solent. 2. Contrita est  
ciuitas vanitati dedita. 3. Confringetur vrbs ina-  
nis futura. vt de Babylone & Tyro dictum est  
supra cap. 13. & 23. De voce ירוהוהו, quam  
vanitatem, seu inanitatem vertunt, vide in  
Genes. 1. vers. 2.

CLAVSA EST OMNIS DOMVS NYLLO  
INTROEVNTE. ] Hebr. de ingrediendo. Qui-  
dam: ne quis ingrediatur. Alij: claudetur omnis  
domus, ne quisquam ingrediatur. Nonnulli:  
clausa est omnis domus extrinsecus.

CLAMOR ERIT SVPER VINO IN PLA-  
TEIS. ] Alij: 1. Clamor in plateis erit propter  
vinum. id est, propter vini penuriam multis  
certatim concurrentibus, & se trudentibus  
cum clamoribus ad emendum vinum, cuius  
maxima est caritas: vt fieri solet cum popu-  
lus vini, aut alicuius rei necessariæ inopia  
premitur. 2. Querela erit super vino in pla-  
teis. vt supra cap. 16. vers. 7. Possis accipere, vt  
ex vino & ebrietate nascantur in plateis iur-  
gia, & clamores, ac lamentabiles, & luctuosæ  
vociferationes, qua ratione sumitur hæc vox  
Psalm. 143. v. 14.

VERS. 11.

DESERTA EST OMNIS LÆTITIA. ]  
variè alij ex Hebr. 1. obtenebrata est, vel ob-  
tenebrabitur omnis lætitia. 2. ad vesperatum  
est omne gaudium. id est, ad finem vsque de-  
ductum, quo cessare solet. 3. ad vesperascer  
omnis lætitia. id est occidet vt sol incunte  
vespera, & terminabitur luctu: metaphora:  
iuxta illud, Extrema gaudij luctus occupat. Sic  
sumitur verbum ערב gharab, Iudic. 19. vers. 9.  
nimirum ex voce ערב ghereb, vespera. Noster  
ex ערבא gharabah, deserto. accepit. Nos ge-  
nuinam & primariam verbi notionem reti-  
nuimus, mista, commista fuit omnis lætitia. scilicet,  
tristitia & mœrore.

RELICTA EST IN VRBE SOLITVDO. ] VERS. 12.  
Non satis apta constructio, nam Hebr. parti-  
cipium est masculine solitudo verò fœmi-  
neum: reddunt alijs: Relictum in vrbe, vel  
quod reliquum est in vrbe, desolatio est. Qui-  
dam: Reliquum factum in ciuitate desolatio-  
ne. scilicet, atteretur, è sequente membro.  
id est, denique nihil omnino integrum relin-  
quetur in vrbe.

ET CALAMITAS OPPRIMET POR-  
TAS. ] Alij: 1. & in tumultu contundetur  
porta. 2. & ruina, fragore, strepitu percussa est  
porta. 3. variatis punctis: & ruina contundet,  
vel contudit portam. 4. & desolatione contun-  
detur porta. 5. & vastitate atteretur porta.  
6. & porta denustatione percuetur.

VERS. 13.

QVIA HÆC ERVNT IN MEDIO  
TERRÆ, &c. ] Hunc versum ita quidam ex  
Hebræo exponunt: Quando ita fuerit in me-  
dio terra inter populos istos, similes strigmento  
olea, seu oliuis districta olea, similes racemis  
Z quum

quum finita est vindemia. Secundus locus narrationis de gratia Dei erga Ecclesiam, ut monuimus in vers. 1. quo continentur, primum explicatio salutis percipiendae à Deo, hoc versu: deinde professio illius, & gentium omnium prouocatio ad percipiendam & agnoscendam illam, duobus sequentibus. *ita fuerit in medio terra.* id est, iudicia Dei perfecta fuerint. *Similes oliuæ districtæ, &c.* id est, Illi, qui secundum electionem gratiae residui facti fuerint, & seruati à Deo, ut supra cap. 17. versu 6. & 9.

**VERS. 14.** HI LEVABUNT VOCEM SVAM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transfundunt: 1. *Hi eleuabunt vocem suam, & laudabunt in excellentia Iehouæ, vel propter excellentiam Iehouæ, exultabunt à mari. vel vociferabuntur, vel prorumpent in laudes ab occidente.* id est, ab extrema orbis parte, quum scilicet viderint Deum sumpsisse pœnas de improbis. 2. *Isti leuabunt vocem suam, congratulabuntur in magnificèntia Iehouæ, hinniēt à mari.* seu ab occidente. id est, reliquæ salutem adeptæ in Græcia, Italia, Germania, Gallia, Hispania, &c. lati laudes Iehouæ decantabunt, conuerso ad fidem Christi toto occidente. 3. *Hi attollent vocem suam, inubilabunt in magnificèntia Iehouæ, vel ouabunt, præconizabunt, acclamabunt ob præstantiam Iehouæ: exclamabunt præ gaudio, & lætitiâ, de mari.* 4. *Hi efferentes vocem cantabunt propter excellentiam Iehouæ, claram vocem edent inde à mari, dicentes.* id est, vbicunque fuerint in omnibus finibus terræ.

**VERS. 15.** PROPTER HOC IN DOCTRINIS GLORIFICATE DOMINVM.] Alij ex Hebr. 1. Kimchius & Sanctes, Vatablus & Schindlerus, ac Leo Iudas: *Propter hoc in vallibus glorificate Iehouam.* 2. Vatablus, Marinus, Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *Idcirco in flammis, in ipsis ignibus, honorate seu glorificate Iehouam.* Notant esse genus seu formulam possessionis, qua boni à Deo seruati hortantur alij alios, propter probationem siue experimentum mirificæ liberationis suæ, qua spem in se ipsis confirmant, & in aliis exemplo, doctrinaque excitant: spes autem non pudefacit Roman. 5. vers. 5. Est autem in hac laudatione paralepsis Hebræis frequentissima quum reticentur laudationis argumenta. *in ipsis ignibus.* id est, vos, qui adhuc versamini in mediis tribulationibus exemplo nostro securi de liberatione vestra gaudente spe, in afflictione tolerantes, Romanor. 12. vers. 12. 3. Forsterus: *Idcirco in caernis glorificate Iehouam.* Intelligit autem Troglodytas. De Troglodytis, vide Agatharchidem Gnidium lib. 5. de mari rubro, cap. 4. Diodorum Siculum lib. 3. Num. 115. Strabonem lib. 16. pag. 775. & sequent. Plinium lib. 5. cap. 8. & lib. 6. c. 29. Heliodorum lib. 8. Æthiopicorum, cap. 25. Forerius sequutus interpretationem Forsteri, Troglodytarum nomine hic synecdochice qualuis feras & barbaras nationes accipit, quod Troglodytæ essent supra modum barbari, quas propheta ad Christum accessuras prædicat. Nec immerito hic intelleximus Abyssinorum Æthiopum eam partem, quæ

fini Arabico incumbit, quam regnum Barnagaës nunc appellant: ij enim existimantur esse veterum Troglodytæ: quos constat initio nascentis Ecclesiæ fidem Christi suscepisse. In imperio Æthiopum Abyssinorum Gorages Troglodytas describit Franciscus Alvarez anno Christi 1521. in legatione Æthiopica, c. 111. Nec alienum est prænuñtiasse hic Isaïam sacros illos Troglodytas, id est, sanctos monachos & eremitas, qui in speluncis & in cauernis degentes in desertis Ægypti & aliis regionibus, similes illis, quos celebrat Paulus Hebræ. 11. vers. 38. & angelica vita, & sacris hymnis Deum mirifice glorificabant. 4. Montanus: *Propter hoc in luminibus amplificate Iehouam.* Putat alludi ad veterem & nouum morem, quo accensis per noctem luminibus, tædis, ignibus publicam lætitiâ testabantur. ut canat propheta gratiam liberationis publicæ lætitiæ testificatione celebrandam. vel respici ad ignes, ad faces quibus ex turribus & pharis nuntij, aut rerum significationes, ostendebantur: quasi administri verbi nuntios & faces Euangelij procul distitis gentibus ostentarent. 5. Auenarius: *Ideo in riuis glorificate Iehouam.* ut congruat cum sequente membro, *in insulis.* וַיִּרְמִים *vrims.* plures deducunt ab וַיִּרְמִים *or, luce,* quasi dicas, *lucēs, illuminationes.* quod Noster metaphorice pro doctrinis accepit. Alij ab וַיִּרְמִים *vr, flamma, igne, foco,* tanquam eius plurale, *flamma, ignes.* Nonnulli à וַיִּרְמִים *ieor, flunio, riuo.* Forsterus cauernas exponit, per antiphrasin, quod luce careant, vel potius, quæ supernè foramina habeant, per quæ lux illabatur, sicut מַנְהוֹרֹת *minharoth* dicuntur, & חוֹרֵיחַ *chorim* ab al-bicatione. Nec desunt, qui allusum hic putent ad locum Exod. 28. vers. 31. q. d. Propterea in Oraculo Vrims glorificate Iehouam. quod de luce & oraculo Euangelij est accipiendum.

IN INSVLIS MARIS NOMEN DOMINI DEI ISRAEL.] id est, quicumque, quocunque in loco, & inter quoscunque sitis honorate nomen IHVH, &c. Aliqui, *insulas maris* intelligunt, extremos quosque populos, & toto orbe diuisos quales erant Europæi respectu Ierusalaim, & quales sunt nunc habitatores noui orbis ad occidentem, qui iam lucem Euangelij perceperunt.

**VERS. 16.** A FINIBVS TERRÆ LAVDES AVDIVIMVS, GLORIAM IVSTI.] Diuersimode exponunt: 1. *Ab extremo terra psalmos audiuimus, iucunditatem Iusto.* id est, per totum orbem audiuimus decantari Psalmos in honorem Christi, qui Iusto illi Christo gratissimi & iucundissimi sunt. 2. *Ab extremo terra cantiones audiuimus.* continentes gloriam, & gratulationem Christo Iusto debitam & exhibitam. 3. *Ab ala terra cantica audiuimus,* in hæc verba concepta, *Deus, vel gloria sit Iusto ipsi.* id est, Christo iusto & iustificanti impium. 4. *Ab ora terra psalmos audiuimus, decorem fuisse iusto, &c.* Confirmatio iudiciorum, quæ modo prædicta sunt, primum à peccatis præsentibus, perfidiaque populi, in quam non potest ira Dei non reuelari è cælo, tribus verbis; deinde à fide cæterarum

telam, quam orditus est super omnes nationes.

8 Precipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est.

9 Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuumus eum, exultabimus, & letabimur in saluati eius.

10 Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturbabitur Moab sub eo, sicuti teruntur palea in plastro.

11 Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius.

12 Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

populos; & fusionem fusam super omnes gentes.

8 Absorbuit mortem & victoriae, & delebit ADONAI IHVH lacrymam de super omnes facies; & h probum populi sui discedere-faciet de super omnem, terram, quia IHVH loquutus fuit.

9 Et dicet in die ipsa: Ecce ELOHIM noster iste, expectauimus ei, & saluauit nos: iste IHVH, expectauimus ei, exultauimus, & letati fuimus i in salute eius.

10 Quia pausabit manus IHVH in monte isto: & triturbabitur Moab sub eo sicut triturbati stramentum k in sterquilinio.

11 Et expandet manus suas in l intimo eius, secundum quod expandet natans ad natare: & m humiliare-faciet superbiam eius cum n foraminibus manuum suarum.

12 Et munitionem exaltationis murorum tuorum procumbere-fecit o humiliavit, tangere-fecit P terrae vsque ad puluerem.

g datus, ad victoriã


h vt Genes. 34. v. 14.

i de

k in eo vel in ipso sterquilinio l interiore, interanco

m humiliabit n fenestris

o humiliare, faciet p datus, in ad terram



COMMENTARIA.

VERS. 1.



DOMINE DEVS MEVS ES TV, &c.] Notant iam hic esse tertium locum propositionis præcedentis de vsu iudiciorum Dei, vt annotauimus in vers. 1. cap. 24.

Est autem vsus illorum in Ecclesia, prædicatio gloriæ Dei, qualis habetur, his quinque versibus: in quibus primum gloria Dei prædicatur, & causæ illius proleptice proponuntur, hoc versu: deinde causæ proponuntur duæ: vna est, iudiciorum in hostes Ecclesiæ, vers. 2. altera beneficiorum in Ecclesiam, versibus sequentibus.

QUONIAM FECISTI MIRABILIA.] **אֲרָפֶּלֶ** pele, arduum, excelsum, sublime, excellens, velatum, mirum, admirandum, supracaptum, & vires humanas, seu natura.

COGITATIONES ANTIQVAS FIDELIS AMEN. Alij: 1. consilia, qua misisti à longe, fides, veritas sunt, vel firma sunt. 2. iungunt cum verbo præcedente fecisti: consilia iam olim decreta veritatem, veritatem. Vel stabilitatem, firmitatem, seu stabilia & firma, id est, tu fecisti vt vera essent ac stabilia. q. d. Præstitisti quæ iam olim decreueras. 2. Forsterus: consilia à longinquo, seu antiqua sunt fides veritatis, id est, ipsissima veritas, certissima veritas. Sed Heb. non est regimen nisi forte intelligatur: sunt fides, fides, inquam, veritatis, vel status absolutus ponatur pro syntactico: quod vtrumque alias fieri solet. 3. consilia tua sunt procul verè & firmiter. 4. consilia à longinquo tempore prædicta fides sunt, veritas, id-

est, promissiones, & minæ quas ab æterno decretas in consilio tuo prædixisti, suo tempore nunc demum fidelissime completæ sunt.

QUIA POSVISTI CIVITATEM IN TVMV-LVM. Alij: Quoniam tu civitatem in aceruum redegisti. 2. Nam disposuisti ex civitate aceruum. Exornatio præcedentis ætiologiæ, qua docet propheta complementum minarum, hoc versu; & promissionum vers. 4. & 5. vt antea diximus.

VRBEM FORTEM IN RVINAM.] Quidam: ex vrbe munita ruinam proprie, civitatem munitam in casu, seu vanam.

DOMVM ALIENORVM: VT NON SIT CIVITAS.] Alij paulatim extraneorum ex civitate, id est, ita euertisti, & subruisti oppidum, vt ne ab exteris quidem aduenis ex totius oppidi ruderibus vnica domus excitari possit.

SUPER HOC LAVDABIT TE POPVLVS FORTIS, &c. Alij: Quo fit vt populus robustus te glorificet, cinitas gentium tyrannicarum te timeat. 2. Idcirco honorabunt te populus fortis, vrbs gentium formidabilium reuerentur te. Anaphora, siue repetitio laudationis, transitum comparans ad sequentem causam. **גְּבָרִים** gharizim, prauales, praualescetes, potentes, tyranni, terribiles, qui aliis sunt terrori, formidabiles. sic infra vers. 4.

QUIA FACTVS ES FORTITVDO PAVPERI, FORTITVDO EGENO IN TRIBVLATIONE.] Alij: Quod fueris munitio tenui, munitio

VERS. 2.

VERS. 3.

nitio egenti. quum, aliqua angustia esset ei, &c. Exornatio beneficentiae Dei, fideique erga pios, duabus comparationibus, quae postea his duobus versibus ordine exponuntur.

SPES A TURBINE. ] Alij: 1. protectio ab inundatione. 2. refugium à nimbo. 3. receptus ab inundatione. Proprie reddes, protectio, tegmen, receptaculum, latibulum à cataracta. à fluxu repentino & impetuoso aquarum. Vide de voce צלם zerem in Job. 24. v. sic paulo inferius.

UMBRACVLVM AB ÆSTV. ] Heb. Umbra à siccitate. pro ab æstu, metonymice, quod æstus siccitatis sit causa, vers. 5.

SPIRITVS ENIM ROBVTORVM QVASE TURBO IMPELLENS PARIETEM. ] Alij ex Heb. 1. Spiritus enim fortium sicut turborue-re faciens parietem. 2. nam ira, seu indignatio, robustorum vt inundatio parietis, siue muri id est, similis est inundationi deficienti parietem obuium. 3. quandoquidem spiritus prauialidorum est veluti repentina inundatio in parietem. id est, fastus & superbia hominum violentorum non minus aliis damno est, quam impetus aquarum ruentium in parietem, qui eum euertit. 4. quoniam spiritus violentorum tyrannorum, nimbi instar est, qui in murum irruit. 5. quum spiritus violentorum similis esset inundationi labefactura murum. Ergalia prioris comparationis, qua hostes Ecclesiae cum aquis inundantibus, Deus vero cum receptus & perfugij loco comparatur.

VERS. 5.

SICVT ÆSTVS IN SITI TVMVLTVM ALIENORVM HVMIABIIS. ] Alij ex Heb. 1. More æstus in loco sicco, id est, in regione arente: strepitum alienorum humiliabis. 2. Et vt æstus in loco sticuloso, sic fremitum alienorum humiliabis. id est, non aliter cessare facies impetum alienorum à fide tua & fœdere, in sanctos, quam æstus superueniens attonitos reddit homines deprehensos in loco arido. 3. Iungunt sequentibus: Sicut æstum, in siccitate, tumultuationem extraneorum deprefferis, æstum, inquam, umbrâ densâ Ergalia secundae comparationis, qua tumultuatio extraneorum cum æstu siccissimo: & Dei protectio erga suos cum densissima umbra comparatur.

ET QVASI CALORE SVB NVBE TORRENTE PROPAGINEM FORTIVM MARCESCERE FACIES. ] Diuersimode alij ex Heb. 10. sicut æstus in umbra nubis, excisio fortes humiliabit. 2. æstus cum umbra nubis, id est, refrigerio, erit populo tuo, & cantio fortium humiliabit sese, q. d. permittes quidem populum tuum affligi interim tamen aderis illis, nam conatus affligentium deprimentur. 3. æstum nube umbratili, propaginem tyrannorum amputabis. 4. æstum umbra nubis deprimes: palmes prauialidorum opprimetur. 5. æstus in umbra nubis, propago formidabilium humiliabitur. 6. æstum in umbra nubis humiliabis, & excissionem, seu putationem fortium. id est, ferociam & crudelitatem, humiliabit Deus. 7. æstum, inquam umbrâ densâ deprimes, qui propagini violentorum respondebat, id est, qui æstus improbis erat optatissimus atque gratissimus: quia illi dum torrentur pij calamitatibus, se valde augeri dicunt, & tanquam lu-

xuriare suas propagines: pergit enim propheta in allegoria. Quidam Hebræorum exponunt: excissionem fortium respondebit, vel vocabit, id est, accerset, inuehet Deus. צלם zamir, proprie, incisio, excisio, computatio: hinc palmes, propago, ab incidendo & amputando: potest accipi de incisione musica, cantus, modulatio. Verbum צלם ghanab, & respondendi, & humiliandi, seu deprimenti significatum complectitur.

ET FACIET DOMINVS EXERCITVVM, VERS. 6. &c. ] Hunc versum Hebræorum nonnulli in malum accipiunt, vt metaphorice contineat grauissimum ac acerbissimum iudicium, quod Deus propinaturus est gentibus hostibus populi Dei à similitudine conuiuij insuauissimi, quo crassi & pingues liquores ac faeces vinorum in potum exhibentur, cum abominatione gustus, & nocumento salutis, ac forte referendum ad supremum mundi praelium Gogi & Magogi sub Antichristo. Sed frequentior & melior explanatorum pars in bonum interpretantur. Notant autem esse hic iam secundam partem concionis, siue secundam prophetiam, quae exponit formam cum iudiciorum, quibus propter Christum vsurus est Deus, hoc capite: tum laudum, quibus Ecclesia prædicatura est beneficentiam illam Dei, capite sequente. Formam autem iudiciorum esse duplicem: vnam vt inimicæ gentes amicæ ad sacrum Christi epulum & communionem prouocentur verbo, vsque ad versum 10. alteram, vt contumaces qui extolluntur aduersus cognitionem Dei profigentur, vers. 10. & sequentibus.

IN MONTE HOC. ] Tzizonis & Ierusalem, cuius meminit supra cap. 24. v. 23. id est, in Ecclesia: vt etiam prædixerat cap. 2. v. 2. Sic infra vers. 7. 10.

CONVIVIVM PINGVIVM. ] Heb. conuiuium oleorum, vel pinguedinum. Quidam: conuiuium rerum pinguinum, id est, opimum & munificentissimum; quod exhibetur sanctis prædicatione Euangelij, & virtute spiritus Christi: allegoria res spirituales figurans corporeis: vt Matth. 22. Lucæ 14. Aperte quoque possit hic intelligi Sacrum Eucharistiae conuiuium.

CONVIVIVM VINDEMIÆ. ] Heb. conuiuium obseruatorum. Alij: 1. conuiuium facium. id est, vini defæcati atque purissimi: quod genus loquutionis explicant sequentia: simile vide supra cap. 19. v. 18. 2. vinorum defacatorum. 3. vinorum asservatorum. in multos annos, id est, vetustissimorum, quæ dulciora & generosiora esse solent: vide in Psalm. 74. v. 9. 4. vinorum conditorum. melle, sacharo, aromatibus, quæ in deliciis habentur: Hispanicè, Vinos adobados, conseruados. sic paulo post.

PINGVIVM MEDVLLATORVM. ] Quidam: pinguium, inquam, saginariorum. id est, panis carniū, & aliorum eduliorum opimorum & optimorum.

VINDEMIÆ DEFÆCATÆ. ] Alij: 1. & facibus defæcatis, subtiliatis. 2. & vinorum defacatorum purgatorum. id est, purissimorum. 3. Vinorum asservatorum decoloratorum. Hispanicè





ET CONGREGABVNTVR, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Et colligentur quemadmodum vineti solent colligi in foueam, vel lacum. id est, vt ferui siue mancipia compinguntur in ergastulum: atque in carcerem includentur, & post multos dies visitabuntur. id est, liberabuntur. 2. Vt colligantur collectio seu collecti, vinctus seu vineti per syllepsin, in foueam, vt includantur in claustro. id est, vt captiui teneantur potentia Dei quicunque aduersantur ipsi: metaphora à regno humano ad regnum spirituale Dei: & post multos dies desiderentur. id est, longo intervallo non extollant se aduersus Deum, neque extent inimici eius. Hoc autem proprie significari visitandi verbo in hac Niphal coniugatione, quum absolute ponitur, exempla omnia confirmant. Vide in Numer. 31. vers. 49. & in 1. Samuël. 20. vers. 18. & cap. 25. vers. 7. & 21. q. d. deuisitabuntur, derecensentur, deerunt, subtrahentur de summa de loco, &c.

VERS. 23. ET ERUBESCET LVNA, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum transfundunt: 1. Inaque

erubescet luna, pudoreque afficietur sol: quia regnavit Dominus exercituum in monte Tzionis, & Ierusalaim, & coram senibus suis erit in gloria. Hyperbole, ac si dicat: Quum luna & sol viderint iudicia de improbis, & Ichouam fumere tam acerbas pœnas de illis, videbuntur quasi erubescere & pudore suffundi. & tunc palam apparebit. regnare Christum in Ecclesia gloriose. 2. Demque pudebit ipsam lunam, & erubescet sol ipse: quum regnabit Ichoua exercituum in monte Tzionis, & Ierusalaimis, & coram senioribus suis gloria. seu gloriose. id est, nulla plane lux siue gloria lunæ aut solis ipsius futura est, si cum Dei regnantis in Ecclesia luce comparabitur; puderet ipsos, si cum Deo committendi essent: prosofopœia hypothetica. gloriose. cum gloria sua operumque suorum maximè; tum sanctorum prædicatione ad quam hæc verba sunt metabatica, seu transitiva.

ERUBESCET LVNA.] Hebr. proprie, infodiet se, infodietur luna. Quidam hic reddunt: Et auertet faciem luna. scilicet] præ pudore. sic cap. 1. vers. 29,

## CAPVT XXV.

Propheta Deo gratias agit de operibus suis mirabilibus, & beneficijs populo ipsius in monte Sion præstandis.

Vulg.

- 1 **D**omine Deus meus es tu, exalabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen.
- 2 Quia posuisti ciuitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non sit ciuitas. & in sempiternum non adificetur.
- 3 Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te.
- 4 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, umbraculum ab aestu, spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem.
- 5 Sicut aestus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies.
- 6 Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, cõuiuium vindemia, pinguium medullatorum, vindemia defacata.
- 7 Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, &

Malu.

- 1 **H**UIC ELOHIM meus tu, eleuabo te, <sup>a</sup> confitebor nomen tuum, quia fecisti arduum: consilia de longinquo fides fides. <sup>a</sup> celebrabo
- 2 Quia posuisti de vrbe conuolutioni, ciuitatem munitam casui: palatium alienorum de vrbe, <sup>b</sup> æterno non reedificabitur. <sup>b</sup> datus. in æternum, in sæculum
- 3 Super sic aggrauabunt te populus obfirmatus: ciuitas gentium prævalidarum timebunt te.
- 4 Quia fuisti obfirmatio exhausto, obfirmatio egeno in coangustatione ei: protectio de cataracta, umbra de siccitate: quia spiritus prævalidorum sicut cataracta parietem.
- 5 Sicut <sup>c</sup> siccitas in ariditate, obruitionem alienorum humiliabis, siccitas in umbra nubis densæ, incisio prævalidorum humiliabitur. <sup>c</sup> æstus in siccitate
- 6 Et faciet IHVH TZEBAOth omnibus populis in monte isto conuiuium <sup>d</sup> oleorum, conuiuium obseruatorum fusorum. <sup>d</sup> pinguedinum. sic statim. Alij obessorum e deglutier. deuorabit flarentis, latentis
- 7 Et <sup>e</sup> absorbebit in monte isto facies <sup>f</sup> absconditi absconditi super omnes populos,

nice diceremus *deinos anejos irassegados*,  
4. *vini facibus ex purgatis.*

VERS. 7.

ET PRÆCIPITABIT IN MONTE ISTO, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: 1. *Et perdet, vel tollet in monte hoc faciem operimenti operiti, seu expansi vel extensi super omnes populos, & tegmen operitum, siue expansum super omnes gentes: 2. Et absorbebit in monte hoc faciem in volucri, quod in volucrum est super omnes populos, & operimentum oppansum seu expansum super omnes gentes. id est, omnia operimenta, tegumenta, in volucri errorum, quibus inuolutus est mundus, auferet, & dissipabit Christus per Euangelium in Ecclesia sua. 3. Et deuorabit in monte isto faciem in volucri, inuolucrum super omnibus vel operimentum, quod operitum est, super omnibus gentibus. 4. Et deteget in monte isto faciem cuiuslibet velaminis super omnes populos, & singula operimenta super omnes nationes. 5. Et absorbebit in monte hoc speciem istius veli obuelantis omnes populos, & istius operimenti obducti super omnes gentes.* Enarratio beneficiorum, quæ in continuo Christi populi percepturi sunt: primum est, vindicare illos à cæcitate, seu excæcatione, & quasi sublato velamine donari cognitione Dei, hoc versu; vt ostendit Paulus 2. Corinth. 3. secundum est, donata potestate mortis, donari vita aterna, 1. Corinth. 15. v. 54. tertium, donari gaudium & pacem per Spiritum Sanctum, Romanor. 14. v. 17. & Apocalyp. 21. v. 4. ex quibus consequitur effectus, vers. 9. nimirum constantissima beneficij diuini prædicatio. Hunc locum de Antichristo interpretati sumus lib. 13. de Antichristo cap. 6. in 2. loco Scripturæ. *& velam, quam orditus est.* Sic istud verbum accipitur Iudic. 16. v. 13. Alij: *opertorium operitum, seu velamen suum, seu velamen obiectum.* Nos retenta primigenia verbi significatione reddidimus, *fusionem fusam.* id est, fusilia omnia & conflabilia simulacra, idola manu facta seu constructa per omnes gentes: sic enim hæc vox sumitur Exod. 34. v. 17. Deuteronom. 9. v. 12 & alibi passim: vt indicet Christum sublaturum omnia idola ac deos fufiles gentium.

VERS. 8.

PRÆCIPITABIT MORTEM IN SEMPERNVM.] Leo Iudas: *Mortem absorbebit vincendo, vel destruet mortem in aeternum.* Tremellius & Iunius: *Absorbebit ipsam mortem in victoriam.* id est, ita vt in sempiternum deuicta & prostrata iaceat: neque amplius in heatos illos conuiuas Christi dominetur. Forsterus: [Paulus 1. Corinth. 15. vers. 54. istum Isaia locum adducens: Absorpsit mortem in victoriam: ita reddidit, Absorpta est mors in victoriam: volens significare quod absorpta morte vicerit, & præualuerit, regnetque & triumphet vita: quanquam etiam sic Hebræa verba interpretari licebit: Absorpsit mortem omnino, atque adeo quidem, vt nullum amplius ius siue imperium in ipsum habeat, vel sic: Absorpsit mortem victoriose, penitus, prorsus, omnino. Sicut & 1. Thessalonicens. 2. v. 16. Peruenit autem in illos ira Dei in finem. id est, prorsus, omnino, penitus, perpetuo, aternaliter, finaliter.] Nam Hebræi sic loqui

solent, *לנצח lanetzach, in victoriam, in finem.*

ET AVFERET DOMINVS DEVS LACRYMAM AB OMNI FACIE.] vide Apoc. 7. v. 17. & cap. 21. v. 4.

VERS. 9.

ET DICET IN DIE ILLA ] vel dicitur in die illa. vt tertia persona actiua sumatur impersonaliter more Hebraico. vel dicitur populus eius, & præcedente versu. Quidam: *Vt dicat tempore illo.*

ECCE DEVS NOSTER ISTE, EXPECTAVIMVS IVM, ET SALVABIT NOS.] Alij: *Ecce Deus noster hic est, expectamus eum, & seruat nos, &c.* Elegantissima prædicatio illius pacis à Deo, & gaudij per Spiritum sanctum; de quibus superiore versu diximus. Verbum expectandi hoc versu bis construitur cum datiuo, & tunc reddendum videtur, *intenti sumus ei.* id est, in eum collimamus, toti ab eo pendemus, magno animi desiderio eum respicimus, affectamus, amplectimur nobis applicamus.

VERS. 10.

QVIA REQUIESCET MANVS DOMINI IN MONTE ISTO.] id est, gratia, fauor, efficacia operationis Dei contidebit in Ecclesia. Alij: *quiescet à feriendo suos, cessabit castigare & affligere Ecclesiam.* Nonnulli: *Nam quiescet manus Iehoua in monte hoc.* Aetiologia superioris prophetiæ à præsentia Dei benigna in Ecclesia, qua transitio comparatur ad alteram speciem iudiciorum eius contra præfactos atque contumaces, vt diximus in v. 6.

ET TRITURABIIVR MOAB SVB EO.] scilicet, monte, vel sub Iehoua, hoc est, eius imperio & potentia. Alij: 1. *& triturbabitur Moab apud se.* id est, conculcabuntur aduersarij Christi in loco suo, hoc est, vbicunque illi fuerint. 2. *& extertur Moab sub ipso, seu in se.* 3. *& triturbabitur Moab,* id est, contumax quisque & peruersus hostis Dei, & Ecclesiæ, synecdochice, vt infra cap. 37. v. 8. *in loco suo.* id est, vbicunque fuerit.

SICVT TERVNTVR PALEÆ IN PLAVSTRO.] Heb. secundum ateri, triturrari, conculcari stramen, stramentum, paleam: vide Genes. 24. v. 25. *in sterquilinio, stercoreario, fineto, luto, stercoreationis loco.* Quidam: *vt triturratur palea in stercoreato agro.* id est, vt abiectissima palea, quæ nullum alium vsum præstat, quam vt ea stercorentur agri. Nonnulli Hebræorum *מדמנח madmenah* pro nomine proprio vrbis accipiunt, vt supra cap. 10. vers. 31. locumque ita exponunt: *& conculcabitur Moab in loco suo, in Madmenah,* id est, in vrbe sua, quæ vocatur Madmenah, de qua Iosue 15. v. 31. *sicut conculcatur palea.* in area, vel in loco, in quem abiecta fuerit.

VERS. 11.

ET EXTENDET MANVS SVAS SVB EO, SICVT EXTENDIT NATANS AD NATANDVM.] Alij: 1. *Et expandet manus suas in interiori eius, quemadmodum expandere solet, qui natat, ad natandum.* De ipso Moab loqui putant prophetam, qui in Ecclesiam & populum Dei insurgentes, pauci & circumdati periculis, vt rari, nantes in gurgite vasto reperientur. vel alludit ad morem seruorum & captiuorum, qui expansis brachiis: in modum nantium, & ad terram prostrati misericordiam à dominis seu victoribus implorant, vel forte

fit

fit allusio ad quoddam gentilitiæ deuotionis genus, quæ etiam nunc apud quasdam barbaras nationes, vt Indos orientales, in vsu est, vt curru, quo vehitur idolum, sese expansis brachijs in media via prosternant, vt rotis currus medij præscindantur. De quo ritu vide Fernandum Mendes Pintum Suarum Peregrinationum cap. 160. vt Deus Moabum & quosuis hostes Ecclesiæ, curruum suarum rotis sit protriturus & proficissurus. 2. *Expandet enim manus suas in medio eius, sicut expandere solet natator ad natandum.* Altera, comparatio venustissima ad explicandum iudicium Dei contra inimicos suos, pro eo, quod est, omnia subiiciet sibi Deus.

ET HUMILIABIT GLORIAM EIVS.] Alij: 1. & deprimet fastum eius. 2. & demittet superbiam eius. de qua supra cap. 16. vers. 6.

CVM ALLISIONE MANVVM EIVS.] 1. Kimchius Sanctes: & humiliabit altitudinem suam cum cubitis manuum suarum. Nam quum quis natat, suam humiliat altitudinem: vis enim natantis est in cubitis manuum: per cubitum intelligit partem illam brachij à cubito ad manum, qua natator potissimum nititur ac verberat aquam. 2. Iidem: & humiliabit altitudinem suam cum insidijs manuum eius. id est, deprimet fastum suum Moab ab insidijs Iisraëitarum, qui ei insidiabantur in locis eius. 3. Rabbi Ioseph, Kimchij pater: & humiliabit altitudinem suam Moab in insidijs, manuum, hoc est, copiarum, manipulorum, exercituum eius scilicet, Iisraëlis. 4. Rabbi Ionah: & humiliabit superbiam eius in multitudine, vel exuperantia, præstantia locorum eius. id est, in meliori terra eius; quia melior est terra Iehudæ, hoc est, Ecclesia, quam Moabi, hoc est, infidelium natio. ארבוה arebboh, à רב rub, multiplicare, deduxit; vt Aleph sit accidentale. 5. Vatablus: & humiliabit Deus superbiam eius Moabi, cum cubitis manuum suarum. id est, vi & potentia sua. 6. Marinus: & humiliabit superbiam eius cum insidijs manuum illius. hoc est, & superbiam & insidias eius reprimet, vel humiliabit superbiam eius insidijs, quas illi manibus suis ponet. 7. Forerius & Montanus: & humiliabit Christus superbiam eius Moabi, id est, gentium, seu ho-

stium Ecclesiæ, cum perforationibus, vel in foraminibus, fenestris, manuum suarum. id est, per crucem perforatis manibus. 8. Leo Iudas & Schindlerus: & deprimet fastum eius sub axillis manuum suarum. id est, ita Iehuda deprimet superbiam Moabi vt eum quasi rem leuem sub axillis suis tanquam captiuum auferat. Sic Hispanice loqui solemus quum aliquem nullarum virium contempnimus: *me lo llenare debaxo del braço.* 9. Isidorus Clarius: & humiliabit superbiam eius cum artubus, seu brachijs manuum suarum. 10. Forsterus: [AREBOTH, nomen pluralis numeri, status regiminis: prædationes, captura. Isaia 25. & humiliabit superbiam eius, cum prædationibus seu capturis, manuum eius. Alij pro cubitis; alij, pro axillis; alij pro lacertis; alij pro masculis seu artubus, aut brachijs: sed ista omnia nihil ad rhombum.] Hanc interpretationem Forsterij sequuntur Mercerus & Auenarius. 11. Tremellius, Iunius, & Buxtorfius: & demittet superbiam eius, Moabi, cum cataractis seu obicibus manuum suarum. id est, amplissimis & valentissimis manibus suis, quibus superbiam rebellium ita compressurus est, vt obicibus & cataractis coërentur aquæ. Hanc interpretationem, quia optime cum allegoria conuenit, alijs præferunt. Nos ex primaria nominis significatione exposuimus: cum foraminibus manuum suarum. vt intelligat vel interualla, & internodia digitorum. quasi dicat, pugnis contundet ac deprimet superbiam hostium ac rebellium. vel respiciat ad crucem, & clauos, seu plagas manuum Christi, quibus deuicit ac subiugauit gentes.

ET MUNIMENTA SVBLIMIVM MVRORVM TVORVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Munitionem denique, & altum præsidium murorum tuorum inclinabit, seu prosternet, deprimet, ac ad terram in lutum vsque deiciet.* 2. Ita munitionem, editumque locum murorum tuorum deprimet, demittet, deturbabit in terram, in puluerem vsque. Apostrophe ad Moabum, & omnes homines aduersantes Dei, quos docet ad ferulam ipsius ita defluxuros, vt aqua disfluit; sicut dicitur Exodi 15. v. 15. vel quos Deus in minutissimum puluerem friabit.

VERS. 12.

## CAPVT XXVI.

*Canticum gratiarum actionis ob exaltationem iustorum & humiliationem impiorum, & de resurrectione mortuorum.*

Vulg.

**I**N die illa cantabitur canticum illud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis nostre Sion saluator, ponetur in ea mutus & antemurale.

Malu.

**I**N die ipsa cantabitur canticum istud in terra Iehudah: vrbs obfirmationis nobis, salutem ponet muros, & strenuitatem.

2 Aperire

2 *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.*  
 3 *Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus.*  
 4 *Sperastis in Domino in seculis aeternis, in Domino Deo forti in perpetuum.*  
 5 *Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.*  
 6 *Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.*  
 7 *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.*  
 8 *Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuumus: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio anime.*  
 9 *Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discant habitatores orbis.*  
 10 *Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.*  
 11 *Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hostes suos deuoret.*  
 12 *Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.*  
 13 *Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tamen in te recordemur nominis tui.*  
 14 *Morientes non uiuant, gigantes non resurgant: propterea uisitasti & contriuisisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.*  
 15 *Indulxisti genti Domine, indulxisti genti: numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terra.*  
 16 *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.*  
 17 *Sicut quae concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua Domine.*  
 18 *Concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terra.*

Maluenda, In libr. Isaiaë.

2 *Aperite portas, & uenit gens iusta, obseruans fides.*  
 3 *Formatio sustentata; asseruabis pacem, pacem quia in te confisus.*  
 4 *Confidite in IHVH vsque ad, vsque ad: quia in IAH, IHVH<sup>d</sup> petra aeternorum.*  
 5 *Quia procumbere fecit habitantes eleuationis; ciuitatem exaltatam: humiliabit eam, humiliabit eam vsque ad terram, tangere faciet eam vsque ad puluerem.*  
 6 *Calcabit eam pes: pedes & afflicti idus exhaustorum.*  
 7 *Semita iusto rectitudines: rectum magale iusti regulabis.*  
 8 *Etiā semita iudiciorum tuorum IHVH expectauimus te: nomini tuo, & recordationi tuae concupiscentia animae.*  
 9 *Anima mea concupiuit te in nocte, etiam spiritu meo in intimo meo autorizabo te: quia secundum quod iudicia tua terrae iustitiam didicerunt habitantes orbis.*  
 10 *Gratificari fiet improbus, nequaquam didicit iustitiam in terra rectitudinum in iuste faciet: & nequaquam videbit superbiam IHVH.*  
 11 *IHVH eleuata fuit manus tua, nequaquam prouidebunt: prouidebunt, & pudefacti fuerunt zelus populi, etiam ignis coangustatores tuos comedet eos.*  
 12 *IHVH ordinabis pacem nobis: quia etiam omnes factiones nostras operatus fuisti nobis.*  
 13 *IHVH ELOHIM noster potiti fuerunt nos sustentatores praeter te ad solum in te recordari faciemus nomen tuum.*  
 14 *Mortui nequaquam uiuent, te-phaim nequaquam resurgent: ad si uisitauisti, & aboleuisti eos, & perdidisti omnem recordationem eis.*  
 15 *Addidisti genti IHVH, addidisti genti, aggrauatus fuisti: longinquasti omnes extremitates terrae.*  
 16 *IHVH in coangustatione uisitauerunt te, fuerunt uisitacionem, disciplina tua eis.*  
 17 *Sicut o grauida appropinquabit ad parere, p enixè dolebit, exclamabit in funibus eius: sic fuimus de faciebus tuis IHVH.*  
 18 *Gravidi fuimus, enixè doluimus: sicut peperimus spiritum: salutes nequaquam faciemus terra, & nequaquam cadent habitatores orbis.*

*a ut ueniat  
b ueritates.*

*c confisus,  
vel confisus*

*d rupes, saxum  
Deuterom.*

*32. v. 4.  
e humiliare  
faciet sine  
mox.*

*f perungere  
g pauperis,  
oppressi*

*h desiderium,  
cupiditas,  
aviditas*

*i interiore,  
interanco  
k auius,  
erga terram*

*l iniurie*

*m ut pude-  
fiant*

*n requisit  
uerunt*

*o concipiens,  
pregnans  
p enitetur-  
anxie  
q suis*

19 *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expurgabimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.*

20 *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertransseat indignatio.*

21 *Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terra contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.*

19 *Viuent mortui tui, cadauer meum resurgent: expurgabimini & gratulatoriè - acclamate scintillantes pulueris, quia ros f. olerum ros tuus; & terram rephaim cadere-facies.*

20 *Ambula popule meus, veni in penetralibus tuis, & claude fores tuas in vsque ad te: abscondere sicut paucum rigoris, vsque ad per transibit furor.*

21 *Quia ecce IHVH exibat de loco suo ad u. visitare x prauitatem habitantis terræ super eum: & reuelabit terra sanguines suos, & non cooperiet x ad huc super interfectos suos.*

7 tabernaculantes, cohabitantes / viridium

8 ianuas, ostia, vel ostium  
9 anquirere  
x curuitate, distortio- nem, per- uerfitatem  
y ultra, am- plius, de- iaceps



## COMMENTARIA.

VERS. I.



**N** DIE ILLA CONTABITUR, &c. ] Exposita prophetia de beneficiis Dei erga Ecclesiam, subjicitur pars altera de prædicatione Ecclesiæ hoc cantico, cuiusmodi ordinem iam ante obseruauimus, in vers. 6. præcedentis Capituli, sunt autem, inquit, in hoc cantico partes quatuor: prima est exordium, prædicans firmitatem Ecclesiæ in Deo, hoc versu 1. Secunda, propositio Ecclesiæ, omnes ad se, & ad Deum iubentis accedere per fidem, vsque ad vers. 5. tertia, confirmatio, ab operibus Dei, inde ad vers. 19. postrema vero conclusio, vers. 19.

**IN TERRA IYDA.** ] Quidam: in regione Iebuda. id est, in Ecclesia, quæ olim ea regione circumscripta & figurata erat.

**VRBS FORTITVDINIS NOSTRÆ.** ] Heb. firmitudinis, roboris nobis. Aliqui: ciuitas fortis est nobis. id est, Ecclesia, in qua nos versamur, est potentissima, quippe, quæ munita est præsentia & præsidio Dei.

**SALVATOR PONETVR IN FIRMVS ET ANTEMVRALE.** ] Heb. varie alij reddunt: 1. *Salutem ponet Deus muros & propugnaculum.* 2. *saluator, seu salus ponet muros, & munitionem.* Sed id non satis aptè sustinet Hebraica constructio, nam salus est fœmineum, & ponet masculinum. 3. *salutem disponit muris & præmunitioni.* id est, in salute, quam dedit Deus, seruat, adeo ut ne ipsa quidem inferiorum portæ præualeant aduersus eam; Matth. 16. v. 18. חַיִל *chail*, vel חַיִל *chel*, quod hîc ponitur, aiunt proprie esse, virtutem, strenuitatem; inde munitionem, præmunitionem, propugnaculum, vnde strenuè pugnatur, *antemurale*, vel *fossam* quæ circum muros duci solet, Hispanicè, *fosso*. Vide 1. Reg. 21. v. 23.

VERS. 2.

**APERITE PORTAS, &c.** ] Quidam hæc verba Ecclesiæ esse volunt, omnes ad se accedere iubentis: Alij, Dei, quod eodem recidit: ut sit amplificatio superioris prædicationis, à forma gratiosissima, quam obseruat Deus, cum seruos suos & ministros Eccle-

siæ informando, ut patefiant ianua Euangelij ministerio ipsorum, tum iustos & pios in Ecclesiam introducendo, seu intromittendo.

**GENS IYSTA.** ] nimirum iustificata per Christum, qui iustificat impium, viuens ex fide in Christum, ut sequentia verba docent exegeticè.

**CYSTODIENS VERITATEM.** ] Heb. *seruans fidem*, seu *fidelitatem*. Quidam: *conseruans omnem fidem*. Numerus enim pluralis auger significatum.

**VETVS ERROR ABIIT, &c.** ] Hunc versum multifariam ex Heb. elucidant: 1. *Figmentum, vel cogitationem, aut imaginationem.* id est, animam, *innixam tibi custodies; pax, pax erit illi, qui in te confidit.* 2. *Eum cuius desiderium est coniunctum tibi, custodies in pace, in pace inquam, quia tibi fides.* id est, desiderium iusti, qui est coniunctus tibi & innixus, custodies à malo, dabisque illi pacem, quia sperat in te. 3. *Affectu firmo custodies pacem, pacem, inquam, eo quod in te speratum sit.* 4. *Figmento fulto. siue cogitatione firma, firmata seruabis pacem, pacem, inquam, quia in te confisum est.* 5. *Cogitatio, qua innititur, vel sustentata, obtinebit pacem, pacem, quia in te confissa.* Sed non recte congruit cum Hebraica constructione, in qua *cogitatio* est masculinum, & *obtinebit* fœmineum. 6. *Cogitatio firma: id est, firma, certa, stabilis, indubitata nobis est hæc cogitatio, quod tu, Domine, seruabis pacem, pacem, quando in te speratum erit, q. d. Firma hæc nostris animis hæret cogitatio, pulso omni vetere errore, quo secus existimabamus, quod tu, Domine, conserues pacem & felicitatem iis, qui in te fidunt.* 7. *Compressio- ne fulta seruabit pacem, pacem, inquam, quia in te speratum.* 8. *Cogitationi suffulta seruabis pacem, pacem, inquam, quia in te speratum est.* 9. *Cogitationi innitenti custodis continuam pacem, quam tibi confidit.* Transitio ad secundam partem, videlicet propositionem, qua Ecclesia omnes ad Deum prouocat in Christo, sumptâ occasione ex præcedentibus Dei verbis, quæ primum epiphonemate confirmat hoc versu, deinde omnes iubet eandem fidem seu fiduciam

ciam

ciam in Deum adhibere ad percipiendam salutem, vsque ad vers. 7. Est autem cogitationis nomen, synecdochice accipiendum, pro viro, qui tota cogitatione, & toto animo confidenter nititur, Deo per fidem seu fiduciam in Christum vt sine versus explicatur. *יצר* *iezer*, formatio, fictio, figmentum, imaginatio, cogitatio, &c. Vide in Genes. 6. v. 9. *סמך* *samuch*, participium passiuum, *sustenta*, sustentata, innixa, fulta, suffulta, firmata, stabilita, confirmata. Possis reddere: cogitationem innixa seruabis, dabisque ei pacem, pacem, quia in te confisa. id est, Imaginationem iustam, quæ te innicitur & fulcitur, custodies à malo, & dabis ei omnimodam pacem, nam in te acquiescit & confidit. Vel cogitationi innixa seruabis pacem, quia in te confisa. Noster, pro *fictio*, *figmento*, *imaginatione*, dixit, *error*, aptissime: & pro *sustentato*, *nixo fulto*, dixit, *uetus*, rectè: & verbum, *fuit*, vel *abit*, subaudiuit, apposite. Nostra Translatio verbis & interpunctioni Hebraicæ propius hæsit. Geminatio vocis, *pacem, pacem*, plurimam, continuam, omnimodam, perennem prosperitatem & felicitatem significat, vsu Hebraico.

VERS. 4.

SPERASTIS IN DOMINO, &c. ] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Fidite Iehoua vsque in seculum, fidendum est Deo Iehoua Forti in secula.* 2. *Confidite in aeternum, quoniam in Deo Iehoua est fortitudo seculorum.* id est, fortitudo sempiterna, quæ nunquam finem, inueniet. 3. *Confidite in Iehoua assidue: quia in Iab Iehoua est petra seculorum.* 4. *Sperate in Iehoua in sempiternum; quia in Iab Iehoua est petra perpetua, seu robur seculorum.* id est, sempiternum. 5. *Confidite Iehoua vsque in sempiternum: propositio Ecclesie omnes ad fidem hortantis, à naturali promissione; & operibus Dei, vt paulo antea diximus in vers. 3. nam in Iab Iehoua rupes seculorum est.* vt Deuteronom. 32. v. 4. id est, immota arx & propugnaculum fidelium: quod illustratur antithesi sequentis versus.

IN SÆCVLIS ÆTERNIS. ] *גדגד* *ghadeghad*, vsque ad, vsque ad, exponunt, *ultra, ultra*; *assidue, assidue*; *magis ac magis*; *amplius amplius*. Alij: *vsque ad sempiternum.* seu *perpetuo, perpetuo*; *aeternaliter, aeternaliter*. quæ vocis geminatio plenam & absolutam æternitatem significat.

IN DOMINO DEO. ] Hebr. *in Iab Iehoua.* vel *in Iab Iehoue.* hoc est, in Deo Dei, in Deo de Deo, Iesu Christo viuo & aeterno Dei Patris Filio. vide Exod. 15. v. 2. & in Psalm. 67. vers. 5. & supra cap. 12. v. 2.

FORTI. ] *צור* *zur*, *petra*: potest esse epithetum Dei, id est, in Deo, qui est petra, seu munitio, in qua tuti consistimus, vt Deuter. 32. v. 4. aliàs, vel per se stat subaudito verbo substantiuo, *in Iab Iehouah est petra.* id est, totum robur & munitio.

VERS. 5.

QUIA INCVRVABIT HABITANTES IN EXCELSO. ] *Quia prostravit habitatores excelsi.* vel *altrudinis, sublimitatis, celsitudinis.* id est, Denciet eos qui habitant in loco sublimi, qui in summa auctoritate constituti sunt. 3. *Nam deprimit habitatores loci alti.* Tertia *Aluenda, In libr. Isaia.*

pars cantici, vt dictum est in vers. 1. narratio scilicet confirmans hortationem, ab operibus Dei, primum quidem contra aduersarios, duobus versibus; deinde vero erga electos vers. 7. & sequentibus. Ait ergo. *Nam deprimit habitatores loci alti.* id est omnem sublimitatem, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei 2. Corinth. 10. v. 5.

CIVITATEM SVBLIMEM HVMLIABIT. ] *HVMILIABIT EAM VSQVE AD TERRAM, &c.* ] Alij: 1. *ciuitatem altam deiciet, prosternet eam ad terram, & deducet eam ad lutum vsque.* 2. *urbem editam: deiciet eam, deiciet eam vsque in terram, deturbat eam in puluerem vsque.* id est, certissime & indefinenter deiciet: nam hic est vsus anadiploleos, seu reduplicationis, vt supra vers. 3.

CALCABIT EAM PES. ] vel *quæriet, conculcabit eam pes.* seu *incedet per eam pes.* VERS. 6.

PEDES PAUPERIS. ] rectè hæc accipiunt, quod pedes pauperis Petri, Pauli, aut cuiusque Apostolorum strauerint omnem gloriam & sublimitatem mundi, & regna atque imperia pessunderint, ac iugo Christo subicerint.

GRESSVS EG ENORVM. ] Hebr. *percussiones, ictus, pulsus, vestigia, planta,* quibus pulsatur & quæritur terra, *exhaustorum, attenuatorum, tenuium facultibus & viribus.* nimirum inopum, pauperum, egenorum.

SEMITA IUSTI, &c. ] Alij: 1. *Via iusto rectitudinis,* id est, via æqua, plana, æquabilis erit iusto: *ò Deus, rectè callem iusti ponderabis.* 2. *semitam equitatum dabis iusto: tu, qui rectus es, viam iusti equabis.* 3. *semita iusti rectitudinum,* id est, rectissima: *rectum actum,* seu *viam tritam & plaustralem* quæ nimirum orbitas habet, *orbitam, iusti regulabis.* seu *liberabis.* id est, libratam reddes, ad libellam & perpendicularum diriges, complanabis, æquabis, ne scilicet anfractus habeat aut offendi-cula. 3. *Iter iusto rectitudinibus.* seu *rebus æquissimis, recto orbitam iusti libras.* Secundus locus ab operibus Dei: quorum asseritur primum iustitia & æquitas summa in electos, vsque ad versum 11. deinde veritas vsque ad 19. *iusto.* illi, qui definitus est supra vers. 2. & 3. *rebus æquissimis.* id est, facis vt omnia fidelibus tuis succedant æquissime, & vtramque lancem secundarum & aduersarum rerum iustius quam vlla aurificis statera moderaris: quod dictum similiter amplificatur repetitione, vt antea vers. 5. vidimus. De voce *מגל* *maghal*, quam nos *magale*, vertimus, vide in Psalm. 22. vers. 3. & in Samuel. 17. vers. 20. *magale* autem hic intelligimus omnem administrationem iusti, vt Prouerbior. 4. vers. 26.

ET IN SEMITA IVDICIORVM TVO-RVM, &c. ] Quidam hunc versum reddunt: *Etiam in itinere iudiciorum tuorum Iehoua expectamus te: ad nomen tuum, & ad memoriam tui fertur desiderium anima.* Accommodatio, qua Ecclesia superiore in thesin de administratione Dei confidit ad se pertinere, & eam à

VERS. 8.

se expeti docet, vt Dei iustitiam magis ac magis agnoscat ex ipsius operibus. *in itinere iudiciorum tuorum.* id est, tantisper dum in hac vita versamur, & exercemur iudicii tuis. Aliqui contra rationem distinctionis Hebraicæ reddunt, ac superioribus nectunt: *rectam orbitam iusti regulabis: quanto magis semitam iudiciorum tuorum?* q. d. si vias iustorum rectas facis, quanto magis facies rationes iudiciorum tuorum? deinde sequatur: *Iehoua intente te expectauimus, ad nomen tuum, ad commemorationem tui, desiderium animæ.* id est, audito tuo nomine, vel ad locum tui commemorationem seu recordationem ardens desiderium tuum mox in animis nostris excitari solet. Nonnulli exponunt: *Etiā in via iudiciorum tuorum, o Iehoua, te expectauimus.* id est, *etiam quum nos affligis, quod iusto tuo iudicio facere soles,* speramus in te, tibi fidimus, te respicimus, à te pendemus, &c.

VERS. 9.

DE MANE VIGILABO AD TE.] Hebr. *aurorabo te.* vide de hoc verbo Iob 7. vers. 21. Alij: 1. *in aurora,* vel *summo mane, diluculo, quaram te.* 2. *maturabo ad te.* 3. *tempestiue quaram te.* 4. *sedulo te quaram.*

QUVM FECERIS IUDICIA TVA IN TERRA, IUSTITIAM DICENT HABITATORES ORBIS.] Alij: 1. *Quando iudicia tua fuerunt in terra, iustitiam didicerunt habitatores orbis.* 2. *Iuxta iudicia tua erga terram, iustitiam discunt habitatores orbis.* id est, iuxta normam iudiciorum tuorum, quæ in homines exerces, illi quoque iustitiam addiscunt, vt talia videlicet iudicia exercent, qualia te exercere vident. vel quum te animaduertunt in improbos exercere iudicia, alieno exemplo ediscunt, & colunt iustitiam, ac iustitiæ student. 3. *Nam quum iudicia tua extant in terra, iustitiam discunt habitatores orbis habitabilis.* Ætiologia præcedentis propositionis, & optati, à deprauatione carnis nostræ, quæ adeo fera & indomita est etiam in filiis Dei, vt retundi non possit, & iustitiam illius discere, nisi crebris, grauibusque ferulis reuocetur: ac proinde in reliquo mundo longe ferocior est, cum neque gratiosis verbis, neque verberibus corrigatur, sed tantum euincatur, velit nolit, vt fiat inexcusabilis. *iustitiam discunt, &c.* pios quidem ad salutem docentibus calamitatibus iustitiam Dei; impios verò conuincuntibus, ludicum 2. v. 3.

VERS. 10.

MISEREAMVR IMPIO ET NON DISCET IUSTITIAM.] Alij ex Hebr. 1. *Fiat misericordia impio, & non discet iustitiam.* 2. *Gratiam obtinebit impius, nec discet iustitiam.* 3. *Nam gratiam consequetur improbus, qui non didicit iustitiam?* 4. *Consequatur improbus misericordiam, nequaquam iustitiam didicit.* quasi dicat, sive improbum non puniri, quinimo bene habere, & beneficiis affici, scito eum ad sanam mentem nunquam rediturum. 5. *Impius etiam beneficiis affectus non discet iustitiam.* sed peior fit. 6. *Quum gratia sit improbo, non discet iustitiam.* Erga sua superioris dicti, ex antithesi diuersæ administrationis, vere inquit, iudicia tua opus est adhiberi, si voles vt ad ea animum aduertat mundus: nam quo magis certat beneficentia tua cum improbi-

tate illius, eo amplius obliuiscitur tui, & præfidit sibi.

IN TERRA SANCTORVM INIQUA GESSIT, ET NON VIDEBIT GLORIAM DOMINI.] Alij, ex Hebr. 1. *Sed in terra plana inique agit, & non videbit maiestatem Iehouæ.* 2. *in terra rectitudinum iniuste-aget, & nequaquam videbit magnificentiam Iehouæ.* 4. *in terra æquissima inique agit, & non considerat celsitudinem Iehouæ,* id est, quo æquiores te in ipsum, leuioremque & mitiorem exhibes, eo fit sceleratior.

IN TERRA SANCTORVM.] Hebr. *in terra directionum, rectitudinum.* vel *rectarum.* subaudi rerum dicantur recta, plana, obuia, & quæ sunt coram. q. d. etiam in rebus planissimis, obuiis, facilibus, & ante oculos positis impingit ac deprauatur improbus.

GLORIAM DOMINI.] Hebr. *superbiam, excellentiam, sublimitatem, magnificentiam, elationem, maiestatem Iehouæ.*

VERS. 11.

DOMINE EXALTETVR MANVS TVA, &c.] Alij hunc versum ita ex Hebr. reddunt: *Iehoua, quum exaltatur manus tua, non vident: videbunt erubescens zelum populi, seu erga populum; quin etiam ignis hostes tuos consumet.* Altera pars narrationis, qua Ecclesia asserit veritatem iudiciorum proleptice, cum in improbos, hoc versu; tum erga pios, sequente quæ postea pluribus exponuntur elegantissime, vsque ad vers. 19. *quum exaltatur manus tua, &c.* id est, non considerant celsitudinem tuam (quod dixit superiore versu) sed experientur tandem suo magno malo: sic asseritur cum veritate iustitia iudiciorum Dei, & cum noxa comparatur pœna.

ET CONFVNDANTVR ZELANTES POPVLI.] Hebr. *populi,* est genitiuus singularis. *Zelus ipsius populi,* vbi zelum concretè & collectiue sumunt pro zelatoribus & inuidis populi, vnde quidam reddunt: *invidentes populo tuo,* id est, qui zelotypiam, inuidenciam, æmulationem, indignationem exercent aduersus populum tuum. Alij: *& confundentur zelo populi tui.* Nonnulli: *& pudefient emulatione quadam populi tui.* Nec desunt, qui inuerso verborum ordine: *videbunt zelum populi tui,* id est, amorem quo populum tum prosequeris, & erubescens, seu pudefient.

ET IGNIS HOSTES TVOS DEVORET.] Hebr. *etiam ignis hostes tuos comedet eos.* Geminatio pronominis, auget significatum, id est, & ignis absomet ipsissimos hostes tuos. Quidam inuerso ordine verborum: *deuorabitque eos ignis, qui hostes tuos absumere solet,* vel igne hostium tuorum deuorabis, seu absumes eos, id est, eo igne quo soles hostes tuos consumere.

DOMINE DABIS PACEM NOBIS.] Alij ex Hebr. 1. *Iehoua dispones, seu stabilies, preparabis, ordinabis, pacem nobis.* 2. *Iehoua collocabis intra limites nostros pacem nobis,* id est firmabis & conseruabis intra terminos nostros prosperitatem & felicitatem. 3. *Iehoua disponens pacem nostris,* secundum membrum prolepticos vt dictum est versu præcedente, quo Ecclesia docet improbris velut stipula conflagentibus, Ecclesiam vt cunque feruentem aduersis



aduersis rebus tanquam in olla manu Dei conseruatam esse, & porro statuit conseruatam iri ex antea facta Dei administratione. Verbum *שפח* *saphath*, de dispositione Ollæ dicitur 2. Reg. 4 v. 38. & *שפחתיים* *sephathaiim* sunt *chytropodes*, Psalm. 67. v. 14.

OMNIA ENIM OPERA NOSTRA OPERATVS ES NOBIS. ] Quidam exponunt, id est; tu auctor es omnium rerum quæ nobis accidunt. Alij: *nam etiam omnia facta nostra, passue, pro eo quod est, quæ facta sunt nobis siue, omnes res nostras confecisti nobis*, id est, quæ cunque adhuc nobis euenerunt, siue quum alij insolenter cruciauerunt nos, de quibus agitur duobus versibus sequentibus, siue quum seruasti & liberaisti nos misericorditer.

VERS. 13. POSSEDERUNT NOS DOMINI ABSQVE TE. ] Alij ex Heb. 1. *dominati sunt nobis domini præter te*. 2. *subiugauerunt nos domini præter te*. 3. *imperant nobis domini præter te*. Exornatio superioris dicti, Deum confecisse res omnes Ecclesiæ: quæ per anthihesin hic confitetur se ita pressam fuisse mundi tyrannide, vt neque per illum licuerit facere mentionem Dei neque ipsa per se potuerit: ac proinde per Deum solum effectum esse, vt Ecclesiæ sua facultas restitueretur ad laudandum illum. *præter te*, qui cum illegitimè dominium occupabant in populum Dei, tum eo perinde abutebantur ac si Deus non immisisset ipsos. denique nihil minus quam de consilio ipsius cogirabant, vt dictam est supra cap. 10. v. 5. & sequentibus. Nos vertimus: *potiti sunt nos heri præter te*, id est, in seruitutem redegerunt. Sic Latinis dicebatur, *potius seruitutis*, qui seruitutem seruisset: *potius hostium*, qui in potestatem hostium deuenisset, vide Festum.

TANTVM IN TE RECORDEMVR NOMINIS TVI. ] Heb. *tantum in te recordari-faciemus nomen tuum*. Alij. 1. *tantum in te, vel de te commemorabimus nomen tuum*. id est, annuntiabimus, prædicabimus, celebrabimus nominis tui gloriam, sic enim sumi verbum *זכר* *zachar* in Hiphil notant; vide Forsterum pag. 214. 2. *solum propter te memorabimus nomen tuum*. 3. *duntaxat tamen tui nomini & tui recordemur*. 4. *tantum per te recordamur nominis tui* id est, superstites sumus, vt celebremus te in æternum liberati metu omnium inimicorum. versu sequente.

VERS. 14. MORIENTES NON VIVANT, &c. ] Hanc versum alij ex Heb. transferunt. 1. *Mortui sunt, non viuunt, & violenti-tyranni non resurgent, ideo quod visitasti, & exterminasti eos, atque perdidisti omnem memoriam eorum*. 2. *Hi mortui non reuiuiscunt, expertes vitæ non resurgent*: id est, domini isti & tyranni, de quibus superiore versu, non amplius impediunt nos, quin celebremus te: alludit enim his verbis & sequentibus ad genus illud liberationis quo vsus est Deus, quum educeret populum ex Ægypto. Exod. 14. & 15.

*Non viuant, vel viuunt*, subaudi, in hac vita communi in terra, cum aliis: vel in alia, cum iustis.

GIGANTES NON RESVRGANT. ] *גפתיים* *raphaim*, vide supra cap. 14. v. 9, hic pro im-

manibus & violentis tyrannis accipiunt, seu pro vitæ expertibus, sic infra vers. 19. *non resurgent*, ad hanc communem vitam in mundo ad opprimendum alios: vel in futura ad vitam beatam in cœtu iustorum, Psalm. 1. vers. 5.

INDVLISTI GENTI DOMINE, INDVLISTI GENTI, &c. ] Varie, hunc versum ex Heb. elucidant. 1. *Addidisti huic genti o Iehoua, addidisti huic genti, glorificatus es: elongasti vsque ad omnes terminos terra*. 2. *Augebis genti tuæ, Iehoua, augebis, inquam, genti tuæ beneficia, glorificaberis in ea, posteaquam eieceris eam in omnes fines terra*. q. d. multis ac variis beneficiis afficies eos: sed postea in illis ostendes gloriam iustitiæ & potentiæ tuæ cum illos disperferis ob sua peccata in extremos terminos orbis. 30. *Addidisti genti, o Iehoua, addidisti genti*. id est, cum lularis in te credentes variis beneficiis: & in ea gente gloriosus apparebis. id est, in Christianis ostendes gloriam tuam: quam prorogabis longe ad omnes fines terræ id est, propagabis & diffundes Christianos per omnes mundi regiones, in quibus illi prædicabunt te. 4. *Adjecisti huic genti, Iehoua, vitam, adiciens huic genti glorificas te: genti, quam procul amoueras ad omnes extremitates terra*. Amplificatio superioris narrationis de veritate iudiciorum Dei in Ecclesiam admirabilem, à circumstantiis, primum enim, inquit, erant depulsi in terras extimas, hoc versu: deinde summis angustiis & doloribus pressi, duobus sequentibus: tertio plane periti & mortui, nisi maiestas tua succurrisset, vers. 18. & 19. & tamen ait Ecclesia, eadem operâ tuâ gloriæ tuæ consuluisti, & saluti meæ.

IN TRIBVLATIONE MVRMVRIS DOCTRINA TVA EIS. ] Alij ex Heb. 1. *effuderunt orationem, quum correctio tua fuit eis*. id est, quum castigarentur à te. 2. *Effundunt orationem quando castigatio tua eis*. q. magna vi verborum, & artificio oratorio apud te vtuntur, vt tuam ferulam depellant. 3. *Extorserunt orationem, quum castigatio tua illis esset*. q. d. Vexatio illis orationem extorsit. 4. *Fuderunt submissam orationem, seu susurrum castigatione tua premente ipsos, vt solent qui demissi sunt, & deiecti castigationibus, cum lacrymis submisisse deprecari*. Præteritum *זקק* *zakum* plerique deducunt à *צק* *jatzak*, vt deficiat *Iod*, & abundet *Nun*, pro *זקק* *izakku*: fuderunt: nonnulli à *צק* *izuk*, coarctata erunt, presserunt, extorserunt. *שחש* *lachsasch*. propriè *missitationem*. Vide supra cap. 3. v. 3. & Ecclesiastæ 10. *מוסר* *musur*, disciplina, correctio, correctio, castigatio, animaduersio. Hic non tantum de verbali, sed de reali castigatione accipiendum.

DOLENS CLAMAT IN DOLORIBVS. ] Alij: *parturit, enicitur, in funibus, seu torminibus suis*. Vide supra cap. 13. v. 8.

CONCEPIMVS, ET QVASI PARTVRIMVS, ] &c. Hunc versum alij ex Heb. conuertunt, 1. *Concepimus, parturimus, ac ventum enixe-sumus*. q. d. pertulimus dolores pares doloribus mulieris parturientis: ea tamen quum peperit, liberata est dolore:

nobis autem aliis atque aliis superatis ærumnis, aliæ quoque expectandæ sunt: *Salus terra non facta sunt. Vel salus non est facta in terra.* id est, tribulatio non cessauit: *neque cadent habitatores terre.* id est, non corruerunt, aut prostrati sunt manu Dei, qui nos affligebant. 2. *Grauidi fuimus, doluimus quasi pareremus ventum,* id est, nihil vnquam possemus parere, sed perpetuis torminum ventorumque inter se in vtero colluctantium cruciatibus constringeremur. *Salutem vllam non fuisset effecturi terra, neque casuri fuissent incola orbis habitabilis.* Exegesis verborum proxime præcedentium, quasi dicat Ecclesia, non fuisset mihi ex me facultas aut virtus pariendi, aut præstandi quidquam ad seruandum meos, aut deturbandum aduersarios: sed vtrumque penes Deum est, qui præstat vtrumque verbo, sequente versu. 3. *Concepimus, parturimus, veluti peperimus spiritum salutem: nequaquam confecimus terram, neque ceciderunt habitatores orbis.* q. d. Quamuis similes simus grauidis, parturientibus, & patientibus, propter dolores, curas, & sollicitudines, quibus angimur, patienter ferimus: maledicimur, & benedicimus; blasphemamur, & obsecramus: nulli malum pro malo reddimus, imo spiritum salutem, id est, saluberrimum & gratissimum spiramus: Christi enim bonus odor sumus: nequaquam compressimus, aut oppressimus, seu confecimus, vel confregimus terram: neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus: ne quem vestrum grauaremus, pro his, quibus indigemus, manibus nostris laborauimus: lucrari omnes volumus, & ad salutem perducere: homines quærimus, non eorum bona: flemus cum flentibus, gaudemus eum gaudentibus: denique imperium non exercemus in homines, neque terram nobis subigimus: neque cadunt habitatores orbis, à nobis de possessione sua deiectioni, vel deleti aut interfecti.

SALUTES NON FECIMVS IN TERRA.]

נַחֲשֵׁה *naghaseh* secundum normam est futurum plurale Kal, *faciemus*: aliqui accipiunt pro tertia persona præteriti singulari Niphâl *salutes non facta sunt in terra.* id est, nulla salutem facta fuit, vel res salutem non facta est in terra.

VERS. 19. VIVENT MORTVI TVI, &c.] Variè hunc versum ex Hebr. elucidant. 1. *Vivent mortui tui cum cadauere meo resurgent.* id est, cum corpore meo, siue vna mecum. q. d. *vivent vita æterna electi tui, qui propter te & propter gloriam nominis tui morientur: vnaque cum illis scio me resurrectorum.* Aliqui reddunt: *sicut corpus meum resurgent: expergiscimini & laudate habitatores pulueris, quia ut ros olerum, ros tuus*: id est, quo pullulant ac germinant, alunturque herbæ, quanto magis virtus tua excitatura est mortuos, ac sepultos in terra? *& terra mortuos proiciet.* id est, eiiciet à se, vt mulier abortiuum. 2. *Vivent mortui tui, cadauer meum.* seu *cadauera quaque mea, resurgent: ex pergiscimini, & ouate cohabitatores pulueris: quia ros matutinus ros tuus, & terram gigantum rueret facies.* id est, violentorum & potentum tyrannidem

solo prosternes. 3. *mortui tui*, id est, qui propter te mortui sunt, vt sancti martyres, *vivent*; vita æterna: *& quemadmodum corpus meum resurgent: expergiscimini*, subaudi, *mortui Dei, & tubilate habitatores pulueris.* id est, sepulcri: *quoniam ut ros herbarum virentium, ros tuus.* id est, vt rore pullulant herbæ, sic virtute tua resurgent: *& terram violentorum tyrannorum tu deicies.* vel *in terram improbos deicies.* ô Deus. 4. *Reniuiscunt tui mortui,* cadauera quaque mea resurgant. id est, instaurantur, & ex calannitatibus tanquam ex morte rediuiua membra Ecclesiæ seruantur, verbo illo potente tuo. Est autem, inquit, hic conclusio cantici, qua Ecclesia singulare Dei beneficium prædicans, sibi de mirifica hac salute gratulatur: *Expergiscimini, in quis, & cantate qui inhabitatis puluerem.* Protopopœia qua Deus, inducitur populum suum ex angustiis velut è sepulcro excitans ad gloriam suam: *nam ros olerum, ros tuus est, postquam in terram expertes vita proiecisti.* Ætiologia, à potentia Verbi Dei: Verbum Dei, inquit Ecclesia, cum caelesti rore, fideles deiectioni malis, cum semine in terram proiecto, corrupto & moriente comparantur: quemadmodum autem ros è corrupto semine excitat herbam, ita verbum Dei restituit pios cum putri semine comparatos, nempe afflictionibus pene mortuos. Verum hunc locum plures de vniuersali corporum resurrectione accipiunt. Forsterus: *Vivent mortui tui, corpus meum exanime, extinctum, destitutum anima, & vita munis resurgent.* [Et nota, inquit, hic נבלתי *nebelathi*, corpus meum, nomen singularis numeri, ponitur collectivè cum verbo pluralis numeri, *resurgent*: significans primo quod omnia corpora credentium sint vnum corpus cum corpore Christi, & capitis Christi, & cum eo etiam sint surrectura: quod & factum est iuxta historiam Matthæi Evangelistæ Cap. 27. Nam multa corpora sanctorum, qui dormierant; surrexerunt, & egressi sunt de monumentis post resurrectionem Christi, & venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Atqui hæc non displicuerunt Mercerio, ac Forerio: pergit tamen Forsterus: *Denique quod nomen non in simili forma hic scribitur qua alioqui in omnibus aliis Scriptura locis in statu regiminis legitur, haud dubie ideo est factum, vt propheta significaret, quod hoc corpus Christi in sepulcro non emarcuerit, seu vt regius propheta David ait, viderit corruptionem, vt alia omnium hominum corpora, sed ante putrefactionem surrexerit: atque ita quies eius, vt alibi propheta dicit, fuerit gloriosa. Atque hæc simul mysteria voluit propheta hoc nomine singularis numeri, & hæc singulari punctorum ratione significare, ne quis existimet temere sic scriptum aut deprauatum esse à scribis.] Hæc ille. Sed hoc Mercerus non admodum probat inquitens: [Punctationem non putarim habere quidquam mysterii], quasi alia fuerit corporis Christi in sepulcro, quam ceterorum ratio, quia non emarcuerit. Nam duplici ratione hæc forma inuenitur, in regimine, & cum affixis: vt hic habes.] nempe in in Thesauris Sanctis ex Kimchio annotata. Sed qui Hebraice norunt, facile*

facile intelligent notationem Kimchij esse futilem, & Forsteri solidam.

ROS LVCIS. ] **אורח** *oroth*, plurale, *ros lucinus*, ab **אורח** *orah* singulari, id est, lucidissimus & clarissimus. Alij: *ros olerum*, seu *viridium*. vt **אורח**, sint *olera*, seu *herba virides*, *lucentes* & *lata* atque *ad vespendum grata*: vt 2. Reg. 4. vers. 39. Quidam Hebræorum *erucas* interpretantur, id est, herbas, quas vulgo *oruga* vocamus: sic dictas quod illuminent oculos. Plinius lib. 20. cap. 13. [*Putant subitua eruca si fouentur oculi, claritatem restitui.*] Vide eundem de eruca cap. 8. lib. 19. sensum huius loci esse aiunt, vt ros lucidus recreat herbas ac quæque virentia, sic ros tuus celestis ac diuina virtus recreat ac instaurat homines.

VERS. 20.

**VADÉ POPVLVS MEVS, &c.** ] Hunc versum alij ex Hebr. explanant: 1. *Vade abi, i. popule mi, ingredi in penetralia, seu conclauia, secreta-cubicula tua, & claudere ostium tuum, vel fores, valuas tuas post te.* ingressum, scilicet in cubiculum, vel ante te, aut per te. id est, tuis ipse manibus, vt nemini id fidas: vel *pro te.* vt scilicet sis tutus: *absconde te ipsum velut parum.* vel *quasi paululum, ad momentum, donec transeat ira.* id est, donec deferbuerit ira tyrannorum & opprimentium. q. d. Popule mi, patienter sustine temporariam afflictionem. Alludit ad rationem agendi eorum, qui imminente aut urgente tempestate, domi clausi se continent. 2. *Age popule mi.* Hos duos versus initio sequentis capituli annectunt, atque ex his verbis ordiuntur caput 27. obseruantque hanc esse vltimam partem prophetiæ huius seu concionis (vt dictum est in cap. 24. vers. 1.) per apostrophem ad populum Dei, qua instruitur populus de officio suo, & promissionibus Dei erga se: quorum illud hoc versu continetur: hæc vero reliquo capite: hæc autem partim positæ sunt in profligandis aduersariis, vers. vltimo huius capituli; & primo sequentis: partim in ornandis, curandis, purgandis, & colligendis Iisraelitis, inde ad finem. *intra in conclauia tua, & occulde fores tuas tibi: latita quasi exiguo momento,*

*donec praterierit indignatio.* id est, recipe te ad Dei protectionem fide, & integro animo, & in statione, in qua te ipse collocauerit, firma patientia, in spe & silentio conquesce, neque istis calamitatibus, quæ terras peruersuræ sunt, dimouetor. Respicit autem propheta his verbis ad formam liberationis ex Ægypto, qua interdixerat Deus, ne exiret vllus è porta domus suæ, qua nocte processurus erat ad percutiendum Ægyptum, Exod. 12. vers. 12.

*Super te.* Hebr. *in vsque ad te*, quæ formula magnam & validam clausionei indicat, vt bene sit tutus quis ac securus.

*Modicum, ad momentum.* Hebr. *secundum paucum rigoris*, vel *rigorem*: aut *secundum paruum momenti*, seu *momentum*. De voce **מרג** *reghagh*, quam *rigorem* vertimus, vide in Exodi 33. vers. 20. sic momentum dictum volunt, quali citum, & exiguum, seu minutum tempusculum, vel concitatum tempus. Alij, quasi fissuram seu fragmentum temporis minutissimum. Hic aliqui reddunt: *circiter modicum momentum.*

VERS. 21.

**ECCE ENIM DOMINVS EGREDIETVR, &c.** ] Alij: *Nam ecce Iehoua proditurus est è loco suo ad animaduertendum iniquitatem habitatoris terra in eum: & reteget terra cædes suas, neque obreget ultra interfectos suos.* Prior promissionum locus, vltio aduersariorum, vt Exod. 22. vers. 23. *de loco suo.* id est, de cælis, vnde reuelatur ira Dei in omnem impietatem & iniustitiam hominum, Romanor. 1. vers. 18.

**ET REVELABIT TERRA SANGVINEM SVVM.** ] Alij: *& proferet terra sanguines suos.* quos scilicet hausit, id est, breui apparebit vltio diuina ob sanguinem suorum fusum. q. d. vox sanguinum innoxie interfectorum clamabit ad Deum de terra. Nonnulli: *& discooperet cædes suas.* quas adhuc occultat.


**INTERFECTOS SVOS.** ] seu *occisos*, quos continet intra se, quorum scilicet sanguis innocens effusus est in ea à tyrannis & prauis hominibus.


CAPVT XXVII.

*Punitio Leviathan: paterna Domini correctio in filios Israel: ciuitas munita desolabitur: filij Israel reuersi ab Assyriis & Ægypto adorabunt Dominum in Ierusalem.*

Vulg.

Malu.

**I**  *N die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leviathan serpentem vectem, & super Leviathan serpen-*

**I**  *N die ipsa visitabit IHVH in gladio suo perplexo & grandi, & obtento super Liuiathan serpentem <sup>a</sup> fugitium, & super Liuiathan <sup>a</sup> transfigitorium*

tem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.

2 In die illa vinea meri cantabit ei.

3 Ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei: ne forte visitetur contra eam, nocte & die seruo eam.

4 Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in pralio: gradiar super eam succendam eam pariter?

5 An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?

6 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.

7 Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?

8 In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem aestus.

9 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris illis, non stabunt luci & delubra.

10 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit & consumet summitates eius.

11 In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum; & qui formauit eum, non parcet ei.

12 Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini unus & unus filij Israel.

13 Et erit: In die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditii fuerant de Terra Assyriorum, & qui eiekti erant in Terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

than serpentem tortuosum: & interficiet draconem, qui in mari.

2 In die ipsa, vinea turbidi respondete ei.

3 Ego IHVH asseruans eam, <sup>b</sup> rigorebus potare faciam eam; ne quando visitabit super eam; nocte & die asseruabo eam.

4 <sup>c</sup> Ardor non mihi, quis dabit me senticetum, <sup>d</sup> spinetum in <sup>e</sup> caesione <sup>f</sup> transgrediar in ea, succendam eam <sup>g</sup> vnà.

5 Aut obtinebit in obfirmatione mea; faciet pacem mihi; pacem faciet mihi.

6 Venientes radicare - faciet Iaghab; florabit, & <sup>h</sup> efflorescet Israel, & <sup>i</sup> implebuntur facies orbis prouentu

7 An secundum percussorem percutientis eum, percussit eum? si secundum interfecitorem <sup>k</sup> interfectorum eius interfectus fuit?

8 In satiare eam, in mittere eam, litigabis eam: meditatus fuit in spiritu suo perplexo in die orientalis.

9 Ad sic in isto expiabitur <sup>l</sup> prauitas Iaghab, & iste omnis fructus <sup>m</sup> discedere - facere erratum eius: in ponere eum omnes lapides altaris, sicut lapides gypsi dispersos; non resurgent luci & hammanim.

10 Quia verba munita solitaria, nomus dimissus, & derelictus sicut desertum: ibi pascet vitulus, & ibi accubabit, & <sup>n</sup> absumet consummabit prominentias eius.

11 In sicari <sup>o</sup> decurtationem eius confringentur; mulieres venientes lucere - facientes eam: quia non populus intelligentiarum ipse; super sic non inuiserabit eum <sup>p</sup> faciens eius, & <sup>q</sup> formans eius non gratificabit eum.

12 Et erit in die ipsa excutiet IHVH de <sup>r</sup> fluxu fluij vsque ad torrentem Aegypti: & vos colligemini <sup>s</sup> vni vni filij Israelis.

13 Et erit in die ipsa <sup>t</sup> infigetur in <sup>v</sup> tuba grandi; & venient <sup>x</sup> ablati in terra Afur; & impulsii in terra Aegypti: & procumbere - sese - facient <sup>y</sup> IHVH in monte sanctitatis in Ierusalem.

<sup>b</sup> darius, ad singulos, rigores

<sup>c</sup> aestus iræ, exactans iræ: ut Genes 27. v. 45.

<sup>d</sup> vepre: u incisione, pralio, bello

<sup>e</sup> gradiar <sup>f</sup> pariter, simul <sup>g</sup> germinabit, pullabit <sup>i</sup> implebant

<sup>k</sup> participium passiuum

<sup>l</sup> ecuritas, distortio, peruersitas <sup>m</sup> discessio, amor o, ablatio peccati, delicti


<sup>n</sup> absumet

<sup>o</sup> melleam

<sup>p</sup> factor <sup>q</sup> plasmator

<sup>r</sup> fluente, aluco <sup>s</sup> darius, ad vnum, vnum

<sup>t</sup> imprimetur, cægetur <sup>u</sup> buccina, Hispanice clarin <sup>x</sup> dispersantes, amissi <sup>y</sup> darius, ipsi Icho-uzh



COMMENTARIA.

VERS. I.



ISITABIT. ] id est, anquiret, animaduertet, puniet.

IN GLADIO SVO DVRO.] Hebr. perplexo: intricato: rigido: pertinace: durissimo.

ET FORTI.] Hebr. obtento: apprehenso: robusto: validissimo. id est, infinita potentia sua, & potente verbo: humanitas dictum.

SUPER LEVIATHAN.] Alij: contra, in balanam, cetum. vide in Iob 40. v. 20.

SERPENTEM, ] seu colubrum, vectem: בריח bariach, variè reddunt: 1. transeuntem mare instar vectis. 2. penetratorem. id est, penetrantem mare ab extremo ad extremum. 3. oblongum instar vectis. 4. fugacem, lubricum. 5. teretem. Hispanicus Interpres, rollizo. Rectè obseruatum à Forstero, quod singulariter hic, & Iob 26. v. 13. scribatur BARIACH, cum Cameiz, & sine Iod, ad discrimen בריח bariach, cum seua & Iod, quod vectem, seu repagulum significat. vide eum locum Iob.

TORTIVOSVM.] גחקה' labon, obliquum, incuruum, contortum, flexuosum. dicitur de serpente, quando in gyros torquetur dum serpit, vel quum orbiculatus quiescit.

DRACONEM.] Hebr. cetum: balanam: pristem: physterem: thunnum. vide in Genes. 1. vers. 20. Plerique his allegoricis appellationibus significari putant diabolum principem huius mundi, cuius vim omnem & potentiam Christus suo aduentu fregerit ac protriuerit. Alij, sublimitatem omnem spiritualem & corporalem, quæ extulerit se aduersus Deum, vi, fraude, vel utroque simul, quæ omnia allegoricè his nominibus figurantur.

QVI IN MARI EST.] id est, in fluctuante huius seculi astuario.

VERS. 2.

IN DIE ILLA, VINEA MERI, CANTATE EI.] Alij ex Hebr. 1. In die illa, vinea ruboris, cantate ei. id est, vini rubri, siue ferens vinum rubrum: erat enim olim vinum rubrum in illis regionibus commendatissimum. 2. Inuerso ordine: In die illa cantate illi, vinea ruboris. id est, cantando vocate eam vineam optimam, quæ vinum optimum afferat. 3. In die illo alterius canite vinea turbidi. id est, prænuntiate populo meo, qui olim erat vinea optimi vini, epoturum vinum turbidum ac lutescentem iræ Dei. vt ludat in nomine turbidi, quod vinum rubrum & optimum significat: & turbulentum ac feruidum ex calice iræ Dei. 4. Die illa, seu tempore illo, vineam rubentis meri, acclamate ei. Secundus promissionum locus, vt diximus supra cap. 26. vers. 20. propositio nimirum summa status, in quo Ecclesia futura est, & sibi gratulatura in Domino: quæ deinceps exponitur suis gradibus, à cura & attentione Dei erga illam, vt qui solus est auctor, & effector beatitudinis. vineam ru-

Matuenda, In libr. Isaia:

mentis meri. id est, feracem vini præstantissimi & generosissimi, quod in Scripturis fere à rubore commendari solet, vt Genes. 49. vers. 12. Prouerb. 23. v. 31. Allegoria contraria illi, quæ vsus est propheta, supra cap. 5. vers. 2. De voce כמר chemer, quam turbidum reddimus. vide in Deuter. 32. v. 14.

VERS. 3.

EGO DOMINVS QVI SERVO EAM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Ego Iehoua custodio eam, per singula momenta rigare faciam eam, ne forte visitet eam hostis, nocte & die custodiam eam. 2. Ego Iehoua conseruo eam singulis momentis irrigo eam, ne fiat visitatio contra eam, nocte ac die cingo eam. quasi dicat. Ego Iehoua seruo vineam hanc, vel conseruator eius sum, qui rego, qui protego, qui curam eius gero, ad singula quoque momenta irrigo eam: semper ad populum meum mihi prophetas, atque doctores, qui eum cælestis doctrinæ imbribus irrigarent: neque his contentus, ne animalia, aut irruptores eam deuasent, illam noctu dieque cingo, circumceo, magna cura muniens ne quis irruat aut noceat. 3. Ego Iehoua sum custoditurus eam, momentis irrigaturus eam: ne quis inuisat eam, noctes diesque custoditurus sum eam. Pergit in eadem allegoria vineæ, vt supra cap. 5. vbi contrariæ minæ similibus verbis exponuntur, præsertim vers. 5. & 6.

NE FORTE VISITETVR CONTRA EAM.] Hebr. est verbum actiuum. ne quando visitabit. Sed familiare est Hebræis tertias personas verborum actiuas sumi passiuè & impersonaliter, visitabitur. Quidam reddunt: ne quando recenseatur contra eam. id est, ne quis secum rationem ineat nocendi ei. Aliqui: ne forte recordetur illius. hostis vt deuasent eam. Obseruabis cum כרם cerem, vinea, Hebr. sit masculinum, prophetam de ea loquentem vti affixis fœmineis, ad sensum de Sione, vel synagoga, aut Ecclesia.

VERS. 4.

INDIGNATIO NON EST MIHI, &c.] Hunc versum variè alij ex Hebr. explanant: 1. Ira non est mihi: sum enim longanimis, tardus ad iram; & multus misericordia: quis decet mihi vt contra veprem, sentem, vel contra spinas, & vepres; in prælium grandiar, succendam eas pariter? 2. Indignatio non est mihi: quis ponet me tanquam spinas & vepres in ipso conflictu? ingrediar per illam, & incendam eam simul: id est, vt inam essem sumitis spinis & vepribus, quæ habent aculeos, nam in ipso conflictu ingredier per illam, & totam eam incenderem: scilicet vineam. quasi dicat, careo quidem ira & indignatione: sed si haberem aculeos, quum offenderet me populus, funditus perderem eum. 3. quis dabit me veprem & spinam in prælium, id est, vt essem vepres & spina in prælio: gradiar in eam, vineam, comburam eam simul. 4. quis me committat cum vepre & spina in prælium? gradiar per eam, veprem & spinam, incendam penitus, vepres & spinas. id est,

A a acerrimo

acerrimo praelio vepres & spinas, quæ vineæ meæ nocent, profligabo. 5. *Ardor non est mihi: quis dabit mihi vepres & spinas in bellum ut transgrediar in eas, & comburam eas simul.* 6. *Murus non est mihi, vel nullus est mihi: quis dabit me senticetum spinarum ad bellum?* Verba vineæ ingrata, quæ queritur sibi deesse diuina præsidia, proinde humana querere. quasi dicat, nulla mihi est à Deo munitio, nullum septum; quis det mihi præsidia gentium quibus tanquam sentibus & vepribus circumuallata, externa bella & impressiones propulsem? Quod vitium diffidentiae, quam fuerit Iudæis frequens, Scripturæ passim loquuntur. *sentis & vepres*, allegoricè accipiunt cœtus, seu copias hastatorum, & sagittariorum, vt supra, cap. 10. vers. 17. & pro חומה *chemah*, immutatis punctis legunt, חומה *chomah*, murus. deinde sequantur verba Dei: *Transgrediar contra eam, succendam eam pariter.* quasi dicat, vinea mea diffidit præsidio meo, proinde transferam me ad hostium castra, partes hostium agam, illam impugnabo. Sensus minimè placet. 7. *Iracundia non est mihi, quis me reddat vt sin vepres, & spina in bello, vt iniquus quid contra eam designem, & eam simul incendam?* Nullus est, inquit, qui contra vineam meam, seu populum meum exasperare me possit, vt eam perdam. Huc pertinere videtur sensus vulgati Interpretis. 8. *Furor non est apud me, alioqui quum illa vinea det mihi vepres & spinas, per bellum graderer per eam, & incederem eam simul.* 9. *Æstus ira, excandescencia, non est mihi: qui dederit me, seu induxerit me sente & vepre ad praelium, caute ingrediens, eam succendam ex ea simul.* Occupatio illius obiectionis, quam poterant Iudæi ex argumento superiorum prophetiarum adducere: quid dixerit quispiam, nihil nisi grauissimas & feuerissimas minas prophetiæ tuæ denuntiant, incursiones, depopulationes, cædes ab Assyriis, Ægyptiis, & Babyloniis: ecquando igitur tempus istius promissionis, quam modo significas, futurum esset? Hanc obiectionem anticipat Deus per prophetam: Ne putetis, inquit, me iracundum esse, morosum, atque difficilem; non est in me, sed in vobis culpa istarum calamitatum: ego vos fugientes reuoco, accedentes obuiis vlnis amplector, & cupientes pace dono: quam ob rem non est quod dubitetis de fide & misericordia mea: si pergatis in improbitate, pergam in iudiciis; sin autem pacem queratis, iam exposita est omnibus querentibus eam: hæc est complexio huius & sequentis versus: *sente & vepre.* id est, obfirmata malitia & peccatis suis, allegoricè: vt supra cap. 5. vers. 6. *eam succendam.* vineam videlicet, id est, Ecclesiam, in qua perfidi, hypocritæ & contumaces se extulerint aduersus Deum. *ex ea simul.* videlicet, eos omnes qui Deum ad praelium indignis suis facinoribus prouocauerint.

*Gradiar.* חַרְשָׁה *ephseghah*, pleraque exemplaria scribunt cum *Scin* sinistro, *incedam, deambulabo, gradiar, ingrediar, magnis & extensis passibus digrediar per eam.* Alia verò cum *Scin* dextro, *transgrediar, deficiam, re-*

*bellabo ibor, prauaricam eam.* q. d. leges cōmunes transgrediar in puniendo eam, vltra modum castigabo eam.

AN POTIVS TENEBIT FORTITVDINEM MEAM, &c.] Diuersimodè Hebræa vertuntur: 1. *Aut apprehendet fortitudinem meam, vt faciat pacem mecum, pacem, inquam, faciat mecum.* 2. *O si, vinam apprehenderet munitionem meam.* id est, O quam bene sibi hîc populus meus consulisset, si non ab alio præter me præsidium expectasset; *faceret pacem mecum, pacem faceret mecum.* id est, si mecum pacem firmam ac stabilem habere voluisset. 3. *Aut quis compellet fortitudinem meam, vt pacem mihi faciat, pacem mihi componat?* 4. *Aut apprehendet populus meus robur meum,* id est, legem meam, *aut pacem faciet mecum, pacem faciet mecum?* id est, reconciliabitur mihi. 5. *Si apprehendet robur meum facturus pacem mecum, pacem fecerit mecum.* Altera pars dilemmatis, de quo versu præcedente, promissio erga fideles prehentes Deum fide & dilectione, & conquiescentes in robore eius. *pacem fecerit mecum.* id est, illico facta fuerit, quum fidem & pœnitentiam suam exponet: sic regreditur propheta ad promissionem cœptam.

QVI EGREDIENTVR IMPETV A IACOB.] Alij ex Heb. 1. *Venturis, diebus, vel veniunt dies quibus, vel in posterum posthac radices aget Iahakob.* 2. *Veniunt dies, quod radicabit Iahakob &c.* id est, olim tempore gratiæ Ecclesia sparsa & radicata per totum orbem, edet fructus fidei, charitatis, &c. 3. *venientes radices agent Iahakobita.* id est, posteri venturi Iahakobi radices agent. 4. *Vt aduenientes Iahakobi posteri radicentur, faciet.* Regressio ad promissionem, vers. 2. & 3. quam præcedens occupatio, vers. 4. & 5. interruperat, qua propheta continuat allegoriam vineæ.

NVMQVID IUXTA FLAGAM &c.] Alij clarius hunc versum ex Heb. elucidant: *Num iuxta percussorem percussit eum, percussit illum? num iuxta cadem cadentium eum, cæsus est? vel casorum eius.* id est, eorum qui occisi sunt in gratiam eius. q. d. An aliquando Dominus percussit populum suum, vt Sancheribum, aut Pharthonem? Nequaquam. verba prophetæ, quibus commendat Dei benignitatem erga suos. 2. *An vt percussit percussorem eius, percutit eum? an vt interfecti sunt interfecti illius, interficiuntur?* Amplificatio beneficentiæ Dei, quam promissionibus significauerat, à sine castigationum, quibus in Ecclesiam vitur, quæ illustrantur per comparisonem earum, quas in suos inimicos adhibet Deus. Hæc autem antithesis hoc versu posita, per interrogationem explicatur subiectione elegantissima, quatuor versibus sequentibus. *percussorem eius.* id est, inimicum, à quo populus Dei infestatur, quem Deus funditus delet: de quibus castigationibus dictum est inde à cap. 13. supra. *interfecti illius.* id est, homines è percussoribus & inimicis populi sui, quos Deus curauit interfici.

IN MENSURA CONTRA MENSURAM &c.] Multifariam alij hunc versum ex Heb. conuertunt. 1. *In mensura, in plantatione eius iudicabit*

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

*dicabis eam : remouebit Deus vento suo duro, in die Euri, id est, tempore quo stat Eurus. 2. In modo, in emissione eius contendes cum illa. id est, seruato modo punies populum tuum in hortis, pomariis, agrisque eius frugiferis. ( id enim intelligit per emissiones siue plantationes ) immittendo rubiginem, siccitatem, locustas, bruchos, & huiusmodi quibus fruges, fructusque consumes : remouebit Heb. præteritum pro futuro, & mutatio personæ secundæ in tertiam, pro tolles, decuties, ô Deus, fructus vento tuo molesto, & violento, tempore, quo fluabit ventus orientalis maxime noxius fructibus ipsis ac frugibus. 3. in mensurando eam, in dimittendo eam, castigabis, vel corripies eam, id est, implendo mensuram, & effundendo eam, castigabis eam : quo significat neque omnino delendos, neque omnino à castigatione superfedendum, sed partim plena, partim vacua mensura ferendos, vel plenam & confertam iudiciorum mensuram dimittendo seu effundendo super vineam, castigabis eam : amotus est vento suo foris in die austri, vel ingemuit in spiritu suo duro in die subsolani. id est, Israel, seu populus meus duro suo illo ac pertinace spiritu, quem ad pœnitentiam vix quisquam flectere poterat, iam dolet, gemit, pœnitet, dum vitur subsolano seu vento orientali calamitatum, qui in illis regionibus calidissimus est. 4. In mensura, dum amandas eam, contendes, seu iudicio ages cum ea : abstulit vento suo graui in die Euri. 5. In mensura, aduersa-immittens iudicabis eam, abstulit, decussit, fructus eius in vento suo duro, per diem venti orientalis. 6. Moderatè emittendo cum eo. illum auferet spiritu suo duro, quasi tempore Euri. Subiectio ad quæstionem præcedentem : qua propheta primùm modum castigationum explicat in populum, & in aduersarios Dei, proleptice hoc versu : deinde vsu proposito exornat, tribus sequentibus. emittendo eum. seu expellendo è terra promissa, in miseram seruitutem, sub Assyriis & Babylois. illum auferet. scilicet, hostem suum, percussorem populi sui. quasi tempore Euri. id est, abtipit & conuellit radicitus.*

*In mensura contra mensuram. מִדְּמֵדָה Sasseah, plerique nomen geminatum faciunt à מִדָּה Seah, sato, de quo vide in Genes. 18. vers. 6. vnde reddunt : In sato sato. vel in sat sato, in mensura mensura, id est, iusta & æquata mensura. Nonnulli ; In modio modij. id est, moderate, metaphora. Alij infinitum Pihel faciunt cum affixo fœmineo : In mensurare eam. vt sit verbum, geminatum à nomine SEAH. satum, quod significatum intendat : In exactissimè mensurando eam. Ex verbo dices. in satisfando eam. à sato.*

*QUVM ABIECTA FVERIT. ] בשלחה Befchalechah, Plerique infinitum faciunt cum affixo : in dimittendo, amandando, abiiciendo eam. Alij nomen : in emissione, plantatione, propagine, pomario, horto, viridario, vt Nehem. 3. v. 15. & Canticor. 4. v. 13. eius. vt tæxet idololatriam, quam in hortis exercebant, supra cap. 1. v. 29.*

*IUDICABIS EAM. ] תריבנה Theribennah, ex Hiphil. significatum auget. acriter, vehe-*  
*Maluenda, In libr. Isaia.*

*menter litigabis, contendes, disceptabis cum ea. vel obiurgabis, castigabis, corripies eam. De obiurgatione vocabuli simul & reali accipiendum.*

*MEDITATA EST. ]* verbum הגה Haghab est masculineum & omnia ista complectitur, *meditatus est, missitauit, rugiit, ingemuit, amouit, remouit, infremuit, abstulit.* quæ omnia hîc Deo conueniunt meditati vel exercenti iudicia in improbos.

*SPIRITVS VO. ]* vel vento, vel ira & animositate sua.

*DURO. ]* vel perplexo, intricato, rigido, pertinace. vt supra vers. 1.

*PER DIEM ÆSTVS. ]* Heb. in die קרים Kadim. vide in Genes. 41. v. 6.

*Hispanicus interpres totum versum ita exposuit : Con medida, la castigaras en sus medidas. id est, ensus ramos y pimpollos, scilicet, a la vicia : aun quando soplaré Dios con su viento rezio en dia de solano.*

*IDCIRCOSUPER HOC DIMITTETVR INIQUITAS DOMVI IACOB. ]* Alij ex Hebr. 1. Propterea, quia scilicet Deus est clemens, & mediocriter punit : in hoc expiabitur iniquitas Iahakobi. 3. Idcirco hac conditione, hac lege, hac vna re obtegetur, oblinietur peruersitas Iahakob. nempe si doleat, si ingemiscat, si ex animo resipiscat. 4. Idcirco hac re expiatur iniquitas Iahakobi. Amplificatio gratiæ Dei in castigationibus populi sui, à fine aut vsu earum, nimirum vt purgetur populus à peccatis suis. hac re. id est, castigationibus & flagellis.

*ET ISTE OMNIS FRUCTVS VT AUFERATVR PECCATVM EIVS. ]* Alij 1. & iste erit vniversus fructus, vt remoneat peccatum eius id est hunc fructum reportabit populus ex flagellis, ex pœnitentia, vt auferat Deus peccata ipsius. 2. & hic est totus fructus, vt amoneas peccatum eius.

*OMNIS FRUCTVS. ]* Dei & Israelis, id est, quem Deus suarum castigationum habere vult ; & quem Israel ex eisdem capit : vt intelligas benignitatem Dei, qui sibi fructum accrescere ex nostra pœnitentia reputat.

*QUVM POSVERIT OMNES LAPIDES ALTARIS SICVT LAPIDES CINERIS ALLISOS. ]* Alij ex Hebr. 1. quum posuerit ipse omnes lapides altaris, id est, altarium, structorum in honorem idolorum : sicut lapides calcis dirutos. vel dissipatos, in frustra & in varias partes dissectos. 2. quum posuerit ipse omnes lapides ura vt lapides ruderis confractos. 3. quum disponet omnes lapides altaris, vt lapides calcis dissipatos. id est quum ex animo toller, abolebitque omnia, quæ aduersantur Dei gloria, vt passim imperatur lege.

*LAPIDES CINERIS. ]* גיר ghir, calcis, gypsi, cementi. Aliqui exponunt : lapides calcis. id est, vt lapides, qui excoquuntur, vt ex illis fiat calx, qui si aquam exceperint, facile dissoluuntur, ac friantur.

*ALLISOS. ]* מנפצות menuphutzioth, dispersos, dissipatos, comminutos, Confractos, colissos, dirutos, disiectos, contritos.

*NON STABVNT LUCI ET DELVBRA. ]* Alij : 1. ita vt non resurgant luci & imagines.

subaudi, solis. 2. & non consistant, siue inflaurentur luci, neque simulacra solaria. id est, in honorem solis facta. 3. neque erigantur luci, & solaria. 4. nec consistant luci, aut subdiales staua. id est, euerterentur & cædentur. Ac si dicat, consequetur populus veniam peccatorum, si omnia altaria, omnia idola, omnem falsum cultum euerterit, destruxerit, dissipauerit, ita vt penitus omnia aboleantur, nec ultra instaurentur. De voce חממנין *chammannim*, vide supra cap. 17. v. 8.

**VERS. IO.** CIVITAS ENIM MUNITA, DESOLATA ERIT.] Alij: 1. *At ciuitas muris cincta, erit solitaria.* 2. *Sed illius ciuitas munita erit solitaria.* Notant esse alterum membrum prolepseos, vt dictum est in vers. 8. & de castigatõibus, Dei in aduersario quæ dicuntur fore grauissimæ, & humanis rebus describuntur.

SPECIOSA RELINQUETVR.] Alij ex Heb. 1. *habituaculum dimissum.* id est, regia, vel templum. 2. *pascuum dimissum.* id est, locus graminosus & herbidus, seu rura amœna. 3. *caula disiecta.* De voce נאעב *naueb*, quam, *nomun*, vertimus, vide Notas in Exod. 15. v. 13.

IBI PASCETVR VITVLVS.] Romanum exercitum, vel Titum ipsum principem intelligunt, qui Ierusalaim funditus depastus est & extirpauit. Alij: *ibi pascet vitulus,* &c. id est, omnia sursum & deorsum perdet hostis, ad summas arbores.

ET CONSUMET SVMMITATES EIVS.] *סעגביעיב seghipheib*, *progrèssiones, protensiones, prominentias eius.* id est, extrema arborum verbera, prominentes palmites, summos ramos eius. Perstat in allegoria vineæ, seu arboris.

**VERS. II.** IN SICCATATE MESSES ILLIUS, CONFRINGENTVR.] Heb. *In arefendo messem eius, confringentur.* Verbum *confringentur* Hebraice est fœmineum, & messis masculinum; eius vero fœmineum: proinde subaudiunt, *וּפְרוּתוֹ seghaphoth prominentias, seu ramos.* vnde reddunt: *Arefacto ramo eius, frangentur ramusculi.* Non tam recte. Alij: 1. *Quum exaruerint palmites eius, vel rami eius.* id est, populi, *confringentur.* vel *rumpentur sua sponte.* 2. *In ariditate palmites eius confringentur.* Pronomen eius refert vel ciuitatem, de qua versu præcedente vel synagogam aut Ecclesiam, sub allegoria vineæ, vel congregationem improborum aduersantium Ecclesiæ.

MULIERES VENIENTES ET DOCENTES EAM.] Heb. *proprie, mulieres venientes, illuminantes, illustrantes eam.* Noster ad doctrinam retulit: nam quæ maior reipublicæ in felicitas contingere potest, quam vt à fœminis doceatur ac regatur? Plerique tamen significatum Participij Hiphil מַעֲרֹרֵת *meirorh*, ab אָרָה *ur flamma*, igne, deducunt: *inflammantes, incendentes, succedentes eam,* id est, ramos & palmites eius siccos & contractos, vel accendendo, vel fouendo & nutriendo igni applicabunt. Alij ab אָרָה *arab* deriuant, *carpentes, decerpentes, colligentes ramusculos eius arentes:* vt solent pauperculæ mulieres ramusculos, & virgulta sicca decerpere & colligere accendendo igni, Quidam reddunt:

*mulieres venientes incendunt illam,* id est, etiam imbecilla mulierum manu consumuntur, adeo deiectæ arbores futuræ sunt.

NON EST ENIM POPVLVS SAPIENS.] Heb. *quia non populus intelligentiarum est.* Alij: *quia non est populus vlla intelligentia præditus.*

PROPTEREA NON MISEREBITVR EIVS.] Heb. *idcirco non inuiscerabit eum.* id est, non intra viscera sua condet, non ptofequetur vel amplectetur eum misericordiæ visceribus.

ET QUI FORMAVIT EVM, NON PARCET EI.] Alij. 1. *nec miserabitur eius, fictor eius.* 2. *& qui formauit eum non faciet gratiam ei,* vel *non gratia afficiet eum.*

ET ERIT, &c.] obseruant esse hic summam promissionum de restitutione populi, quæ est veluti quædam conclusio totius prophetiæ, signum primum, aditusque ad promissiones reliquas quæ ante dictæ sunt.

IN DIE ILLA.] Alij: *tempore illo,* quo Deus inimicos ita consumpserit, vt Babylone per Cyrum factum est.

PERCVTET DOMINVS.] Heb. *excutiet, teret, triurabit IHVH.*

AB ALVIO FLVMINIS, VSQVE AD TORRENTEM ÆGYPTI.] Alij 1. *à culmo, calamo-spica, spica fluij, vsque ad flumen Ægypti:* id est, ab Euphrate ad Nilum, id est Chaldæos & Ægyptios atteret: & symedochice omnes nationes aduersantes Ecclesiæ. Et eleganter propheta vsus est voce ambiguae significationis *schibboleth*, quæ *fluxum,* & *culmum-spica* significat, vt persisteret in allegoria messis, & tritura, de qua paulo ante. 2. *excutiet suos Iehoua ab alveo fluminis vsque ad torrentem Ægypti,* id est, faciet trituram & feliget suos ab aliis gentibus more agricolæ excutientis triticum à palea, Matth. 3. v. 12: 3. *inde à fluxu illius fluminis vsque ad torrentem Ægypti,* id est, ab Euphratis alveo vsque ad Sichorem Ægypti terminum, de quo Iosue 13. v. 3.

ET VOS CONGREGABIMINI VNVS ET VNVS FILII ISRAEL.] Heb. Alij: *vos autem colligemini,* id est, exuemini & educemini è media illa veluti area, in qua populus per Cyrum est trituratorus Deus: *sigillatim,* vt etiam propheta Ieremias 3. v. 14. & Ezechiel 39. v. 28: *ô Iisraelitæ.*

VNVS ET VNVS.] Heb. *vni vnus,* vel *ad vnum vnum.* Alij. 1. *vnus post alium.* 2. *per vnum vnus loci,* id est, per singulos singulorum locorum, vel singuli è singulis locis. 3. *ad vnum vnus,* id est, omnes ad vnum vsque. 4. *vnum vnum,* vel *vni vni* Hispanicè, *vno à vno,* id est, singillatim omnes.

ET ERIT, IN DIE ILLA CLANGETVR TUBA MAGNA.] Quidam: *Eritque tempore illo quando clangeretur buccina magna,* id est, promulgabitur mandato Cyri per totum regnum ipsius. 2. Paralipom. 36. v. 22. & Hezræ. 1. v. 1. Alij tubam magnam Euangelij intelligunt personantem in toto orbe.

QUI PERDITI FVERANT DE TERRA ASSYRIORVM.] Heb. *pereuntes in terram Assur.* intelligit, vel Iudæos abductos in Chaldæam per Nebuchadnatzarem: vel Iisraelitas abactos in Assyriam per Salman-eserem: vel vtrosque pariter.

VERS. 12.

VERS. 13.



ET QUI EBIBTI ERANT DE TERRA ÆGYPTII.] Heb. & impulsī, seu expulsi in terram Ægypti. Forte alludit ad historiam Ieremiæ. 43.


ET ADORABUNT DOMINVM IN MONTE SANCTO IN IERUSALEM.] Heb. & incuruabunt se, vel supplicabunt Iehouæ, aut & hono-

rem exhibentes incuruabunt se Iehoua in monte sancto Ieruschalaimis. Prædicat restitutionem populi ac templi: seu verius reductionem synagogæ in Ecclesiam Christi, cuius illa restitutio typus fuit. Alij conuersionem gentium ad fidem Christi synecdochicè per Assyrios & Ægyptios significatam intelligunt.

CAPVT XXVIII.

Superbis & ebriis Israelitis comminatur Dominus eò quòd sacerdotes vacent ebrietati, & principes irrideant verba & comminationes prophetarum, ponentes mendacium spem suam: de lapide angulari in fundamentis Sion ponendo: de pœna illuſorum, & consolatione paucorum bonorum.

Vulg.

1  Æ corona superbia, ebriis Ephraim, & flos decidenti gloria exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſſime, errantes à vino.

2 Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis; turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.

3 Pedibus conculcabitur corona superbia ebriorum Ephraim.

4 Et erit flos decedens gloria exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneam ante maturitatem autumnī: quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, deuorabit illud.

5 In die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, & sertum exultationis resistuo populi sui:


6 & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

7 Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt: sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium.

8 Omnes enim mensa repleta sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset ultra locus.

9 Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus.

Malu.

1  Oi corona superbia<sup>a</sup> ebrii ebriorum Ephraimi; & flos defluens, nobilitas decoris eius; <sup>b</sup> quæ super caput Ghesemanim, contusi vino.

2 Ecce obtentus, & surrectus<sup>c</sup> Adonai, sicut cataracta, quando, horribilis tempeſtas, auulsio: sicut cataracta aquarum multiplicium inundantium, deposuit terræ, in manu.

3 In pedibus<sup>d</sup> calcabuntur corona superbia<sup>e</sup> ebriorum Ephraimi.

4 Et erit flos defluentis nobilitas decoris eius, quæ super caput Ghesemanim: sicut primogenita in ante æstatem, quam videbit videns eam, in adhuc eius in<sup>f</sup> vola eius, absorbebit eam.

5 In die ipsa erit Ivh Tzebaoth<sup>g</sup> coronæ nobilitatis, & maturationi decoris, <sup>h</sup> reliquæ populi sui:

6 Et spiritui iudicij<sup>i</sup> sedenti super iudicium, & <sup>k</sup> præualeſcentiæ reuertentibus cæſionis ad portam.

7 Et etiam isti in vino<sup>l</sup> incogitantes egerunt, & in ebriamine errauerunt: sacerdos & propheta incogitantes egerunt in ebriamine absorpti fuerunt de vino, errauerunt de ebriamine, incogitantes egerunt in visione; luxauerunt iudicationem.

8 Quia omnes<sup>m</sup> tabulæ impletæ fuerunt vomitu, <sup>n</sup> exitione: <sup>o</sup> nequam locus.

9 Ad quem iaciet cognitionem, & ad quem intelligere faciet auditum? rettibutos de lacte, <sup>p</sup> translatos de mammis.

<sup>a</sup> ebrii

<sup>b</sup> qui

<sup>c</sup> datius, pñ Adonai

<sup>d</sup> quatentur  
<sup>e</sup> ebrii

<sup>f</sup> curuitate, palma, manau

<sup>g</sup> datius: in coronam

<sup>h</sup> datius, singularis.

<sup>i</sup> habitanti manenti

<sup>k</sup> datius, in robur, potestatis, prædominantium

<sup>l</sup> inconfiditate, ignoranter errauerunt sic statim

<sup>m</sup> mensæ n exitu, extercore, excremento, ut suprac. 4. v. 4.

<sup>n</sup> neuiquā; nō omnino peradica-

ros, auulsos, amotos, abstractos

10 Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, excepta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

1. Cor. 14.  
d. 21.

11 In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.

12 Cui dixit: Hac est requies mea, reficite lassum & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.

13 Et erit eis verbum Domini: Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.

14 Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem.

15 Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio prosecti sumus.

Psal. 117.  
d. 22.  
Mat. 21.  
d. 12.  
Act. 4. b. 17.  
1. Pet. 2. a. 6.  
Rom. 9.  
8. 33.

16 Idcirco hac dicit Dominus Deus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. qui crediderit, non festinet.

17 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura: & subvertet grando spem mendacij: & protectionem aqua inundabunt.

18 Et delebitur foedus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.

19 Quandocumque pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte. & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

20 Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat: & pallium breue utrumque operire non potest.

2. Reg. 3.  
d. 20.  
2. Par. 14.  
a. 12.  
Iof. 10. c. 10.

21 Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus: sicut in valle qua est in Gabaon, irascetur: ut faciat opus suum, alienum opus eius: ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.

22 Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. consummationem enim & abbreviationem audiui à Domino Deo exercituum super uniuersam terram.

10 Quia praeceptum ¶ praecepto, praeceptum praecepto; linea ¶ linea, linea linea: parum ibi, parum ibi.

q datus.  
ad praeceptū  
sic desinens  
r datus. ad  
lineam sic  
postea.

11 Quia in subfannationibus labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum.

12 Qui dixit ad eos: Ista ¶ residentia: ¶ Quiescere - facite defatigato; & ista requies: & non amauerunt audire.

f consisten-  
tia. pausa  
tio requies  
r quietem.  
prabete

13 Et erit eis verbum IHVH, Praeceptum praecepto, praeceptum praecepto; linea linea, linea linea, paucum ibi, paucum ibi: ¶ correspondentiæ ambulabunt, & ¶ impingent ¶ post, & confringentur, & illaqueabuntur, & capientur.

¶ ad corres-  
pondentiā.  
datus.  
x offendēt  
caiprabūt,  
corruent.  
y retro

14 Ad sic audite verbum IHVH homines illusionis, dominantes populi istius, qui in Ierusalem.

15 Quia dixisti: Exscidimus foedus ¶ ad mortem, & cum inferno fecimus praeuisionem flagellum inundans ¶ quia transibit non ¶ veniet nos; quia posuimus mendacium protectionem nostrā, & in falsitate absconditi fuimus.

z cum

a quum  
b inueniet

16 Ad sic dixit ADONAI IHVH: Ecce ego fundator in Tziione lapidis: lapidis probationis, ¶ pinnæ pretiositatis, fundati fundati; credens non festinabit.

c anguli

17 Et ponam iudicium linea, & iustitiam librationi: & depalabit grando protectionem mendacij, & absconsionem aquæ inundabunt.

18 Et illinetur foedus vestrum ¶ ad mortem, & praeuisio vestra ad infernum non surget: flagellum inundans ¶ quia transibit, & eritis ei ¶ calcationi.

d ut v. 15  
sic mox

e quum  
f in concul-  
cationem

19 De sufficientia transire eum, accipiet vos; quia ¶ in mane in mane transibit, in die & in nocte: & erit ¶ tantummodo commotio ¶ intelligere - facere auditionem:

g summo  
mane, vel  
quolibet  
mane, sin-  
gulis, die-  
bus

20 Quia decurtatum - fuit ¶ stratum de exerescere. sese - facere: & cooperitorium coangustatum fuit secundum colligere - sese - facere.

h certe, pro-  
fecto  
i animad-  
uertere, ob-  
seruare, cō-  
siderare  
k stragula

21 Quia sicut monte Pheratzim surget IHVH, sicut valle in Ghibghon commouebitur: ad facere ¶ facturam suam alienam facturam suam ¶ & ad seruire seruitium suum nothum seruitium suum.

l factā, opus

22 Et nunc illudere - vos ipsos facietis, ne quando obtinebunt vincula vestra: quia consummationem, & acutam audiui de ad ADONAI IHVH TZEBAOTH super omnem terram.

23 *Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum.*

24 *Numquid tota die arabit arans ut seras, profundet & sarriet humum suam?*

25 *Nonne cum adaequaverit faciem eius: seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis?*

26 *Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum*

27 *Non enim in ferris triturobitur gith, nec rota plaustris super cyminum circumgyrabitur: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.*

28 *Panis autem comminuetur: verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustris, nec unguis suis comminuet eum.*

29 *Et hoc à Domino Deo exercituum, ut mirabile faceret consilium & magnificaret iustitiam.*

23 <sup>m</sup> *Auscultate, & audite vocem meam: <sup>n</sup> auscultate & audite <sup>o</sup> dictum meum.*

24 *An omni die arabit arans ad seminare? aperiet, <sup>p</sup> & occavit <sup>q</sup> humum suam?*

25 *An non si <sup>r</sup> adaequavit facies eius, & disperget gith, & cyminum sparget: & ponet triticum mensuratum, & hordeum signatum, & speltam terminum eius.*

26 *Et disciplinauit eum <sup>f</sup> iudicio, ELOHIM eius <sup>e</sup> iaciet eum.*

27 *Quia non in tribula <sup>u</sup> triturabitur gith, & rota plaustris super cyminum circumgyrabitur: quia in <sup>x</sup> baculo excutietur gith, & cyminum in <sup>y</sup> virga.*


28 *Panis <sup>z</sup> attenuari-fiet: quia non <sup>a</sup> victoriae <sup>b</sup> triturare triturabit eum: <sup>c</sup> & conturbabit <sup>d</sup> rotam plaustris eius, & equitibus <sup>e</sup> eius non attenuabit eum.*

29 *Etiam istud de cum IHVH TZEBAOTH exiit: arduum - fecit consilium, grande - fecit existentiam.*

*m* auref. adhibete, auriculate  
*n* attendite, intendere  
*o* sermonem  
*p* ut occet  
*q* tellurem  
*r* complanavit

*f* datus. ad iudicium  
*e* docebit  
*u* triturari-fiet

*x* virga  
*y* baculo  
*z* comminui, subliari  
*a* datus. in victoriam  
*b* tritura  
*c* nec  
*d* rota  
*e* sui  
*f* fluus



COMMENTARIA.

VERS. I.



**A** CORONAE SUPERBIAE, &c.] Fere consentiunt Explanatores, huius capituli duas esse praecipuas partes, vnam, de regno Israëliitarum, quod in exemplum Iudaeis proponitur, primis quatuor versibus: alteram, de regno Iudaeorum, à vers. 5. ad finem vsque. Tractatur autem prior haec pars per similitudines elegantissimas, & comparisonem, singulorum iudiciorum Dei cum peccatis Israëliitarum, quae proleptice exposita sunt hoc versu.

*Corona superbiae.* Alij: *corona fastus*, id est, superbissimo & fastuosissimo regno Israëliitarum: nam corona insigne regni & regum est.

**EBRIIS.]** Vel *ebriosis*; alij *ebriosorum* & *temulentorum Ephraimi*. id est, regno vino & deliciis dedito: *synecdochice*; vel fastu & superbia ebrio, *Ephraimi*. id est, Israëliitarum: vt supra cap. 7. v. 2.

**ET FLORI DECIDENTI, GLORIAE EXULTATIONIS EIVS.]** Varie ex Heb. 1. & *flori decidenti gloriae decoris eius*. 2. & *flori marcescenti, inunditati decoris eius*. 3. inuerso dictionum ordine: *cuius gloria decoris est veluti flos deciduus*. Gloriam decoris vocat gloriam inlytam & decoram. Superbiebant enim propter opes, quas seu fluxas comparat flori deciduo & languescenti. 4. *cuius eximia gloria est veluti flos marcescens. Et deciduo flori gloriae decoris eius*. 6. *cuius ornatus decor est veluti flos caduce plama*. id est, qui momento de-

fluxuri sunt, vt flos marcescentis herbae: nam statim hoc regnum labefactatum est per Schalman-Eserem, anno sexto Chizkijae 2. Reg. 18. v. 10. Sic infra vers. 4.

**QVI ERANT IN VERTICE VALLIS PINGVISSIMAE, ERRANTES A VINO.]** Alij ex Heb. 1. *qua gloria est super verticem vallis pinguium*, seu *pinguedinum*, qui sunt *conculsi vino*. 2. *qua est super caput vallis pinguium*, *oppressorum à vino*. 3. *qui flos est iuxta caput vallis pinguedinum*; qui *conquassantur à vino vel conquassatorum vino*. 4. *super quorum capita est veluti vallis*, seu *annis vnguentorum*, & *sunt percussi vino*. Valles vocantur amnes, quod valles soleant abundare fluminibus & annibus. q. d. qui in conuiujs suis perfunduntur multo vnguento: siue in quorum capita defluit, vt annis vnguentorum copia. Notant, prophetam vocare eos vallem oleorum, seu pinguedinum, quod mardentes vnguentis, iugiter vino oppressi, in terra iacerent, vomentes, & omnia loca suis immunditijs inquinantes. 5. *qua est super caput vallis opima*, *percussorum vino*: 6. *eis, qui sunt in capite vallis pinguisima*, seu *eis, qui praesunt valli pinguisima*, id est, principibus opulentissimi regni, ac proinde luxu propter summas opes disfluentis. *Valli propinquissima*. id est, agro Israëliitarum, qui tanquam vallis subiacet Libano, estque vberissimus: vt ostendunt Iahakob & Moseh, Genes. 49. & Deuteron. 33. *obusis vino*. Nonnulli: *val-*  
*lena*

lem pinguiſſimam : ſingulariter accipiunt Vallem Iez rebel, de qua Iofue 17. v. 11. & Iudith. 1. v. 8. Nos voces ipſas Hebraicas retinimus גֵּבַע-ſemanim gbe-ſemanim, quod eſſet nomen proprium vallis cuiuſdam inter urbem Ieruſalaim & montem oliuarum prope urbem, quæ Matthæi 26. v. 36. Luxata voce dicitur, Geth-ſemani. ſic dicta ob oleum & pinguedinem proximi montis : à qua vt re notiffima & proxima, ob pinguedinem & fertilitatem videtur Iſaias Samariam ſeu regnum Iſraeliticum denominafſe, eique comparafſe : Vide Mercerum, & Bertramum in Theſauro Pagnini, colum. 391. Marinum in Arca Noë, & lib. 11. Noſtrum de Antichriſto. cap. 8. ſic infra verſ. 4.

VERS. 2.

ECCE VALIDVS ET FORTIS DOMINVS, &c.] Variè alij hunc verſum ex Heb. transfundunt : 1. Ecce dies, vel exercitus, validus & fortis Domino. id eſt, quem miſſurus eſt Dominus ; tanquam inundatio grandinis, & turbo exciſionis, vel exitij, ſeu turbo excidens, velut inundatio aquarum fortium inundantium. quæ deiecit in terram in manu. id eſt, valide ac fortiter. 2. Ecce pertinax & vehemens à Domino velut imber grandinis, horror euulſionis : ſicut imber aquarum copioſarum inundantium, qui deiecit in terram cum manu. id eſt, Vi ac prævalida violentia. Hæc autem omnia aiunt ſignificare hoſtium aduentum, qui regnum Iſraeliticum deuſtaturi erant. 3. Ecce fortis & robustus, exercitus Domini, veluti nimbus, ſeu procella grandinis, & turbo confringens ; veluti nimbus aquarum validarum inundantium, valide in terram ſe demittet. vel qui deturbat valide in terram omnia, in quæ incurrit. 4. Ecce ſingularis explicatio maledictionis, à perſona Aſſyrij, quem Deus erat in Iſraelitas immiſſurus, à malorum grauitate, quæ erant peſſuri : robustus & fortis Domino : nimirum Schalman Eſer Aſſyrius cum copiis, adminiſter iudiciorum Dei contra Iſraelitas : ſimilis inundationi grandinis, turbini exitiali, ſimilis inundationi equarum validarum exundantium, deſiciet in terram manu. Videlicet, vna, q. d. nullo negotio : nam regnum totum intra triennium occupatum eſt.

VALIDVS.] חָזַק chazak, intenus, obſertus, firmus, pertinax, vehemens impetuoſus, valens, validus, robustus.

FORTIS.] אָמִיץ amitz, ſurrectus, erectus, ſtrenuus, obſertatus, fortis.

DOMINVS.] Heb. in datiuo : ipſi Domino. id eſt, vel à Domino, vel Domino miniſtrans.

SICVT IMPETVS.] זֶרֶם zereſ, fluxus aquarum ſubitanens, & repentinus ac impetuoſus, imber, nimbus rapidus, fluctuatio & inundatio præceps, quæ ex abrupto fit, cataracta. vide ſupra cap. 4. v. 6. ſic ſtatim.

TURBO.] טַרְבּוּן sagbar, cum ſcin ſiniſtro, proprie, formido, horror, horripilatio. Plerique tamen Schin ſemol poſitum pro Samech volunt, vt paſſim fit, id eſt, horribilis tempeſtas, procella, turbo

CONFRINGENS.] כֶּטֶב keteb, auulſio, conuulſio, ſucchiſſio, excidium, exitium, vide in Deuteron. 32. v. 24. Poſteſt autem hîc reddi ſyn-

taſtice, turbo auulſionis, ſeu exitij, hoc eſt, exitialis : vel ſine ſyntaxi : horribilis tempeſtas, auulſio, excidium.

MULTARVM.] כַּבְּרִים chabbirim, multiplicium, copioſarum, validarum, vehementium, denſarum : Vide in Iob 8. v. 2.

EMISSARVM.] הִנִּיחַ binniach, depoſuit, deſiſit, deiecit, pauſare fecit, ſtatuit, collocauit.

SVPER TERRAM SPATIOSAM.] Heb. in datiuo, terra, vel ad terram in manu. Noſter intellexit, in ſpatio, extensione, id eſt, ſuper terram ſpatioſam, vt ſupra cap. 22. v. 18. alij, id eſt, cum potentia, valide, fortiter : vel vna manu, id eſt, facile, nullo negotio.

ET ERIT FLOS DECIDENS GLORIÆ VERS. 4. EXULTATIONIS EIUS, &c.] Alij hunc verſum ita ex Heb. transferunt : 1. Eritque flos decidens, vel deciduus gloria decoris eius, quæ eſt ſuper verticem vallis pinguium : ſicut præcox ficus, quæ venit ante fructus æſtatis ; quam quum videbit videns dum adhuc fuerit in manu eius deglutiet eam. 2. Et erit flos marcidus, incunditas decoris eius, qui eſt iuxta caput vallis pinguedinum ; ſicut primum ante æſtatem, quod videbit videns, dum adhuc ipſum in vola ſua deglutiet illud. 3. Erit autem velut flos deciduus gloria decoris eius, & ſuper quorum caput eſt vallis, ſeu annis unguentorum, erunt vt ficus præcox ante æſtatem, quam vbi quis viderit, & quum adhuc fuerit in manu eius, abſumet eam. id eſt, gloria incluta regni, Iſrael, erit ſicut flos, qui facile marceſcit & decidit : vtque ſtudioſi & auidi præcocium fructuum, illos decerptos ſub ipſa arbore ſtatim deuorant : ſic venient hoſtes, qui Iſraelitas madentes unguento, & diffluentes deliciis ſtatim auferant, & abſumant. 4. Vſuque ueniet deciduo flori, decoris gloria eius, quæ eſt in capite vallis opima, quod præcoci fructui, antequam autumnus ad eſt, quem ſimul atque vidit aliquis, dum adhuc in manu eius eſt, eum deuorat. 5. Tum erit velut turba florum caduce plantæ decor ornatus illius quiſquis præeſt valli pinguiſſima ; vt fructus præcox, quum nondum eſt æſtas, quem vbi videt quiſpiam, dum adhuc eſt in manu ſua, deglutit. id eſt, velociſſimè decerpatur, & auidiſſimè conſumetur, vt ſequentia verba explicant : nam vna expeditione regnum Iſraelitarum deletum eſt : non autem læpius reſtitutum, vt regno Iehudæorum fecerunt Babylonij. Prius hemiſtychium iam ſupra habes verſ. 1.

TEMPORANEVM.] בִּכּוּרָה biccurah, ſingulare fæmineum, primogenita, primitiua, præcox-ficus, aut fructus : nec dubitauerim inde factum Valentinum noſtrum nomen quo præcoquas ficus, ſeu groſſos, bacoras vocamus.

IN DIE ILLA ERIT DOMINVS, &c.] vel tempore illo erit IHVH, &c. Secundus locus prophetiæ de regno Iehudæ, vt diximus in verſ. 1. Notant autem huius prophetiæ eſſe partes quatuor ; prima eſt, promiſſio ſalutis in Iudæa permanſuræ, quum proſtigabitur Iſrael, duobus verſibus : ſecunda, querela de peccatis Iudæorum, & conteſtatio, inde à verſu 3. ad 14. tertia, denuntiatio iudiciorum Dei in futurum, vſque ad verſum 22. poſtrema, conſuſio à doctrina & vſu ſuperiorum

rum omnium, ad finem usque. Tempus, autem illud intelligit, quo fuerunt Israelitae profligati, & Iudaei seruati incolumes.

CORONA GLORIAE, ET SERTVM EXULTATIONIS RESIDVO POPVLI SVI. ] Alij : 1. ad coronam decoris & diadema gloria reliquiis populi sui. 2. pro corona decoris, & pro diademate, seu cidari, ornatus, reliquo populo suo. id est, erit gloria, decus, & ornamentum Iudaeorum. Residuum populi sui vocat reliquas duas tribus Iehudae, & Benjaminis. 3. Forsterus : in coronam incunditatis, & in onaturationem, seu manicationem, siue in folliculum, decoris reliquiis populi sui. תפירה תפירה, inquit, proprie maturatio, vel manicatio à verbo צפף תפירה, mane exortum est, manicavit, mane excitatum est, maturavit, Iudic. 7. v. 3. & hoc nomine appellant Hebraei folliculum, qui manè, id est, statim protruditur. Sed nihil tale apud Hebraeos reperio, inquit, Mercerus. Verum Forsterus non de Hebraeorum doctoribus, sed de ipsis sacris Scripturis intelligit. Doctores autem Hebraeorum תפירה, gyrum, circuitum, ambitum, inde cidarim, seu diadema, quod caput cingat & circumuoluat, interpretantur. Nonnulli tamen, causam, seu sententiam-maturam seu maturam exponunt, quod circumuoluatur. Expositio Forsteri eò aptior videtur, quod flori deciduo Ephraimi vers. 11. & 4. opponat maturacionem seu folliculum viuicidam, ac vegetum Iehudae.

VERS. 6.

ET SPIRITVS IVDICIJ, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt : 1. Et in spiritum iudicij sedenti super thronum iudicij, & in robur reducentibus, seu orientibus praelium usque ad portam. id est, propulsantibus. q. d. dabit virtutem ac robur his, qui vertent in fugam hostes suos, fugabuntque eos usque ad portas urbium illorum, in quas illi se recipere conabuntur. 2. & in spiritum iudicij sedenti super tribunal, & in firmitudinem reducentibus bellum ad portam. id est, faciet ut domi, ac militiae pace belloque bene sit Iehudaeis : in pace enim exercentur iudicia. illud, reducentibus bellum ad portam. bifariam accipiunt, vel quod Deus sit robur ac praesidium, praelium reparantibus ac reuocantibus, seu redintegrandibus usque ad ipsas inimicorum portas, id est, ut nunquam fatientur hostium caede, nec desistant eos insequi quousque eos intra suas vrbes compellant, vel sit periphralis stationariorum seu praesidiariorum militum, qui in propugnaculis portarum urbium semper stationem habebant ad arcendos hostes, & suos e praelio reuertentes excipiendos. 3. & in spiritum iudicij sedenti super tribunal, & in robur auertentibus praelium à porta. siue transferentibus bellum ad portam. id est, Dabit Deus ipsi Ezechiae gratiam, ut aequissime iudicet : & robur iis, qui verterint hostes suos in fugam, & persequuti eos fuerint usque ad portas urbium suarum. 4. & pro spiritu iudicij : id est, auctor erit, effectorque iudiciorum, quae in Iudaea pacis ac belli tempore fuerint opus : ei, qui praesidebit iudicio. id est, regi, & omnibus militiam forenses exercentibus : & viris potentibus, seu & potentibus regibus. *Ad aluenda, In libr. Isaia.*

rentibus bellum in portam. id est, ducibus militibusque hostem non tantum propulsantibus, sed etiam inuadentibus terminos illius : vt 2. Reg. 18. vers. 8.

VERVM IJ QVOQVE, &c. ] Hunc versum alij ex Hebr. refundunt : 1. & isti quoque propter vinum errauerunt, & propter sechar errauerunt in visione, impegerunt in iudicio. 2. Et etiam illi, id est, tribules Iehudae & Benjaminis, in vino perplexi sunt, vel hallucinati sunt, & in sicera aberrarunt, sacerdos & propheta perplexi sunt ob siceram, obrui vino, errant ob siceram perplexi sunt in videndo, vacillant in discernendo. vel hallucinati sunt in visione, errauerunt in recto iudicio. id est, neque rectè interpretati sunt Scripturas, neque rectè iudicauerunt. De falsis prophetis loquitur. 3. Veruntamen etiam isti vino errant, &c. secunda pars istius prophetiae, vt diximus in vers. 5. continens primum quorimoniam de indignitate Iudaeorum, vers. 7. & 8. deinde contestationem usque ad vers. 14. praeses ac propheta errant potu-inebriante : praesidem reddunt vt Genes. 41. vers. 45. nam interpretationem hanc alteri, quae exponit sacerdotem, praefertunt, propter finem versus, quem huc pertinere non dubitant : absorbentur à vino, oberrant pra potu-inebriante, errant in functione-videntis. id est, prophetae : iurabant in indicatione, absorpti sunt à vino. Potest reddi : degluti sunt, de vorari sunt, praecipitati sunt, à vino.

IGNORAVERVNT IVDICIVM. ] Variè ex Hebr. conuertunt : 1. Kimchius, Sanctes, Marinus, Montanus, Schindlerus : impegerunt, offenderunt, corruerunt in iudicio. Hispanicus Interpres : tropeçaron en el iudicio. 2. Vatablus : errauerunt in recto iudicio. 3. Leo Iudas, & Schindlerus, nutant, vacillant in discernendo. 4. Burtorfius, Tremellius & Iunius : iurabant in indicatione. Forsterus, Auenarius, & Forerius : eructauerunt iudicium. id est, inter vomitus & ructus vini, proferebant iudicium : vel tam turpiter & inconsiderate iudicium ferebant, quam ebrius vinum ructat & euomit, aut inter pocula & ebrietates de rebus maximis decernebant. Perstat in metaphora, seu veritate ebrietatis, quam cepèrat. 5. Mercerus : dimoti sunt à iudicio, seu impegerunt in iudicio. 6. Aben-Ezra transitine : indices dissoluerunt, dirinuerunt, vel mutare fecerunt iudicium. Nos aptè : luxarunt iudicium. id est, rectitudinem, integritatem, compagem, soliditatem iudicij dissoluerunt, distorserunt, & suo loco mouerunt : vt membra luxari dicuntur.

ITA VT NON ESSET VLTRA LOCVS. ] VERS. 8. Alij : 1. absque loco, vel in non loco. id est, vt iam nullus sit locus sedendi aut consistendi in eorum tricliniis, pra exundantibus stercoreibus. 2. non superest locus. videlicet vacuus & purus à sordibus & immunditie ipsorum.

QVEM DOCEBIT SCIENTIAM, &c. ] VERS. 9. Alij ex Hebr. 1. Quem igitur post hac docebit scientiam ? id est, quem deinceps doctor quispiam docebit scientiam Dei ? & quem faciet intelligere auscultationem ? id est, prophetiam. q. d. quem poterit docere ea, quae spiritu edocentur.

cente audiuit à Deo? *ablactatos nimirum & ab uberibus auulsos. vel similes sunt ablactatis à lacte, auulsis ab uberibus.* id est, sunt similes pueris imperitia. 2. *Quem doceret scientiam, & cui proponeret intelligendum documentum? depulsis à lacte, auulsis ab uberibus?* Contestatio contra Iudæos per occupationem. Dicitis fortasse (inquit propheta) vos non ita absorberi à vino, & in peccatis sepultos esse, quin adhuc possitis percipere spiritum iudicij à Domino, imo vos spiritum illum obtinere: sed frustra illud obtenditis: nam primum non magis valetis sensu ad percipienda documenta iudiciorum Dei, quam pueruli, sensu infantes estis, hoc versu; deinde vero non estis infantes malitiâ, sed scurræ, derisores & contemptores Dei, vers. 14.

VERS. 10.

QVIA MANDA REMANDA. ] צו לצו *tzau, laizau.* Noster vtrumque pro imperatio accepit: alij prius imperatium, posterius infinitium faciunt; *manda mandando:* sic in sequenti לקו קו *Kau lakau, expecta, expectando.* Plerique tamen omnia nomina esse volunt: vnde reddunt: 1. *Mandatum ad mandatum, mandatum ad mandatum: linea ad lineam, &c.* 2. *Nam ut pueris datur eis mandatum post mandatum, mandatum post mandatum; linea post lineam, linea post lineam, &c.* q. d. adeo rudes, & tardi, ac stupidi sunt, vt sint docendi sicut pueri paulatim & sensim, multa illis simul tradenda aut inculcanda vno impetu non sunt, sed sigillatim vnum præceptum nunc, deinde aliud, vnam libri lineam seu versum prius, postea aliam: *parum ibi, parum ibi.* id est, paululum nunc ex vna parte libri, cras iterum paululum ex altera parte libri vt sensim & pedetentim, quo capere possint, eis, tanquam pueris ediscenda instillentur. Quidam existimant prouerbialem fuisse loquutionem, eo tempore vsurpatam, vt nunc dicimus de pueris & imperitis, *No sabe, ô aprende el A, B, C, siue el Be à Ba,* qua significabant aliquem nescire, vel vt puerum ediscere prima litterarum rudimenta: T Z A V L A T Z A V, K A V L A K A V, &c. quæ frequens tunc fuerit in ore puerorum, vt nunc Hispanicè pueri passim loquuntur, *passa el A, B, C, ô el Be à ba, ô la cartilla.* 3. *Quia præcipe ad præceptum, præcipe ad præceptum: expecta ad expectationem, expecta ad expectationem, pusillum hic pusillum istic.* Carpit Iudæos, quod cum sannis exciperent verbum Dei per prophetas denuntiatum, & mimesi quodam cum contemptu & irrisione voces eorum imitarentur, quibus illi denuntiabant populo, Deum illa & illa præcipere, expectandas esse minas Dei, quæ cito & intra breuissimum tempus casuræ essent in populum. 4. *Cum præceptum præcepto, præceptum præcepto; delineatio delineationi, delineatio delineationi, pauculum hic, pauculum illic fuerit additum.* Ergasia proxime præcedentis criminationis in Iudæos de infantia & inscientia illorum, quatuor versibus: sic enim argumentatur propheta: Neque puerilia rudimenta domesticorum, & minutissimæ accuratissimæque præceptiones, & institutiones à Deo propositæ; neque extraneorum

durities profuit ad vos informandos, neque patèrnum imperium tribus versibus: sed his omnibus tanquam insipientissimi pueruli abusi estis in perniciem vestram vers. 13. *ecquis vestrum ergo est, quem doceat Deus? præceptum præcepto, &c.* Alludit propheta ad viam illam facilem, qua informantur pueri, quibus præceptiones subinde dantur, & inculcantur, & manus ad scriptionem ducitur, denique documenta singularum rerum singulis prope momentis, quam facillime fieri potest traduntur eis: quod officium per prophetas erga populum Iudæorum à Deo factum esse constat, vt 2. Paralipom. 36. v. 12.

EXPECTA REEXPECTA. ] לקו קו *kau lakau,* omnia ista complectuntur: 1. *expectatio, expectationi, seu ad expectationem.* 2. *regula, regula.* 3. *filum filo.* Hispanicè, *hilo à hilo, perfiladamante.* 4. *norma normæ.* 5. *linea linea.* Hispanicus Interpres: *reglon tras reglon.* 6. *adificium seu structura, post adificium.* quia præceptum instar ædificij est. rectè instituto congruit, delineationis, seu lineæ significatus.

IN LOQVELA ENIM LABII & C. ] Variè alij **VERS. 11.**  
ex Heb. 1. *Quia balbutientibus labijs.* 2. *Quia in balbutiis labij,* id est, blæso seu balbutiente sermone. 3. *Quoniam blæsitibus labijs,* id est, blæsis & balbutientibus labijs: ac si dicat similes inquam erunt pueris rudibus: nam verus propheta, qui eos docebit, videbitur illis loqui lingua blæsa, & balbutiente; adeo alienus è sacris erit ipse populus propter ebriositatem sacerdotum ac prophetarum eius. 4. *Quum ridiculis labijs,* id est, peregrinis, quia vulgo peregrinus sermo non intellectus, ludibrio est: *vel cum peregrino sermone, & lingua exotica alloquutus sit populum istum Iehoua.* q. d. Quum Deus pueros facilibus & obuiis domesticorum suorum documentis non credentes, per extraneos in Iudæam introductos exercuerit & castigauerit: quod sæpius factum fuisse commonstrant sacræ historiæ. Secundum ad infidelitatem Iudæorum euincendam argumentum, vt loquitur Paulus 1. Corinth. 14. v. 21. 5. Forsterus: [ *לח לחהגח, sanna, subsannatio, ironia, obliqua loquutio, sarcasmus: & in plurali statu regiminis Isaia 18. 11. passiuè vsurpatur: sed per subsannationes labij, & linguam aliam loquetur ad populum istum id est per balbutiones labij, quos alij subsannabunt. Loquitur de stulta prædicatione Euangelij, quam sapientes huius sæculi subsannabunt. Primæ Corinth. 1. ] Quod nimirum sine subsannandi prædicantes Euangelium, tanquam stulti forent, & balbutirent apud sapientes huius sæculi. Forerius hæc annotat. [ *Passiuè hoc loco pro subsannationibus labij, id est, balbutientibus labijs, quod vitium subsannationi subiectum est, accipitur: pro quo Apostolus sensum considerans, & verba transponens, dixit. Labijs aliis vt eodem acceperis, balbutiones labij, & linguam alteram: vt non hic linguam peregrinam sed immutatam prolationem, qualis solet esse eorum qui cum balbutientibus volunt balbutire, accipiamus: quemadmodum dicebat Paulus ad quosdam, qui ad infantiam redierant, Galat. 4. v. 19. & 20. Filioli mei quos iterum parturio, donec**

donec formetur Christus in vobis. vellem autem esse apud vos, & mutare vocem meam.] Nec inepta nec incuriosa observatio.

**VERS. 12.** CUI DIXIT: HÆC EST REQUIES MEA.] Alij. 1. ad quos dixit verus Propheta: Hæc requies est, nimirum qua potestis refocillare lapsum &c. vt sequitur. 2. Qui loquutus ad eos fuerat. nempe sacerdotibus & prophetis falsis verus propheta dixerat: Hæc requies, subaudi, erit vobis, id est, bene vobis continget, & non deportabimini. 3. Cum dixerit eis, Hæc est ipsa requies. Tertium argumentum ad euincendam infidelitatem, quasi dicat, Cum Iudæi ab extraneis vexati atque agitati audierint Deum sibi redintegrantem promissiones suas, nisi per ipsos staret, quominus eas obtinerent: vt 2. Reg. 21. v. 8. & 9.

REFICITE LASSVM.] Alij: quietem tribuite lasso, id est, siquidem lassi estis, & cruciatibus magnis fatigati, videte vt quietem hanc obtineatis seruando præcepta mea. 2. requiem præstate lasso. q. d. vos & sacerdotes, & pseudo propheta finite in pace populum; & date requiem populo huic fesso & defatigato, iam multa perpeffo propter ignorantiam Dei & peccata sua, quod mendacis vestris crediderit, definite fallere ipsum: si veram doctrinam ipsum docueritis desinet affligi, & quietem consequetur.

ET HOC EST REFRIGERIVM MEVM, &c.] Quidam: & hæc est respiratio: & noluerint auscultare.

ET NOLVERVNT.] Heb. & non amauerunt, אבן abu, scribitur cum Aleph paragogico seu redundante: fortasse ad indicandum præfractum & obstinatum animum eorum, qui nullo modo documentis diuinis obtemperare voluerint. q. d. non utcunque, sed peruicari obstinatione reuertunt.

**VERS. 13.** ET ERIT EIS VERBUM DOMINI, MANDA REMANDA, &c.] Quidam hunc versum exponunt: Sed fuerit eis verbum Iehouæ, Præceptum præcepto, delineatio delineationi; pauculum hic, pauculum illic; vt pergerent, & corruentes retrorsum confringerentur, & irretiti caperentur; Id circo audite verbum Iehouæ viri irrisores, &c. vt sententia cadat in sequentem versum, id est, ac potius omnia illa documenta Dei, (de quibus supra v. 10. quæ hic synecdochice intelligenda sunt) Iudæorum improbitate in ruinam ipsorum conuersa sint: vt infidelibus Euangelium, & omnia quæ Deus exhibet per se salutaria, odor eis sunt mortis ad mortem per ipsorum vitiū. 2. Corinth. 2. v. 16. Quali dicat, verbum ipsum Domini, & omnia ipsius documenta, quæ domestice & sigillatim, paulatimque ac sensim ipsis Iudæis tanquam pueris ediscenda proposita sunt; erunt eis in ruinam, ac perditionem.

**VERS. 14.** PROPTER HOC AUDITE VERBUM DOMINI VIRI ILLUSORES &c.] Heb. Idcirco audite verbum Iehouæ homines illusionis, sine irrisionis, id est, viri illusores, seu irrisores, &c. Tertia pars, denuntiatio iudiciorum Dei, vt dictum est in vers. 3. in qua propheta Iudæis primū omnis excusationis speciem adimit, exprobrans impietatem summam, & ludifi-

Maluenda, In libr. Isaia.

cationem Dei, duobus versibus: postea iudicium seuerissimum prædicit, vers. 16.

PERCVSSIMVS FŒDVS CVM MORTE] Heb. **VERS. 15** Exscidimus, ferimus, icimus, pepigimus fœdus ad mortem: vel cum morte: id est fœdere cum ipsa transegimus, ne nos inuadat, aut occupet. q. d. nos ab omni malo sumus securissimi. Hæc & sequentes sunt Thrasonicæ hyperbolæ

ET CVM INFERNO FECIMVS PACTVM.] Alij ex Heb. 1. & cum sepulcro fecimus visionem, id est, coram & in præsentia venimus in colloquium pacis causa: colloquuti sumus cum illo ne nos absorbeat. Hispanice dicemus: venimos a vistas conel sepulchro. vt scilicet cum eo de pace transigeremus. 2. & cum sepulcro fecimus complicationem. seu apprehensionem. ex significatione verbi חזק Chazak Job. 8. v. 17. id est, amicitiam, societatem, pactum, quod complicatione & apprehensione manuum paciscentium fieri solet. 3. & cum sepulcro fecimus videntem. id est, speculatorem: hoc sensu; posuimus speculatorem cum sepulcro, qui nos aduoneat de tempore aduentus eius, quum appropinquabit, vt liceat repellere. 4. Forsterus: & cum inferno fecimus visionem, seu provisionem. id est, commeatum tanquam socij simul nauigantes vel itinerantes. Chaldæus verit schelama, pacem, quod inuiti amicitiam, aut fœdera, prius conuenientes inuicem conspiciebant: vt in historia regum cerneret licet 5. Tremellius, Iunius & Buxtorfius: & cum sepulcro fecimus provisionem. id est, prospeximus, prouide eius, vel egimus cautum, id est tantum nobis prospeximus, quantum viri cauti & prudentis est prospicere 6. Schindlerus à חזק chuz deducit: & cum inferno fecimus terminum. id est, præfiximus sepulcro terminum, quem non transeat. vel pactum ad quod quis respicit, & in eo fidit, ac sperat. חזק Chozek, potest esse participium vel nomen participiale, egimus videntem, prouidentem, cautum: aut nomen substantiuum, fecimus visionem, prouisionem, provisionem.

FLAGELLVM INUNDANS.] Quidam reddunt: Circuitus, orbis, inundans, id est, ambitus, seu circuius malorum cum magno impetu omnia peruastans. Alij: Flagellum, scutica. inundantis, cum transibit, non obueniet nobis, id est, malum repente in vadentis Dei; vt torrentes solent irrumperè: duplex allegoria, qua Propheta vsus est ad seruandam antonomasiam. Nonnulli: vt quum inundans vastatio pertranseat, non perueniat ad nos.

QVIA POSVIMVS MENDACIVM SPM NOSTRAM.] Alij 1. quamuis posuerimus mendacium refugium nostrum. 2. quia posuimus mendacium receptaculum nostrum. Putant, Iudæos hic mendacium ironice appellare, vel deos alienos: vel iustitiam legis sine fide, quæ omnia falsa, mendacia, & hypocritica Deus & propheta vocabant: quasi dicant improbi isti: quia nitimur diis, & iustitiæ nostræ, quæ nos eripiant à malis, quæ vos propheta mendacium inmerito appellatis. 3. quia disponimus fallaciam receptum nostrum. id est, vt moles & obices opponuntur aquis irrum-

pentibus, ita nos aduersus ista mala, quæ interminaris nobis, sagacissimè prospeximus, velut obiectis aggeribus, quos tu fallacia nomine, & mendacij appelles licet, nos tamen illis freti in securitate viuimus.

ET MENDACIO PROTECTI SVMVS. ] Heb. *et in falsitate, seu falso, fallacia absconditi, vel occultati sumus. seu abdidimus nos. ne nos malum ingruens inueniat.*

VERS. 16. IDCIRCO HÆC DICIT DOMINVS DEVS. ] Heb. *Ad sic.* Hispanicè *Ansi*, sic dixit Adonai Ihu. quidam: *Idcirco ita ait Dominus Iehoui.* Perperam pronuntiant Iehoui cum iungitur nomini Adonai: vide Genes. 15. v. 2. Iam sequitur, inquit, hîc denuntiatio iudicij, vt in vers. 14. dictum est: qua exponitur primum, quæ sit causa & fundamentum omnia iudiciorum Dei, nimirum, Christus, qui vnus salutis piorum & exitij infidelium effector est, hoc versu: deinde quæ forma iudiciorum in derisores istos futura sit, versibus sequentibus.

ECCE EGO. ] Notant inesse emphaticam exprobrationem aduersus incredulos particulæ demonstrandi & toti huic orationi, q. d. Ego ab æterno posui fundamentum Ecclesiæ Christum, eundem vobis exposui, & Ecclesiæ toti, vt fide adhærentes ei, non traduceremini præcipites ad amplectenda studia & iudicia carnis vestræ: sed fide in ipsum (quæ est demonstratio rerum futurarum) patienter expectaretis opus Dei: iam verò cum omissio Christo, abiectaque fide, festinetis ad res præsentis, quæ amantes sui omninò confuturæ sunt, propterea disponam & c. vt versu sequente. Hanc esse volunt totius huius versus complexionem.

ECCE EGO MITTAM IN FVNDAMENTIS SION LAPIDEM.. ] *יד' Iissadd* plerique nomen participiale esse volunt: *Ecce ego fundator in Tzijone lapidis.* pro *Ecce ego fundo in Tzijone lapidem.* Hypallagen esse volunt, pro, fundo Tzijonem in lapide. Quidam: *Ecce ego fundamentum posui in Tzijone lapidem.* Alij præteritum Piel putant: *Ecce me Christus fundauit Pater in Tzijone lapidem.* vt sint verba Christi de Patre suo. Perperam Auenarius: *Ecce ego. hoc facio, fundauit aliquis lapidem & c.*

*lapidem.* Christum; Psalm. 117. vers. 22. Matth. 21. v. 42. 1. Petri 2. v. 6.

PROBATVM. ] Heb. *probatioris: explorationis; examinis: periculi: experimenti:* vt supra cap. 23, v. 13. id est, qui probatus duritiam suam, & firmitatem retinet, & seruat, Hebræor. 4. v. 15. Alij, *probatioris*, id est, electum, veluti probatissimum quomodo interpretatur S. Petrus ibidem. Nonnulli: *munitioris.* id est munitissimum, firmissimum, solidissimum, qui nobis est munitio ac præsidium.

ANGVLAREM, PRETIOSVM. ] Heb. *angulum, seu pinnam pretiositatis, seu pretij.* Alij: 1. *anguli pretiosi*, 2. *pinnam pretiosissimam.* seu *pinnaculum pretiosum*, id est, qui sit in pinnam seu pinnaculum ædificij pretiosissimum. nimirum vt lapis iste sit fundamentum, angulus, & pinnaculum ædificij, id est, princi-

pium, medium & summum fastigium, Alpha, & Omega, & omnia in omnibus. Vide in Psal. 117. v. 22.

IN FVNDAMENTO FVNDATVM. ] מוסד מוסד *musad mussad*, vt utrumque participium passiuum Hihil, *fundatum fundatum*, vt geminatio augeat significatum, hoc est, *fundatissimum. solidissimum, apprimè & valide fundatum.* Nonnulli Hebræorum prius faciunt nomen, posterius participium: *fundamentum fundatum:* vel prius participium, posterius nomen: *fundatum fundamentum:* nam ad discrimen videtur prius esse raphatum, posterius daghesatum. Alij: 1. *fundamentum fundati seu fundationis.* 2. *fundamentum solidissimum.* 3. *fundationem fundationis, seu fundatissimam.* Vtrumque faciunt nomen substantiuum, sed prius in regimine, id est, cui omnes qui superstructi fuerint, non poterunt conculci, neque ab ipsis inferorum portis superari, Matth. 7. v. 24. & cap. 16. v. 18.

QVI CREDIDERIT NON FESTINET. ] Heb. *credens non festinabit.* Quia locus vtunque difficilis: libuit varias explanationes auctorum suorum verbis adducere. 1. Sanctes, Clarius, Vatablus: *Qui credit ne festinet subaudi, vt videat hoc, hoc est, ne existimet hanc prophetiam de lapide hoc ponendo breui esse adimplendam, & cito.* 2. Leo Iudas: *Fidens non festinabit.* 3. Forsterus pag. 38. *Quicumque credit, non festinabit.* [ *Hanc sententiam Paulus Romanor. 9. allegans, verbo πᾶς ὁ πιστεύων, id est, Quicumque fidei, transtulit. id est, quicumque fide acceperit verbum de misericordia Dei omnibus gratis promissa propter Christum, non trepidabit.* ] Sed vereor ne iste è grege protestantium, locum ad fiduciam iustificantem nouantium detorqueat, si de fide viua & per charitatem operante intelligat, recte dicit. Et pag. 238. [ *Qui credit non festinabit. [id est manebit constans in aduersis, & tranquilla conscientia non fugiet adueniente morte.]* id sequitur quoque Mercerus col. 654. Idem Forsterus pag. 332. *Qui crediderit, non trepidabit.* 4. Mercerus Colum. 121. [ *Qui credit, hoc est, qui fidei, non festinet.* Citat Paulus Romanor. 19. πᾶς ὁ πιστεύων ἐν αὐτῷ ἰσχυροῦς ἐστί, sensum magis reddens quam Verba: *qui verbum promissionis per fidem accepit, nec acceleret, nec etsi statim non impleantur Dei promissa, ideo animum despondeat: neque enim tandem confundetur, aut frustrabitur.* Alij exponunt *non trepidabit.* Sed Kimchi in Commentario sensum, quem articuli, exprimit. ] 5. Auenarius: *Qui credit, non festinabit.* Sed expectabit mature huius prophetiæ impletionem. 6. Forerius: [ *Qui crediderit, non pudefiet, ita reddiderunt Lxx. & eos sequenti Paulus Romanor. 9. v. 33. & Petrus 1. cap. 2. v. 6. Non est dubium quin verbum χυσιβ festinare significet: qui credit, non festinet. Scilicet videre, quod hîc pollicetur Dominus, quia non statim id futurum est: innuens quod si festinaret, pudefiet, non reperiens, quod se inuenturum putabat: atque idem sensus est Lxx. & apostolorum: Non alia conciliatio mihi probabilior apparet quam si dicamus, Hebræos verbo חושב festinandi in Hiphil vsi, sicut nos Hispani verbo*

*surrendi,*



currendi, pro erubescere seu pudefieri: nam qui erubescunt sese abdere festinant: reddemus ergo Hispanicis, qui credit, scilicet qua dicta sunt, vel in eum lapidem: quod eodem recidit, nose corra, quasi diceremus, non se proripiet festinus a conspectu hominum. Nam & verbo חַפְּפָר chaphar, infodiendi, pro pudefaciendi, videntur eadem ratione Hebraei passim: Vide supra cap. 1. v. 25.]  
 7. Tremellius, Iunius, Burtofius: Qui credit, non profestinat, accelerabit, id est, ex impatientia, & infidelitate ad res presentes non confugiet, ut fecit Achar supra cap. 7. & vos quoque, o irrisores facitis, qui manutis cum morte & sepulcro pacisci, quam pendere ex promissionibus Dei: quod vobis in confusionem, exitumque cessurum est: quamobrem hoc verbum per metalepsim a Græcis redditum est καταστροφῆς, vel καταστροφῆς, Romanor. 9. v. 33. & 1. Petri, 2. v. 67. Chaldaus exponit: Et iusti qui credunt in illis, quum venerit tribulatio, non commovebuntur. Hispanicus interpres. el que creyre, nose apressure.

VERS. 17.

ET PONAM IN PONDERE IUDICIUM.] Alij ex Heb. 1. Et ponam iudicium ad lineam, 2. Et exigam iudicium ad perpendicularum. Hebraea hæc omnia continent: Et ponam iudicium ad lineam, regulam, funiculum, normam, filum. id est, dirigam.

ET IUSTITIAM IN MENSURA.] Heb. & iustitiam ad libram, trutinam, libramentum, regulam, amussim, perpendicularum. Perseuerat in allegoria lapidis, anguli, pinnæ, fundamenti, quæ omnia ad lineam, regulam, & perpendicularum exiguntur. Vitruuius enim lib. 7. ait: [Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exiguntur..] Sentium huius hemistichij esse ajunt: tempore Christi: vigeant iudicium & iustitia, quàm exactissime & rectissime. Aliqui exponunt: Disponam enim iudicium ad lineam, & iustitiam ad perpendicularum, &c. Descriptio iudiciorum Dei, illustrata per antithesin peccatorum, quibus suæ comparantur pœnæ, & iustitia Dei sapientissima: atque huius veritatem propterea Deus metaphoricè appellat lineæ & perpendiculari nominibus.

ET SUBVERTET GRANDIO SPES MENDACII.] Variè alij ex Heb. 1. & verret grandio sp. m. mendacij, id est, more scoparum eiciet, siue quasi scopa amovebit inanem fiduciam. 2. & scopabit, repurgabit, abradet grandio protectionem mendacij. 3. & remouebit tanquam cineres grandio protectionem mendacij. Nos reddimus: & depalabit, expalabit, palis remouebit, palis purgabit, instrumento-pala auferet protectionem mendacij. 4. Leo Iudas: grandinis procella scopa instar verret mendacium fiduciam vestram. 5. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: & excernet, vel ut excernat grandio receptum fallacia, id est, ut quidquid extruxisset (velut straminea casa arenæ imposita) repentino Dei iudicio, ut grandine corruptatur. & torrentium impetu abripiatur, membro sequente: allegoriæ, ut Matth. 7. v. 24. & sequentibus. Excernere autem, quod dicit, accipiendum est de illis quasi ramentis populi sui, quæ se non tantum euerfurum scopis,

vt antea, sed etiam palam minatur eiecurum è medio suorum & quasi furcillis extrusurum: quod Hebræum verbum significat, vnde potes reddere: & exfurcillabit grandio, &c. Vide de voce in Exod. 27. v. 3.

ET PROTECTIONEM AQUÆ INVADANT.] Heb. & absconsionem aqua inundabunt, id est, illud latibulum ac receptum vbi se tutos putarant fore, aqua inundabunt, seu euerrent & abripiant. Alij. 1. Et latibulum aqua inundantes obruent. Hispanicus Interpres hunc versum ita reddidit: Y aiustare el mizio al cordel, y à niuel la iustitia: y granizo barrera la acogida en mentira, y aguas arroyaran el es condrixo.

VERS. 18.

ET DELEBITUR FOEDUS VESTRUM CUM MORTE.] Verbum חַפְּפָר chuppar in Pubal varie reddunt: 1. Et remouebitur, auferetur. 2. Et expiabitur, id est, amovebitur, cessabit, tolletur. 3. Et abolebitur, diluetur. 4. Et piaculum erit, vel Tanquam piaculum, & sacrilegium quoddam amovebitur, vt non amplius appareat. Nos apte diximus. Et oblinetur, obtegetur, operietur, abscondetur, occultabitur, occludetur, obcurabitur, obducetur, quasi induto arramento aut alio liquore delebitur, & corrupetur, inducetur fœdus vestrum cum morte. q. d. interlitum erit, sic sumitur id verbum Genes. 6. v. 14.

ET PACIVM VESTRUM CUM INFERNO NON STABIT.] Pro חֹזֶק chozek quod scribitur vers. 15. hic ponitur חַזְקָה chazukh, quod varie exponunt. 1. & visio vestra cum inferno non stabit, id est, amicitia seu fœdus. 2. & prouiso vestra cum inferno non erit stabilis, aut firma. 3. & cautio vestra cum sepulcro non stabit, aut subsistet, vide de hoc versu supra vers. 15.

VERS. 19.

QUANDO CVMQVE PERTRANSIERIT, &c.] Heb. A. vel de transire eum. Alij, A tempore transire ipsum. Proprie De sufficientia transeundi eius, id est, quandocumque opportune & sufficienter transierit ipse. Variè alij hunc versum interpretantur: 1. Ex quo tempore transire cœperit ipse, tollet vos, quoniam singulo mane transibit diu & noctu: & erit tantum pauor intelligere famam eorum, qua vobis conuigint, vel & fama eorum qua vobis accident, incutiet metum audientibus. Aut & fiet vt duntaxat vexatio faciat intelligere auscultationem, siue & erit vt terror, seu commotio, duntaxat intelligere faciat auditum, vel & erit, tantummodo terror faciet vt intelligant auditum. 2. Quando transierit, vos; quando summo mane transibit de die ac de nocte: & erit, tantummodo commotio intelligere faciet auditum, id est, ipsa castigatio eos intelligere faciet veras fuisse Dei minas, quas ex ore prophetarum audierit. 3. Mox vt pertransuerit hostis, rapiet vos: nam summo diluculo pertransibit, nocte & die, vt sit terror audire auditionem. seu famam. 4. Ex quo transuerit, interdum & noctu: id est, vbi cœperit in vos irrumperere, non desinet, donec pereatis è via eritque tantummodo commotioni, proponendo intelligendam auditionem: sic accipitur auditionis nomen infra cap. 53 v. 1. pro documento seu doctrina Christi: vel quum percipietur auditio, id est, neque tantum grauitate operum Dei commo-

uebimini in exitium vestrum; verum etiam verbo, quod nunc perulenter ludificamini; denique constetnabimini omnibus testimoniis presentiae Dei, à quo abhorrebitis tanquam iudice seuerissimo: hæc vt ita accipiamus facit comparatio vers. 9. supra.

VERS. 20.

COANGVSTATVM EST ENIM STRATVM &c. Alij hunc versum ex Heb. transferunt. 1. *Breuius enim erit stratum, quam vt possint se extendere in eo: & operimentum erit angustius, quam vt seipos possint colligere sub eo.* 2. *Quia abbreviatum est stratum, ita vt non sit extensio: & operimentum angustum vt fiat collectio.* q. d. vanæ spes vestræ vos tutari non possunt neque protegere. 3. *Angustum enim est stratum, ne superfluat, vel vt non supersit: subaudi, in quo se extendant. aut, quoniam contractus erit lectus, vt non sufficiat: & angusta erit stragula in colligendo, se, vel membra sua, id est, atctior erit, quam vt qui sub illa iacebit ea tegere ac colligere possit membra sua, volunt significari obliuionem Ierusalaim, in qua sic arctabuntur & constringentur omnia, vt vix sit locus consistendi aut se colligendi.* 4. *Angustior enim erit lectus, quam vt quis membra latius extendat: & operimentum strictius, quam vt se eo quisquam inuoluat, vel vt sub eo quis se componat aut colligat.* 5. *Nam breuius erit stratum, quam colliget se cubans.* Exgalia proximè præcedentis denuntiationis, Deum pertransituum interdium & noctu, Iudæos que grauitatem iudiciorum ex perturos, quod per hysterosin exponitur: primum enim nocturnæ angustiae, hoc versu; postea diurnæ, versu sequente ab exemplo demonstrantur. *breuius erit stratum, &c. infernè, nulla denique ex parte poterit se à flagellis Dei tegere quum colliget se cubans.* id est, corpus suum in arctum contrahet.

ITA VT ALTER DECIDAT. ] Heb. proprie ab extendere, distendere - sese-facere: ab excedere, excrescere, superflucere, exuberare, superesse sese-facere. Forsterus reddit: *Sed breuius est stratum à distendendo se.* id est, ne se distendere possit, ne extendatur, ne supersit.

VTVMQVE OPERIRE NON POTEST. ] Heb. secundum colligere-se sese-facere. Forsterus: *secundum colligere se.* id est, quam vt se colligant, seu colligere possint duo simul sub eodem oportorio.

VERS. 21.

SICVT ENIM IN MONTE DIVISIONVM STABIT DOMINVS, SICVT IN VALLE QVÆ EST IN GABAON, IRASCETVR. ] Alij ex Heb. 1. *Quoniam Iehoua exiliet, seu insurget in vos sicut in monte Perazim, & fremet vt in valle Gibeon.* 2. *Nam sicut in monte Perazimorum exurget Iehoua: id est, ita vos ex improviso opprimet citra humanam artem, vt olim Pelisthæos.* 2. Samuel 5. v. 20. & sequentibus: & 1. Paralip. 14. v. 11. & sequentibus. *sicut in valle ad Gibbonem.* Percussit enim iterum Phelithæos Deus inde à Gihbone Gezerum vsque, Samuel. 5. v. 25. & 1. Paralip. 14. v. 16. Alij allusum putant ad Iosue 10. v. 10. & sequentibus.

VT FACIAT OPVS SVVM, &c. ] Hoc posterius hemistychium varie ex Heb. conuer-

tunt, 1. *ad faciendum factum suum, alienum factum suum, ad colendum cultum suum, nothum cultum suum.* Ac si dicat, tam alienum est à Iehouah castigare suos, quam si cultum nothum & spurium instituisset: videtur sibi Deus falsum cultum peragere quum suos punit. Insignis hyperbole diuinæ misericordiae. Alij: 2. *ad faciendum factum suum, extraneum factum suum, ad operandum opus suum, alienum opus suum.* id est, insolens, & summe admirabile. vel grauitate supplicij, vel præter naturam Dei beneficam.

VERS. 22.

ET NVNC NOLITE ILLVDERE, NE FORTE CONSTRINGANTVR VINCULA VESTRA. ] Alij: 1. *Nunc igitur ne deludatis vos ipsos, ne inualecant vincula vestra.* id est, ne castigemini arctioribus vinculis. 2. *Et nunc ne illudatis vosmetipsos ne in valeant seu roborentur, aut fortificentur castigationes vestra.* 3. *Nunc igitur ne vobismetipsis illudatis, ne forte validiora fiant vincula vestra.* id est, Nolite, irridere, quæ vobis prædico, quod est vos ipsos deludete, ne Deus vos seuerius puniat. 4. *Nunc itaque ne pergatis ludificari.* Quarta pars huius prophetiæ, conclusio, vt dictum est in vers. 5. cuius in vniuersum loci sunt duo: prior, quo reuocat Iudæorum reliquias ad pœnitentiam, vt sibi præcaueant à malo, duobus versibus: posterior, quo Dei administrationem & veritatem asserit, vt tempestiue respiscant, vers. 24. & sequentibus: *vt non confirmetur vincula vestra.* id est, non constringamini valentioribus vinculis potentiae Dei, ac proinde victi non permaneat, donec, exardescente igne iræ Dei consumamini: q. d. peccatis vincula hominum confirmantur; soluuntur respiscencia ac pœnitentia, videte ergo vt respiscatis maturè.

CONSUMMATIONEM ENIM ET ABBREVIATIONEM AVDIDI, &c. ] Alij: 1. *quandoquidem consumptionem & excisionem audiui à Domino Iehoua Tzebaoth super vniuersam terram.* 2. *quia consumptionem & concisionem audiui, &c.* 3. *quoniam consummatam & expolitam Ecclesiam audiui, &c.* Sed hæc expositio instituto non congruit. 4. *quia consumptionem, & eam quidem decisam, id est, definitam, decretam, certam, audiui à Domino Iehoua exercituum super vniuersam terram.* q. d. reuelauit mihi Dominus certo euenturam destructionem vniuersæ terræ Iehudææ. 5. *consummationem, & quidam præcisam, id est, inuitabilem audiui à Domino Iehoua exercituum contra totam hanc terram.* nisi respiscatis, vt modo dictum est: nam hæc promissiones & minæ hypotheticæ sunt ex Lege. Vide similem loquutionem supra cap. 10. v. 22. & 23.

NVMQVID TOTA DIE &c. ] Alij hunc versum ex Heb. reddunt 1. *Nunquid tota die arat arator ad seminandum? confringit, & comminuit glebas terræ suæ?* 2. *Num agricola omni tempore arat, aperit, & contundit tellurem suam ad seminandum?* 3. *An arator omni die arat? soluere solet boues, & comminuere glebas agri sui?* Complexionem huius parabola vsque ad finem capitis, qua Deus ad bona opera hortatur. ita quidam statuunt. Non semper arat arator, qui arare solet vt fe-

VERS. 24.

mentem

mentem faciat: sed primum arat, & quum aliquot diebus arauit, postea soluit boues, & glebas contundit: vbi autem glebas comminuit, & agri superficiem æquauit occa aut alio instrumento, sementem facit: postremo messem maturam demetit, & legumina illa colligit & triturat: omnia legumina quidem lenius, & messem grauius, quod grana tritici non facile excutiantur. Agricola, Deus est; Israel est ager, semina dona Dei sunt, & lex; grana, quæ excutiantur messe & leguminibus maturis, sunt bona opera: vt autem agricola colit agrum, & postea tritico aut leguminibus ferit; ita Deus colit animos nostros, & illos postea ferit lege sua & dotibus: & vt agricola tandem exigit fructus ab agro, quem coluit, ac messem & legumina ipsa excuit trituratione leuiore & grauiore: sic etiam Deus tandem à suis, quos lege sua donauerit, & donis suis affecterit, bona opera iure quodam suo exigit, & illa per tribulationes grauiores, leuiore velut trituratione quadam elicit & excutit. Deus triturator est, qui dum à suis elicere vult fructus bonorum operum, affligit illos, alios quidem grauius, alios vero leuius pro constantia & robore fidei. 4. *Auditorum diem arat arator ad seminandum? sulcat & occidit terram suam?* Secundus conclusionis locus, quo propheta administrationem & veritatem Dei asserit, per comparationem agricolæ, vt illusores humano exemplo euincat suo tempore iudicium Dei euenturum, & pios consummet in expectatione eius: Sua sunt inquit propheta, rebus omnibus agendis tempora, nouandi, arandi, occidendi, æquandi, ferendi, metendi, colligendi, & excernendi grani, & suæ rationes singulis; quæ omnia agricolarum prudentia discernit à Deo indita: qui ergo posset Deus auctor prudentiæ vacare prudentiâ in administratione sua? populum suum quodammodo nouauit, arauit, occidit &c. iam vero audiui tempus messis impendere, quod vocatur consummatio præcisa, supra vers. 22. ne itaque amplius ludificemini. Nonnulli in eandem fere sententiam exponunt, q. d. Hanc rationem administrandi agri à Deo didicit agricola: auditorum autem animis relinquo vt ratiocinationem conficiant: Si Deus agricolam docuit, vt sciret qua ratione singulæ fruges ferendæ, metendæ, & triturandæ essent; nonne Deus ipse multò melius intelliget qua ratione, & qua mensura, quoque tempore castigandi sunt homines, & quandiu flagellandi? quare ergo committetis, vt velut imperitus agricola vsque ad consumptionem & excisionem vos terat? hanc enim vobis impendere à Iehoua audiui.

PROSCINDET.] Hebr. *aperiet*. id est, exarabit, sulcabit, proscindet, vel fodiet. Valentinus dicimus, *exobrix*.

ET SARRIET.] Futurum Pihel *יהדד* *iesaded*, quidam quasi scriptum esset cum Scin dextro exponunt: *vastabit*. id est, confringet, contundet. Caterum exemplaria cum Scin sinistro habent: id est, *occabit*. vide in Iob 39. v. 13.

VERS. 25. GITH.] *קצח* *ketzach*, omnes ferme con-

sentiunt esse *gith*, quod ex Græcis alij *melanthion*, alij *melaspermion* à nigro semine vocant. optimum, quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum: de quo vide Theophrastum lib. 1. Historiæ plantarum, cap. 22. Plinium lib. 20. cap. 12. & lib. 19. cap. 7. & 8. Dioscoriden lib. 1. cap. 47. & lib. 3. cap. 93. Buellium lib. 2. de Natura stirpium, Lemnium de Herbis Bibliacis, cap. 13. aiunt dici quoque nigellam, à nigrore seminis, Hispanicè, *nequilla*, Arabice, Hispaniceque *axenuz*. Aufonius in Monosyllabis:

*Est inter fruges morsu piper equiparans gith.*  
Sic infra vers. 27.

TRITICVM PER ORDINEM.] *שורה* *so-rah* cum Scin sinistro, *tritium mensuratum ordinatum, seriatum, delineatum*. id est, triticum ordine, mensura, serie & per sulcos satum. Alij bonum, optimum, princeps, principale, laudatissimum, principe dignum, præstantissimum. Quidam: *tritium serie sua*.

ET HORDEVM, ET MILIVM.] Hebr. habent. & *hordeum signatum, notatum, designatum*, id est, insigne, optimum, præstans. Alij: & *hordeum signatura*. id est, loco designato: vel & *hordeo disponet signaturam*, id est, locum designatum. *ניסמן* *nisaman*, ab inusitata radice *נסמן* *saman*, nusquam alibi in Scriptura legitur. [SIMAN, inquit Forsterus, in profanis litteris Hebræorum grammatici & scriptores videntur pro nota seu signo: pro quo in Sacra Scriptura *וַיִּסְמֵן* *oth* ponitur. Græci quoque imitati hanc vocem *συνήθως* vocarunt *signum*.] Sed & Rabbini caput libri, signum id est, SIMAN appellant. Ego facile adducerem vt crederem Hebræos ignorasse vocem NISMAN, & suum SIMAN è Græcis potius mutuatos, quam Græcos ab ipsis: & LXX. ac S. Hieronymum probe scientes significationem vocis, reddidisse *milium*; nisi quod hordeo tunc suum adiectum deesset, quod tamen tritico & speltæ apponitur: quod verisimilem reddit Hebræorum interpretationem. Cur autem, aut quid sequutus S. Hieronymus cum LXX. *milium* posuerit, malumus ignorantiam fateri, quam inepta & ridicula hariolari.

ET VICIAM.] *קסמם* *cussmeth*, plerique *speltam*, *zeam*, aut *siliginem* interpretantur: vide in Exod. 9. v. 32.

IN FINIBVS SVIS.] Hebr. *terminum suum*. vel *termino suo*. seu *eius*, arantis; non speltæ aut zæ. quæ sunt fæminea, cum affixum sit masculineum. Quidam totum versum dilucidius sic reddunt: 1. *Nonne vt æquauit superficiem eius, viciam, seu nigellam spargit, ac cyminum dissipat, & ponit triticum serie sua, & hordeum signato loco, tum far in suo termino? vel speltam aut zeam in agro suo?* 2. *An non quum æquauit superficiem eius, aut spargit melanthium, cyminumque dispergit, aut disponit triticum præstans, vel hordeum insigne, vel speltam in termino suo?*

ET ERUDIET ILLVM IN IVDICIO, DEVS SVVS DOCEBIT ILLVM.] nimirum aratorem, seu agricolam. Alij ex Hebr. 1. *Erudit enim fatorem illum Deus ad iudicium*. seu *ad rectitudinem*. id est, recte, apte, debito modo,

VERS. 26.

do, vt omnia aptissime faciat: *Deus suus docet eum.* Subaudi, agriculturam illam: quasi dicat, hanc scientiam terendi singula suis locis ac temporibus, habet à Deo. 2. *Et vt hac rite peragat, erudit ac dirigit eum Deus suus.* id est, erudit agricolam ad faciendum omnia recto iudicio. 3. *Deinde colligat, seu constringit illud:* id est, ex his demessis manipulos efficit, circumpositis vinculis, de quibus diximus supra in versu 22. *ad eam rationem, quam Deus eius docet eum?* id est, vt manipulis illis suis faciat, quod Deus lege naturæ faciendum docuit: videlicet excutiendo granum suis modis, acusque & stipulam ab eo excernendo, v. grana recondantur, & paleæ consumantur Verbum יסר *iasar*, nedum erudire, & castigare: sed etiam coercere, & constringere, seu colligare vinculis significat.

**VERS. 27.** IN SERRIS.] בחרוץ *becharutz*, in tribula, *rastris, &c.* Vide in 2. Samuel. 12. vers. 31. & infra cap. 41. vers. 15. Hunc versum alij reddunt: 1. *Neque enim tribula-dentata exteritur vicia, seu gith, aut nigella Romana, nec circumducitur rota plaustris super Cuminum, sed virga excutitur vicia, & cuminum baculo.* 2. *Nam non tribula trituranur melanthion, aut rota plaustris super Cuminum versatur: sed baculo excutitur melanthion, & cuminum virga.* volunt hos duos versus velut per parenthesis insertos, tanquam exegeticos illius rationis, quam proxime, propheta nominavit. Rationem hanc, inquit, Deus indidit agricolis, vt leuiores & teneriores semina leuius, grauiora, fortioraque grauius excutiantur.

**VERS. 28.** PANIS AUTEM COMMINETUR, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Panis, id est, grana, vnde fieri solet panis, nempe grana tritici, hordei, & zea, comminuetur.* id est, trituranur seu excuti solent maiore vi, & alia ratione: *sed non in perpetuum trituranur trituranur illum, panem, scilicet agricola, vel tribula, aut rota: nec coneret, subaudi grana illa: id est, non penitus confringet aut contundet: seruatur enim modus in iis trituranur: rota plaustris eius, scilicet agricolæ: & dentibus illius, scilicet tribulae aut rastri, non comminuet eum.* panem. 2. *Triticum comminuetur, verum non perpetuo terendo teret illud, & strepitus rota plaustris ipsius, & iugati eius non comminuent eum.* id est, iugata animalia, vt boues, vel equi, quibus iugo iunctis in quibusdam regionibus trituranur segetes. 3. *Panis comminuetur, quoniam non perpetuo, vel tamen non omnino trituranur trituranur illum, neque stridebit rota plaustris sui, dentibus suis non comminuet illud.* Vbi פרשים *pharashim* pro instrumento dentato ponitur, quo fruges excutiuntur, vel & tumultus rota plaustris, & stinnuli eius non comminuet ipsum, triticum. 4. *Sed panis comminui solet, quanquam non in aeternum trituranur eum panem, & non perdet eum rota plaustris eius agricolæ, & cum dentibus tribulae non comminuet eum.* q. d. In trituranur triticum modus seruatur, non enim in aeternum siue perpetuo tribulatur: sed sic tribula ipsa circumducitur, vt non frangat grana tritici: quod alioqui fieret, si longiore tempore quam sit par, tribula circum-

duceretur. 5. *Panis comminuetur, quandoquidem non perpetuo tritura exteritur: & strepitus rota plaustris eius, & vngula ipsius non comminuent eum.* 6. *Panis vero, id est, triticum, ex quo panis conficitur, metonymicè, vt Ecclesiastæ 11. vers. 1. comminuetur, nimirum tribula, rota plaustris, & equitibus, vt sequentia verba ostendunt: quod genus excutiendi frumenti in partibus illis, & Italia tota vsitatissimum esse constat.* Vide M. Varronem lib. 1. de Re rustica, cap. 52. *quia non in perpetuum pergit trituranur ipsum, agricola, vbi quassabit rotam plaustris sui, equitibus suis non comminuet ipsum.*

*Neque vexabit eum rota plaustris.* Hebr. & conturbabit, strepere, tumultuari faciet, vel stridebit rota plaustris eius. subaudiunt negationem è præcedente membro, vel &, sumunt pro neque, vt Noster. Alij: & quassabit, conteret, prostigabit rotam plaustris sui. vel rota plaustris eius. quod negatiue, & affirmatiue accipi potest; חמם *haman* haud rectè Forsterus, Leo ludas, Forerius, nomen faciunt: & conturbatio, strepitus, tumultus, rota plaustris eius: Cum sit potius verbum.

*Nec vngulis suis comminuet eum.* פרשים *parashim* Hebræi aiunt esse hîc dentes rastrorum, seu tribularum, quod sint acuti & pungentes instar calcarium & stimulorum quibus incitantur equi, ac pro instrumento dentato poni, quo fruges excutiuntur: vnde reddunt: & dentes eius, id est, vnusquisque ex dentibus eius, non comminuet eum. vel & dentibus suis non comminuet eum. scilicet, tribula. vel & dentibus seu cuspidibus suis, scilicet, suæ tribulae, non comminuet agricola illud triticum. Quidam: & cuspidibus siue dentibus illius, scilicet החרוץ *hacharutz* tribulae, quæ sunt acutæ & pungentes. Hoc modo esset pronomen affixum absque antecedente substantiuo: nam tribula nomen non antecedit. Plerique tamen vocem PARASHIM ab vsitata significatione non dimouent: & equitibus, vel equis suis. quod vngulis equorum aut iumentorum, in quibusdam regionibus, vt etiam in hac nostra Valentina, soleant trituranur frumenta. Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 52. [Apud alios exteritur seges grege iumentorum in acto, & ibi agitato perticis: quod vngulis è spica exteruntur grana.] Et huc procul dubio respexisse Nostrem, quum dixit, vngulis suis: verisimilius est, quam quod alij aiunt, legisse PHARASIM cum Scin sinistro, pro Samech: vel vngulas metaphoricè accepisse pro dentibus, seu cuspidibus, aut stimulis tribulae aut rastri.

**ET HOC A DOMINO, &c.]** Alij ex **VERS. 29.** Hebr. hunc versum reddunt: 1. *Etiam hoc à cum Iehoua exercituum egressum est, qui mirandum reddidit consilium suum, & magnificat sapientiam suam.* id est, etiam hoc vt alia accepit agricola à Deo, qui vt omnia agit admirabili consilio, & summa sapientia, in hac re quoque ostendit se consultissimum & sapientissimum. Ac si dicat, sic quoque Deus, vt agricola reperet à nobis fructum talentorum commissorum. 2. *Hoc etiam à Iehoua Tzebaoth prodit, qui excellens, fecit consilium, qui magnificauit*

magnificauit effectiōnem. 3. Etiam hoc à Iehoua exercituum proditum est, qui miro agit consilio, & magnifico instituto. 4. Etiam hoc à Iehoua prodiit, qui mirificus est consilio, magnificus re ipsa. Alterum exemplum prudentissimæ administrationis Dei, consolandis bonis: Vt non semper serit beneficia, etiam non semper triturat & affligit malis. His autem verbis obseruandum est reticeri alteram partem exempli de iudicio Dei aduersus improbos: quod modestissimum loquendi genus docet,


quàm sanctè propheta de Iudæis cogitauerit quos ad pœnitentiā prouocabat. *magnificus re ipsa.* id est, hac eadem prudentia vitur Deus in momentis temporum, & rationibus obseruandis, vt bonos beneficiis, & afflictionibus perducatur ad perceptionem quietis suæ; & improbos perdat.

IVSTITIAM. ] חַיִּים *ihuschijah*, propriè: *essentiam, existentiam*: Alij: *effectiōnem, efficitatem, rationem, institutum, opus, rem ipsam*, exponunt: vide Iob 5.v.12.

CAPVT XXIX.

Obsidio & afflictio Ierusalem, contritio gentium illam obsidentium: de libro signato, ac cecitate Iudæorum: vae profundis corde denuntiatur: reliquias Iacob prædicat illuminandas, & ad Deum conuertendas.

Vulg.

**1**  *Æ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum: sollemnitates euolue sunt.*

**2** *Et circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.*

**3** *Et circumdabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam.*

**4** *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythons de terra vox tua, & de humo eloquium tuum musitabit.*

**5** *Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum qui contra te præualuerunt:*

**6** *eritque repente confestim. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terra, & voce magna turbinis & tempestatis, & flamma ignis deuorantis.*

**7** *Et erit sicut somnium visionis nocturna multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam.*

**8** *Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit experges factus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit experges factus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.*

Maluenda, In libr. Isaiaë.

Malu.

**1**  *Oi Ariel Ariel, ciuitas desedit Dauid: <sup>a</sup> addice <sup>a</sup> cstrahit annum super annum, festiuitates decident.*

**2** *Et extorquebo Arieli: & erit <sup>b</sup> dolor & dolor, & erit mihi sicut Ariel.* <sup>b</sup> impetus & impetus

**3** *Et decidam sicut pila super te: & coangustabo super te stationem, & furgere faciam super te munitiones.*

**4** *Et humiliaberis, de terra loqueris, & de puluere procumbet dictum tuum: & erit sicut pythons de terra vox tua, & de puluere dictum tuum garriet.*

**5** *Et erit sicut puluis tenuis multitudo alienorum tuorum, & sicut emunctio transiens multitudo præualidorum; & erit <sup>c</sup> casus subitanitatis.* <sup>c</sup> fato

**6** *De cum IHVH TZEBAOTH visitabitur in tonitruo, & in commotione, & voce grandi: <sup>d</sup> turbo, & horribilis tempestas, & flamma ignis comedentis.* <sup>d</sup> turbine, & horribili tempestate &c.

**7** *Et erit sicut somnium prævisionis noctis multitudo omnium gentium <sup>e</sup> exercituantium super Arielem: & omnes exercitantes eius, & <sup>f</sup> munitiones eius, & extorquebunt ei.* <sup>e</sup> militantium sic statim. <sup>f</sup> munitionis. vel munitionem <sup>g</sup> sicut qui <sup>h</sup> famelicus

**8** *Et erit <sup>h</sup> secundum quod somniabit <sup>h</sup> famelicus, & ecce comedens, & expergescetur, & vacua anima eius; & secundum quod somniabit sitiens, & ecce bibens, & expergescetur, & ecce <sup>i</sup> defatigatus, & anima eius excurrrens: sic erit multitudo omnium gentium, <sup>k</sup> exercituantium super montem Tzionis.* <sup>i</sup> lassus <sup>k</sup> v. 7.

9 *Obstupescite, & admiramini fluctuante, & vacillite: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate.*

10 *Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones operiet.*

11 *Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum: & respondebit: Non possum, signatus est enim enim.*

12 *Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege: & respondebit: Nescio litteras.*

Matth. 15.  
a. 8.  
Maic. 7.  
b. 6.

13 *Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me & timuerunt me mandato hominum & doctrinis:*

1. Cor 2.  
c. 19.

14 *Idè ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur.*

Abd 1. c. 18.

15 *Vae qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos?*

16 *Perversa est hac vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis.*

17 *Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur?*

18 *Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt:*

19 *Et addent mites in Domino latitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt:*

20 *quoniam defecit qui praualebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem.*

21 *qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.*

22 *Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham:*

9 *Interturbare-vos-ipsos-facite, & obstupescite; oblectate-vos-ipsos-facite, & vociferamini: inebrietati-fuerunt, & non vino: moti-fuerunt, & non ebriamine.*

10 *Quia fudit super vos IHVH spiritum soporis-grauis; & ossauit oculos vestros: prophetas & capita vestra præidentes cooperuit.*

11 *Et fuit eis præuisio omnis sicut verba libri sigillati, quem dabunt eum ad cognoscentem libri, ad dicere: <sup>1</sup> voca, <sup>m</sup> obsecro, istum: & dicet. Non poterò, quia sigillatus ipse.*

12 *Et dabitur liber <sup>n</sup> super quem non cognouit librum, ad dicere: Voca, obsecro istum: & dicet, Non cognoui librum.*

13 *Et dixit ADONAI: correspondentia, quia accessus-fuit populus iste in ore suo, & in labiis suis aggrauauerunt me, & cor eius elongauit de à me: & fuit timor eorum ad me præceptum hominum edoctum.*

14 *Ad sic ecce ego addens ad arduum-facere ad populum istum, arduum-facere, & arduum: & auferetur sapientia sapientium eius, & intelligentia intelligentium eius abscondere sese-faciet.*

15 *Hoī profundantes de IHVH ad abscondere consilium: & erit in tenebrositate <sup>o</sup> facturæ eorum; & dixerunt, Quis videns noster? & quis cognoscens noster?*

16 *Subuertere vestrum si sicut lutum <sup>p</sup> formantis <sup>q</sup> excogitabitur? quia dicet factura facienti suo, non fecit me; & formatio dixit formanti suo, Non intelligere-fecit.*

17 *An non adhuc paucum paruum & reuertetur Libanus <sup>r</sup> Carmelo? & Carmelus <sup>s</sup> siluæ excogitabitur?*

18 *Et audient in die ipsa surdi verba libri: & de caligine & de tenebrositate oculi cæcorum videbunt.*

19 *Et addent <sup>t</sup> afflicti in IHVH latitiam: & egeni hominis in sancto Israel exultabunt;*

20 *Quia defecit præualidus, & consummabitur illusor: & excidentur omnes aduigilantes concupiscentiæ.*

21 *Errare-facientes hominis in verbo, & arguenti in porta illaqueabunt: & extendere-fecerunt in inordinatione iustum.*

22 *Ad sic sic dixit IHVH ad domum Iaghakobi, qui redemit Abrahamum:*

Non

<sup>l</sup> lege  
<sup>m</sup> euge, eja,  
manu, jam

<sup>n</sup> ci qui nō

<sup>o</sup> facta,  
opera

<sup>p</sup> plaktis,  
figulicis  
factis.  
<sup>q</sup> æstimabi-  
tur. sic v. 27.

<sup>r</sup> dactius. in  
Carmelum  
<sup>s</sup> dactius. in  
siluam

<sup>t</sup> pauperes,  
oppressi, vel  
mansueti,  
mites

Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet:

23 sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum, in medio sui sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel predicabunt:

24 & scient errantes spiritu intellectum, & musitatores discant legem.


Non nunc pudefiet Iaghakob; & non nunc facies eius exalbescent.

23 Quia in videre eum natos suos, facturam manuum mearum in <sup>u</sup> intimo sui, sanctificabunt nomen meum: & sanctificabunt Sanctum Iaghakobi, & ELOHIM Israelis <sup>x</sup> prævalidabunt.

24 Et cognoscent errantes spiritus intelligentiam: & grunnientes discant acceptionem.

<sup>u</sup> interaneo; interiore

<sup>x</sup> præualefere. f. eient



COMMENTARIA.

VERS. I.



Æ ARIEL, ARIEL &c.] Nonnulli obseruant, huius concionis, quam tribus hisce capitibus contineri iudicant; quatuor esse in vniuersum partes: prima est, denuntiatio summa iudiciorum in totum regnum & populum Iudæorum, quæ per Babylonios erat effecturus Deus, vsque ad versum 15. Secunda & tertia sunt prioris denuntiationis partes, quibus iudicium illud vniuerse pronuntiatum duobus modis accommodat personarum ratione: secunda enim pars est denuntiatio contra hypocritas, à vers. 15. huius capititis, ad finem vsque: tertia vero, contra desertores Dei manifestos, cap. 30. quarta est conclusio, populum ad bonam frugem reuocans, cap. 31. Primæ autem denuntiationis partes sunt duæ; propositio, vsque ad versum 9. & narratio causarum, ex quibus hoc iudicium euenturum est, vsque ad vers. 15. Hoc enim *ua*, non est imprecantis, sed prænuntiantis vocabulum, quo propheta excidium cum ipsius templi, tum ciuitatis ostendit.

ARIEL ARIEL.] S. Hieronymus: [ *Ariel* id est, Leo Dei, quondam fortissima vocatur Ierusalem, siue ut alij arbitrantur, templum & altare Dei quod erat in Ierusalem, ] Hebræi norant, Altare Holocaustorum, dici hinc Ariel, vt etiam Ezechiel. 43. v. 15. & 16. id est, leo Dei, vel leo fortissimus & potentissimus quod ignis sanctus, qui è cælis descendebat, cubabat super illud, vt leo, vel templum Ariel dici, quod esset extractum in similitudinem leonis, nempe angustum retro, & latum ante. Plerique ipsam Ierusalaim Ariel hinc vocari asserunt, & singulariter arcem Tzizonis, figuratè, quod munitissima & fortissima esset, & vt leo hostes discerperet. Mercerus, altare Dei leonem appellatum putat, quod sanguine victimarum maderet, vt leo prædam discerpens, sanguinem exprimit. Simile est Genes. 49. v. 27. Tremellius & Iunius exponunt: *ua Arieli, Arieli* id est, altari, ac proinde templo, synecdochice: est autem *Ariel* vox composita, significans de verbo ad verbum, *Leonem Dei fortis*: quo nomine intelligitur *ερχάρα*, siue fouea ingentis illius Altaris ænei, de quo 2. Paralipom. 4. v. 1. quia velut immanis leo holocausta allata con-

sumebat igne perpetuo, cuius mentio est in fine huius prophetiæ cap. 31. v. 9. Nisi quis forte malit exponere, id quod *Deus Fortis videt, vel respicit.* à *אריאל* *raah*. sic etiam accipitur Ezechiel. 43. v. 15. & 16. Est autem in priore huius versus membro prolepsis, siue propositio summa vtriusque calamitatis, & regni, & populi, siue excidij cum ipsius Templi, tum ciuitatis, ob idque geminatur nomen Ariel: quam prolepsin sequentia verba ex ordine interpretantur.

CIVITAS, QUAM EXPVGNAVIT DAVID.] Variè alij ex Heb. 1. *ciuitatis*, vel *ciuitati*, contra quam castrametatus est David. 1. Paralipom. 11. v. 5. & 7. & 2. Samuel. 5. v. 7. & 9. 2. *ciuitas*, in qua mansit David. 3. *ciuitas*, in qua resedit David. id est, vbi habuit residentiam & regiam. 4. quod altare est in vrbe, in qua habitauit. 5. *vrbi*, in qua castrametatus est David. id est, vbi David militiam suam forensem habuit, & totum suum comitatum: nam vrbs Davidis ex eo dicta est. 6. Plerique *חנא* *chanah* non verbum, sed nomen faciunt: *ciuitas*, *arx*, *castrum*, *sedes*, *residentia*, *habitaculum* Davidis. vel *vrbi*, *arxi*, &c. Davidis. id est, quæ fuit arx, sedes, &c. Davidis. quod non placet. Quod *קירא* *kirjah*, *ciuitas*, scribatur forma regiminis, nonnulli hinc regimen agnoscunt, & si *CHANAH* nomen est, reddunt: *ciuitas* vel *ciuitati residentia* Davidis: si verbum, præteritum positum pro infinito seu gerundio; *ciuitas habitandi*, seu *residendi* Davidis: Vide in Genes. 1. v. 1. Sed statim syntacticum poni sæpius pro absoluto obseruant: Vide Thesaurum nouissimum Sanctis, col. 747.

ADDITVS EST ANNVS AD ANNUM.] Heb. *addite annum super annum*. Variè exponunt, 1. Id est, post non multos annos, numerate paucos annos. vel elapsis pauculis annis. id est, vno aut altero anno. 2. Post aliquot annos. 3. Id est, post multos annos, numerate multos annos, annum anno addentes.

SOLLEMNITATES EVOLVTE SVNT.] Plurifariam alij ex Heb. 1. *agni deficient*. 2. *villima*, *excidentur*. id est, cessabunt: q. d. tandem desinent sacrificare & immolare hostias super te, O Ariel, siue altare. 3. *hostias excident*, siue *exterminabunt*. hostes Babylonij, exciso templo & altari. 4. & *agnos ingulens*.

id est, amoveant sacrificia. 5. *addite annos, quibus ingulentur agni.* q. d. tamen sacrificia assidue faciatis, nihilominus vindictam suam exequetur Dominus ut subditur. 6. Forsterus: *solemnia ad solemnitates decidentur.* id est, frondes. vel *secare festinaria,* id est, frondes ad festiuitates. 7. Forcerius: *festinaria decidentur.* id est, decidentur frondes festiuales vno atque altero anno. q. d. non diu erit, quod festiuitates in templo agitentur, cito deficient. 8. Leo Iudas & Auenarius: *adjicite annum ad annum, festa excidentur,* seu *euertentur.* id est, post aliquot annos non celebrabuntur festa, nec immolabuntur hostiæ in te. 9. Marinus: *festa pracidem.* id est, agnos dierum festorum maetabunt, ut fit in sacrificiis. 10. Montacus: *agni excruciantur.* id est, maetabuntur. in Commentariis tamen: *solemnitates decidentur.* id est, decerpente, & frondes metite, coronas, ramos festiuos identidem plectite. Permissio. q. d. non diu ista facietis. Sic Iuuenalis satura 6.

*Ornentur postes & grandi janua lauro.*

11. Schindlerus: *festa decidentur,* id est, sacrificia ad festa maetabuntur: aut frondes festiuæ decidentur. 12. Buxtorfius: *festa excidentur,* id est, sacrificia festorum maetent: vel intransitiue iuxta Aben-Ezram: *excidentur,* hoc est, cessabunt. 13. Tremellius & Iunius: *Adjicite annum ad annum, festis,* id est, sacrificiis festorum capita-execent. Apostrophe ad obsessos, qua propheta ostendit diurnam fore obsidionem, & inutilem Iudæorum laborem in defendenda vrbe, atque adeo irritum externum cultum Dei, quem adhibuerint: nam obsidionis illius decretum & euersionis esse irreuocabile.

*Solemnitates,* אֲמִלִּים *chaghim,* proprie, *festiuitates.* Plerique metonymia synecdochica, pro agnis, pecudibus, victimis, sacrificiis, quæ in festiuitatibus Iudæorum maetabantur: vel pro festis frondibus, quibus templum, & altare festiuis diebus ornabantur, accipiunt, vide in Exod. 23. v. 18. & in Psalm. v. 27.

VERS. 2.

ET CIRCVM VALLABO ARIEL, &c.] varie hunc versum ex Heb. explanant: 1. *Et coarctabo angustiis & afflictionibus afficiam Arielem,* id est, altare: & *erit maror & luctus; & erit mihi sicut Ariel.* q. d. Ego faciam ciuitatem sicut altare super quo effunditur sanguis, quia ciuitas erit plena sanguine interfectorum in plateis eius. 2. *Et coangustabo Arielem,* id est, arcta obsidione cingam Ierusalem per Chaldæos: *eritque in vrbe planctus, & luctus,* vel *maror & tristitia; & erit mihi tanquam Ariel.* id est, instar altaris. q. d. ut quum sacrificium fit, plurima cadauera iacent circum altare: sic in Ierusalem erunt multa cadauera hominum interfectorum. 3. *Et pressuram faciam,* vel *inferam Arieli: & erit maror, & maestitia,* seu *impulsio; & erit mihi velut Ariel.* quem scilicet discerpē & dilaniabo. videlicet Ierusalem prius fuit leo fortis, qui alios discerpit, nunc ego tibi ero leo fortis & discerptor, qui te discerpam. 4. *In angustiam redigam Arielem,* id est, Ierusalem; *ut sit maror & tristis: tum erit mihi sicut Ariel.* id est, instar altaris, iuxta quod multæ consueuerunt ca-

dere victimæ, sic eadem faciam in Ierusalem. 5. *Et inferam tortiones ipsi Ariel, ut sit inuectus asque inuectio.* id est, erunt contra eum nau-machia, & variæ impugnationes hostium; & erit quasi Ariel. 6. *At tamen angustabo Arielem:* id est, neque viribus vestris, quas ad propulsandos Chaldæos occupabitis, neque sacrificiis, quibus vos iram meam amolituos præsumeris, impediatur, quo minus in summas angustias templum meum vrbeque vestram, & vos ipsos redigam: *eritque maror & maestitia,* id est, summa & incredibilis anxietas: *quum erit mihi vrbs ut Ariel.* id est, quum vrbe æque atque templum perdam. Vide in Lament. 2. 5.

ET CIRCVMDABO QUASI SPHÆRAM IN CIRCVITV TVO.] Alij: 1. *Et castrametabor in circuitu tuo,* sicut *pila rotunda contra te.* 2. *Et ponam castra quasi pilam contra te.* 3. *Et confidebo sicut circulus circa te.* 4. *Nam castra contra te figam instar pile.* seu *circumquaque.* 5. *Et castrametabor instar trochi contra te.* 6. *Nam castrametabor:* ergasia superioris denuntiationis, vsque ad vers. 9. *pilata acie contra te.* Vide supra cap. 22. v. 18, coronam, seu globum, aut circumuallacionem militarem intelligunt alij.

ET IACIAM CONTRA TE AGGEREM.] Alij: 1. *& obsidebo te turri lignea.* 2. *& cingam contra te stationem.* seu *propugnaculum,* in quo in obsidione stant milites. 3. *& pressuram tibi faciam,* id est, pugnabo contra te, *stationem,* seu *propugnaculum,* in quo in obsidione stant milites. 3. *& pressuram tibi faciam.* id est, pugnabo contra te, *stationem,* id est, obsidione. 4. *& angustam tibi faciam munitionem.* 5. *obsidebo te staniis.* 6. *& coarctabo super te constitutam,* vel *turrim-stantem.* Hispanicus: *combatite he con ingenios.*

ET MVNIMENTA PONAM IN OBSIDIONEM TVAM.] Heb. *& surgere-faciam,* vel *exigam,* excitabo, *contra te munitiones,* scilicet obsidionis. Alij: *aggeres munitionum.* Nonnulli: *obsidionalia munimenta.* Hispanicus: *7 leuantare contra ti baluartes.* id est, propugnacula. Harum autem minarum complementum Vide 2. Reg. 25. v. 1. & sequentibus.

HVMILIABERIS, DE TERRA LOQUERIS.] Heb. *De primeris: deicietis.* Quidam: *Adeo ut deiecta de terra loquaris,* &c. id est, humillime & submississime loqueris, ut ij faciunt qui corpore & animo abiecti sunt.

VERS. 4.

ET DE HVMO AVDIETVR ELOQVIVM TVVM.] Futurum famineum אֲשַׁחֵשְׁבָח *tischschach,* à אֲשַׁח *jaschach,* seu אֲשַׁחֵשְׁבָח *schachach,* aut אֲשַׁחֵשְׁבָח *schachab* deducunt: *incuruabitur, humiliabitur, inclinabitur, prosterneatur, deprimetur sermo tuus.* Alij cum *scin* sinistro, à אֲשַׁח *suach,* meditabitur, confabulabitur, *missitabit, sermo tuus.* Quidam reddunt: *reflegetur dictum tuum.*

ET ERIT SICVT PVLVIS TENNIS MVLTITVDO VENTILANTIVM TE.] אֲרִיס *zarim,* diuersimode reddunt: 1. *Et erit sicut pulvis tenuis, multitudo, copia, complimentum tuorum.* 2. *dispersentium, ventilatorum tuorum.* qui te dispersent & ventilabunt, ut Ierem. 51.



v. 2. 3. Nam erit ut pulvisculus tenuis, multitudo extraneorum tuorum. seu alienorum. id est, erit multitudo numerosissima hostium tuorum: nam omnes copias Nebuchadnetzar adduxit.

ET SICVT FAVILLA TRANSIENS, &c.] Alij; 1. & multitudo tyrannorum quemadmodum palea, qua momento ac subito fertur. 2. Et veluti gluma transiens multitudo violentorum, adeo erit ad momentum repente, id est, promptissima, & velocissima erit ad exequenda sine mora iudicia mea.

FAVILLA.] פֶּזֶז מוֹרֵז, proprie, emunctio, emunctura, inde gluma, acer, folliculus ex grano emunctus. Vide in Iob. 21. v. 18. & supra cap. 17. v. 13.

FORVM QVI CONTRA TE PRÆVALVERUNT.] Heb. פְּרָאֲלִידוֹרִים, violentorum. גְּהָרִיזִים, Vide Iob. 6. v. 23.

VERS. 6.

ERITQVE REPENTE CONFESTIM.] עֵרֶת פְּנִיחָה לִפְתֵּיבַחַבְּפִיחֹם, casus, euentus, vel in casum, seu in euentum subitaneitatis, vel repentinis. Vide in Numer. 6. v. 9.

A DOMINO EXERCITIVM VISITABITVR IN TONITRVO.] חִפְּקֵד חִפְּקֵד futurum, potest esse secunda persona mastulea. Ab ipso Iehoua exercituum visitaberis, seu requireris in tonitruo. Scilicet, tu popule mi: & tertia feminea: A Iehoua exercituum visitabitur, requireretur, recensabitur, ipsa vrbs Davidis videlicet, quod est aptius.

In tonitruo. Alij in concussione, commotione, tremore qui sequitur tonitru. vel in tumultu.

ET COMMOTIONE TERRÆ.] Alii: in terramotu: in concussione.

ET VOCE MAGNA.] Alij: sonoque magno, vel & fragore magno. aut strepituque ingenti: id est, fragoris, repentinis, vehementibus, immedicabilibusque plagis: quæ hac verborum congerie allegoricè designantur.

ET FLAMMÆ IGNIS DEVORANTIS.] Seu absumentis. Nonnulli: consumente. haud aptè, nam Heb. participium coheret cum igne, cum vtrumque sit fæmineum: non cum flamma, quæ est generis masculini.

VERS. 7.

ET ERIT SICVT SOMNIVM, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: 1. Eritque sicut somnium visionis nocturna multitudo omnium gentium, qua dimicabunt contra Arielem: & omnium militantium contra eam, & munitionem extruentium contra eam & angustiis-afficientium ipsam. 2. Et erit vniuersa multitudo omnium gentium, qua aduersus Arielem, id est, ciuitatem Davidis, veniant militatum, seu copias eductura est; & omnis, inquam, exercitus militans contra eum, & qui aggeres contra eum excitat, & qui eum obsidione cingunt, ut somnium nocturni visi. 3. Erit enim tanquam somniaree visionis nocturne multitudo omnium istarum gentium, qua militaturæ sunt contra Arielem; & singuli militaturi contra eam, munitionemque eius, & angustaturi eam. Aetiologia proximè præcedentis congeriei, qua grauissimas calamitates, propheta designauit: Non est mirum, inquit, si Chaldaei in vos innotaturi sunt, &c. Nam rapientur odio contra vos insaturabili, neque tatis habebunt vnquam vos crudelissimè & inhumanissime contumeliis, plagis,

cædibus, incendiisque confecisse: quod genus odij sæuissimi & inexplebilis, duabus somniantium figuris illustratur versu sequente.

ET OBSEDERVNT.] Hebr. & munitionem eius. Quidam: & adificantes munitionem, seu propugnaculum, aduersus eam. ad capiendum eam. Forsterus: & receptus eius. id est, contra eam. Loquitur autem de munitione, in quam milites se recipiunt, & ex illa urbem oppugnant.

ET PRÆVALVERVNT ADVERSVS EAM.] Hebr. & torquentes eam. vel pressuram-facientes ei. aut angustiam, molestiam, inferentes ei. vt supra vers. 2.

VERS. 8.

ET SICVT SOMNIAT ESVRIENS, &c.] Dilucidius alij hunc versum ex Hebr. transferunt. 1. Erit, inquam, ac si famelicus somniet quod comedat, quumque enigilat: desiderium eius frustratur; ac si quis siticulosus somniet se bibere, ceterum euigilans, fessus est; & desiderium eius adhuc feruet: sic eueniet multitudini omnium gentium, qua contra montem Tzizon pugnatura sunt. 2. Erit, inquam, ac si somniaret famelicus, quod ecce comedit, quum autem expergiscitur, vacua est anima eius; aut quasi somniaret sitiens, quod ecce bibit, expergfectus autem, ecce lassus est, & anima eius appetit: ita erit multitudo omnium istarum gentium qua militaturæ sunt contra montem Tzizonis. id est, hostis Chaldaeus semper ardentissime esuriet, vt ita loquamur; & sitiet malis afficere te, neque adhuc allatis grauissimis malis acquiescet: quam rabiem optime describit Ieremias in Lamentationibus. q. d. nunquam saturabitur calamitatibus tuis.

Vacua est anima eius. וְשֵׁן נֶפֶשׁ, hic plerique pro desiderio, appetitu, accipiunt, vt alibi passim. q. d. frustratur eius appetitus. Sic paulo inferius.

Et anima eius vacua est. וְשֵׁן נֶפֶשׁ schokkakab, Forsterus: & animas eius excurrrens. præ fame & siti. Alij: & anima eius desiderans appetens potus.

VERS. 9.

OBSTUPESCITE, ET ADMIRAMINI.] Alij ex Heb. 1. Tardate, innotamini, insistite. subaudi; in cogitatione vestra. id est diu ac multum cogitate, quæ causa fuerit tantæ miseræ: & admiramini. 2. Forsterus: Inerturbemini, & obstupescite. Prius est negotij & moræ, alterum admirationis. 3. Facite vos ipsos tardos. vel tardi-estote. id est multum defixi in consideratione vestræ calamitatis: & obstupescite. ad vestram stoliditatem & idolatriam.

FLUCTVATE, ET VACILLATE.] וַיִּשְׁתַּחֲוֶה וַיִּשְׁתַּחֲוֶה hischthaghahschghu vashchoghhu, vtrumque verbum, primum geminatum, postterius simplex, alij præteritum; alij imperatiuum faciunt, & ab eadem Radice שָׁחַגַּח schaghagh aut שָׁחַגַּח schagha deducunt; varieque exponunt. excacati sunt prophetae, & vos excacauerunt. 2. reprimite oculos, vel vos. & sitis repressi. 3. facite vos-vertiere visionem, vel facite vos diuertere. & diuertimini. vel diuersi estote. id est, oculos auersos, aut repressos habete, ne virtus visua exterius extendatur; & producat. 4. oblitite vobisipsos oculos, & estote oblitii

obliniti oculis. Ex significato Chaldaico. *oblitare sese fecerunt, & vociferamini.* ut primum sit ex *חַוַּח* *schagah*; & posterius ex *חַוַּח* *schuagh*. Alij vtrumque ex *SCHVAGH* deriuant. 6. *clanauerunt & vociferati sunt.* vel *vociferamini, & clannate.* Tremellius & Iunius hunc versum ita reddunt: *Cunctantur, quin admiramini; delicias agunt, quin vociferamini: inebriantur, at non vino; vacillant, non autem inebriante potu.* Exponunt: *Cunctantur*, narratio, ut diximus in vers. 1. qua exponuntur excidij praedicti causae duae, vna est, stupor & caecitas populi Iudaeorum, versibus quatuor; altera, obdurationis à Deo sententia, vers. 13. & 14. In his autem verbis (quorum allusiones sunt elegantissimae) est contestatio qua propheta primum omnibus palam facit stuporem populi, deinde per apostrophen ad populum, ipsius officium ostendit, quod si saperet facturum esset. Haec ita accipienda esse, distinctiones docent quae extant in manu scriptis exemplaribus nostris. *Cunctantur*, inquit, nimirum resipiscere, & credere monitis feruorum Dei *quin admiramini.* id est, rapti in admirationem Deo vos tradite, & glorificate ipsum, *delicias agunt.* id est, genio indulgent, & cupiditatibus. *quin vociferamini.* ad Deum videlicet, missis deliciis, & omni luxu, implorantes misericordiam eius, & tempestiuè iudicia praeuertentes. *inebriantur.* Iudaeorum animi studiis occupati, ne accipiant prophetarum verba: metaphoræ. Cæterum nos ex collatione Hebraicorum codicum, & meliorum Interpretum expositionibus ea tempora & distinctiones verbis huius versus in nostra Translatione apposuimus, quae nobis aptiora visa sunt.

*Mouemini.* Hebr. potius est praeteritum quam imperatiuum: *moti sunt: vacillarunt: nutauerunt: agitati sunt: concussi sunt.*

*Ab ebrietate.* כַּכֵּר *schechar*, vide in Leu. 10. vers. 9.

VERS. 10. QVONIAM MISCVIT VOBIS DOMINVS SPIRITVM SOPORIS. ] Alij ex Hebr. 1. *Quoniam operuit super vos Iehoua spiritum soporis.* id est, operuit vos mente soporis. hoc est, stupore & stoliditate. 2. *Nam perfudit vos Iehoua spiritu soporis alti.* id est, Deus obturauit animum & oculos vestros iusto iudicio suo. vide Romanor. 11. vers. 8. Allegoria.

SOPORIS. ] חַרְדֵּמָה *thardemah*, vide in Genes. 2. vers. 21.

ET CLAVDET OCVLOS VESTROS. ] Hebr. & corroborauit, condensauit, compressit, compegit, consolidauit, constipauit, obstipauit, oculos vestros. Propriè. *essauit oculos vestros*, hoc est, ossecos & solidos reddidit, sine vlllo humore & diaphano visiuo.

PROPHETAS, ET PRINCIPES VESTROS, QUI VIDENT VISIONES, OPERIET. ] Alij: 1. *prophetas vestros, & principes vestros videntes.* id est, principes vestros, qui prouidere incommodo debuerant. *obtegit.* id est, obruit ignorantia. 2. *cum prophetis etiam primorum vestrorum prudentissimorum oculos obtegit.* id est, neque tantum plebeios, sed etiam vtriusque ordinis, ciuilibus &

ecclesiastici, curesores soporauit: quod sequente similitudine illustratur.

ET ERIT VOBIS VISIO OMNIUM, &c. ] VERS. 11. Alij hunc versum ex Hebr. efferunt: 1. *Eritque vobis visio omnium verorum prophetarum sicut verba epistola obsegnata, quam dabunt ad scientem librum, dicendo, Lege nunc istam: & dicet, Non possum, quia obsegnata est.* 2. *Eritque vobis visio omnium perinde atque verba libri, qui obsegnatus est, quem si offerat quis litterarum perito, & dicat, Lege, quæso, istum: respondebitis Nequeo, quoniam obsegnatus est.* 3. *Ideo est vobis visio istorum omnium similis verbis litterarum obsegnatarum, quas si dent, impersonaliter dictum, pro quæ dantur scienti litteras, periphra-sis peritorum, ut prophetae atque primores sunt: dicendo, Lege, quæso, hoc: dicit autem, Non possum, quia obsegnatum.*

ET DABITVR LIBER, &c. ] Alij: 1. *Quod si detur liber. seu epistola ei, qui non nouit litteras, dicendo, Lege nunc istam: & dicet: Non noui litteras.* 2. *Quod si detur liber litterarum rudi, ac dicatur, Lege, quæso, istum: respondebit: Non noui litteras.* 3. *Si autem dentur litteræ ei, qui nescit litteras: periphra-sis imperiti & illitterati vulgi: dicendo, Lege, quæso, hoc: dicit, Nescio litteras.*

ET DIXIT DOMINVS. ] Alij: *Dixit enim Dominus.* Altera pars narrationis, ut dictum est supra in vers. 9. nimirum sententia obdurationis à Deo, exponens causam & iudicium eius, his duobus versibus.

EO QVOD APPROPINQVAT POPVLVS ISTE ORE SVO, &c. ] Alij: *Propterea quod appropinquans populus iste, ore suo & labiis suis honorant me, &c.* Notant duas hinc iudiciorum causas explicari: vna est, hypocri-sis; altera superbia, non acquiescens præceptis Dei, sed humana anteponens. Verbi *Niphath* חִינַח *nighah*, duplex est hinc lectio, plerique enim Hebraeorum, quos sequuntur Forsterus, Auenarius, & Schindlerus, cum *scin* sinistro legunt: *Eo quod ad iustus fuit, angariatus fuit*, oppressus: obrutus calamitatibus, & angustiis, *populus iste, ore suo & labiis suis honorauerunt me.* vel quando affligitur, coarctatur, adigitur, *populus iste, ore suo, & labiis suis honorant me.* Alij cum *scin* dextro. *Propterea quod accessus est, vel accessit appropinquauit populus iste, &c.* vtitur verbo passiuo, ut indicet, non sponte, non vere non simplici & sincero animo, sed ficto & hypocritico, atque coacto accessisse. Quæ sane lectio omninò præferenda est, quam dilerte habet Græcus Interpres Matthæi 15. v. 8.

GLORIFICAT ME. ] Hebr. *aggrauauerunt me.* vel *honorauerunt, glorificauerunt me.* Possit accipi in malum, ut 1. Samuel 6. v. 6. q. d. propterea quod ore tantum & labiis fictis ad me accesserunt, graues mihi fuerunt, molesti, importuni, &c.

COR AVTEM EIVS LONGE EST A ME. ] רִחַק *richak* ex *Pihel*, actiuam habet significationem, *longe, procul remouit à me ablegauit*, subaudi, omnia studia sua. vel *populus cor suum procul remouit à me*: nam suppositum verbi *RICHAH* potest esse, & *populus, & cor.*

ET TIMVERVNT ME MANDATO HOMINVM ET DOCTRINIS. ] Hebr. 1. *fuitque timor eorum, quo inuenerunt me mandatum hominum edoctum, vel quod docetur.* id est, humanum, & ab hominibus institutum. 2. *Est timor eorum erga me doctus præcepto hominum.* id est, religio eius populi, qua me colunt, sita est in præceptis ab hominibus institutis, sine spiritu Dei. 3. *estque reuerentia eorum erga me, præcepto hominum edocta.* seu *quam præcepto hominum edocti sunt.*

VERS. 14.

IDEO ECCE EGO ADDAM VT ADMIRATIONEM FACIAM POPVLO HVIC, MIRACVLO GRANDI ET STVPEENDO. ] Nostra translatio fideliter verba ipsa suo more sectata est: alij: 1. *Propterea inquam, ecce ego addens ad mirificandum in populo isto, res mirificas-faciendo, & mirum.* 2. *Propterea, ecce, ego addo vt mirificem cum populo isto mirabilo & miraculum.* 3. *Idcirco ecce ego addo mirificare populum istum, mirificatione & miraculo.* id est, reddere populum istum valde mirandum ac mirabilem. q. d. efficiam vt omnes posthac mirentur sortem: & calamitatem huius populi. Geminatio illa mirabile, & miraculum, rem maximam & stupendam significat. 4. *Idcirco, ecce, ego addo, vt mirari-faciam populum hunc, vt mirificem, & mirabile.* vel *mirificando, & miraculo.* id est, miris modis etiã atque etiã admirabilem reddam. 5. *Propterea, ecce, ego adiciam excelsum-facere populum istum, arduum scilicet & excelsum.* 6. *Ideo en ipse quoque addam vt mirifice agam cum populo isto, mira scilicet & portemosa.* 7. *Propterea, ecce, ego adicio ad mirifice tractandum populum istum, mirificatione & mirabili.* 8. *Propterea ego addam separare, seu segregare populum istum separando, seu segregando, & separatione, vel segregacione.* 9. *Idcirco, ecce, ego perrecturus sum res mirificas-agere cum populo isto, res mirificas faciendo & mirificum, vel indesinenter, & admirabiles.* 10. *Possis apte reddere: Propterea ego pergam obuelare populum istum, obuelare, & obuelatione.* id est, obuelare densissima & validissima obuelatione, hoc est, cæcitate & ignorantia: *non peribit sapientia sapientum, &c.*

PERIBIT ENIM SAPIENTIA, &c. ] Alij: *& peribit sapientia sapientum eius, prudentiaque prudentium eius sese abdet.* id est, non amplius extabit, peribit vt modo dixit: metaphora. vel euanesct, & de medio tolleretur. q. d. immittam magnam ignorantiam in eos, inter quos erant ante multi viri sapientissimi, & prudentissimi: Vide I. Cot. i. vers. 19.

VERS. 15.

VE QUI PROFVNDI ESTIS CORDE, VT A DOMINO ABSCONDATIS CONSILIVM. ] Hebr. *Va profundantibus, vel profundare-facientibus à Iehouah, ab abscondere consilium.* Alij: *Va latitantibus à Iehoua abdere consilium.* id est, qui student latitare & abscondere consilia sua Iehouæ; qui statuunt ac putant se facturos aliquid, quod lateat Deum. 2. *Va iis, qui sese in profanum abstrudunt, vt à Iehoua abscondant consilium.* 3. *Va acutis & subtilibus, vt à Iehoua, &c.* 4. *Va profundan-*

*tibus abdere, vel abdentibus in profundum à Iehoua consilium.* Secundus hîc concionis locus explicat vnum peccati genus, cuius causa in populum iudicium denuntiatur est, nimirum hypocrisin, vt diximus in vers. 1. Sunt enim tres huius loci partes: prima est, propositio summa iudicij in hypocrisis hoc versu: secunda, confirmatio per redargutionem, à vers. 16. ad 22. tertia, piorum consolatio inde ad finem capituli. ait ergo, *Va abdentibus in profundum, &c.* id est, iis, qui omnem indultiam consumunt in consiliis capiendis, quæ etiã Deum ipsum fugere videantur, aded sua hypocrisi conantur celare Deum, & putant notitiam eius posse subterfugere, vt sequentia verba explicant. Notabis futurum, *abscondere*, ex Hiphil, studiosam, diligentem, & accuratam absconsionem denotare, qua res suas hypocrisæ Deum celare contendunt.

QVORVM SVNT IN TENEBRIS OPERA. ] Hebr. *& eris in obscuritate opera eorum.* id est, vel multitudo operum, vel vnumquodque ex operibus illorum, distributiue. Quæ numeri enallage significat, vel eos magno studio & cura fatagere vt quodque opus eorum lucem & inspectionem diuinam subterfugiat: vel vnumquodque ex operibus illorum esse magnopere obscurum ac pudendum. Alij: 1. *& vt opera eorum sint in tenebris.* 2. *qui existentes in tenebris, opere suo quoque, dicunt, &c.* id est, in abditissimo, occulte institutis, & sententia ipsorum imperuestigabilibus consiliis.

QVIS VIDET NOS? ] q. d. ne Deus ipse videt nos.

VERS. 16.

PERVERSA EST HÆC VESTRA COGITATIO, QVASI SI LVTVM CONTRA FIGVLYM COGITET. ] Alij ex Heb. 1. *Subuersio vestra vere sicut lutum figuli reputabitur.* id est, versio, seu mutatio vestra. q. d. non tantummodo nouit Deus opera quæ facitis, sed vos quoque perdere potest: tam facile enim potest vertere ac mutare sortem vestram, quam facile potest figulus ex luto facere vas, quod vult. 2. *Conuersio vestra, seu vertere vestrum,* id est, consilia, quæ animo versatis, *an sicut lutum figuli reputabitur?* id est, an instar luti figulini erunt? Miranda plane superbia! namperinde agitis ac si vos ipsi factores rerum essetis, atque omnia in manu vestra posita haberetis, vt figulus lutum. 3. *Si versio vestra,* id est, formatio vestri est *veluti lutum,* seu *versio luti* in manu figuli, *quando dicit opus factori suo, &c.* q. d. *Qui estis vos, qui audetis vos Deo opponere, eiusque decreta aut sapientiam interuerrere, quum sitis opus Dei, magisque ab illo pendeatis, quam lutum à figulo?* 4. *Quæ vestra peruersitas vt lutum figuli reputabitur, si dicat opus factori suo, &c.* 5. *Vertere vos, vel res inuerti à vobis, an sicut lutum figuli reputandum est?* Confirmatio per redargutionem ex antitheto à persona ipsorum & persona Dei: prius enim argumentum est, Putatisne vobis esse tam facile factu vt eueratis consilia Dei, & rebus omnibus utramini arbitrati vestro, quam facile est figulo tractare lutum atque

transfor

transformare? hoc versu: posterius autem; Imò verò hoc vnus Dei est, atque ita se habere, factò experiemini, versibus sequentibus.

ET DICAT OPVS FACTORI SVO, &c.] Quidam hanc partem ex Hebr. ita reddunt: *quum dicet opificium de opifice suo, Non fecit me, etiam figmentum dicere poterit: nam potentialis est, vt vocant, significatio, de fictore suo: Non intelligit.* Hypothesis ironica, siue concessio, qua in ludibrium traducit Deus hypocritarum arrogantiam: Mirum est, inquit, vos ita desipere, vt ne ipsa quidem naturæ principia cognoscatis: prius enim opus negabit opificem suum, aut factum infectum erit, quam consilia & cogitationes vestræ fugiant cognitionem meam: nedum vt minimam eorum consiliorum partem labefactent.

NON INTELLIGIS.] Hebr. *Non intelligere-fecit.* Verbum ex Hiphil significatum intendit, id est, non cum iudicio & intelligentia obseruauit, quid fecerit.

VERS. 17.

NONNE ADHVC IN MODICO ET IN BREVI, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Nonne adhuc paululum paululum, & conuertetur Libanon in Carmelum, & Carmelus vt silua reputabitur?* q. d. Intra breuissimum tempus omnia immutabuntur: nam futurum est vt superbi, & qui in summo sunt honore, humiliantur ac deprimantur, humiles vero ac depressi exalantur. Kimchius ita exponit: Metaphorice notat quod ij, qui modo sunt excelsi vt cedri Libanon excelsæ, erunt sicut arbores Carmel, quæ sunt humiles: & Carmel in siluam reputabitur: id est, ij, qui modo sunt humiles vt arbores Carmel, erunt excelsi vt arbores siluæ Libanon. 2. *An non adhuc breuissimo tempore Libanus redigetur in agrum planum, seu feracem, & ager planus in siluam, seu & ager ferax in saltum.* 3. *At non adhuc paulisper tempore pusillo, etiam conuertetur Libanus in aruum? & aruum pro silua reputabitur?* Altera pars antitheseos, qua Deus contra quam putabant hypocritæ, potentiam suam asserit: quasi dicat, Meum est momento deicere elatos, vt exaltare humiles: quod per allegoricam hoc versu dictum, in sequentibus ab effectis illustratur. *כרמל Carmel* hîc non proprie accipiunt pro monte Carmelo tribus Asseris, sed pro agris, aruis, vallibus, planis ac depressis & frugiferis: vt supra cap. 10. vers. 18. & cap. 16. vers. 10. vide infra cap. 32. v. 15.

VERS. 18.

ET AUDIENT IN DIE ILLA, &c.] Quidam hunc versum ita ex Hebr. explanant: *Et audient die illa surdi: isti verba litterarum, de quibus supra vers. 11. & 12. & ex caligine atque è tenebris, in quas putauerunt se profundissime abditos esse à Iehoua, supra vers. 15. oculi cæcorum videbunt.* Notant hoc versu describi effectum interminationis de cædendo Libano, quo fere elati & insolentes homines figurantur: Tam grauitè (inquit Deus) parcuriam illos, vt velint nolint cogantur audire, videre, & sentire modis omnibus iudicia mea: ad quorum denuntiationes agebant surdos, & cæcutiebant ad signa.

ET DE TENEBRIS ET CALIGINE.]

Hebr. & de caligine, & de obscuritate. Quidam: *ablatis caligine ac tenebris.*

ET ADDENT MITES IN DOMINO, &c.] VERS. 19. Alij: *Et cumulabunt mansueti in Iehoua lætitiarum: egentissimique hominum in Sancto Israelis exultabunt, vel gesticent-præ lætitiâ, tripudiant.* Effectus promissionis de aruo in siluam attollendo, supra v. 17.

QUONIAM DEFECIT QUI PRÆVALEBAT.] VERS. 20. Alij: *Quod deserit praualeidus, vel violentus, formidabilis, tyrannus.* vide in Iob 15. vers. 20.

ET CONSUMMATVS EST ILLVSOR.] Hebr. & *consumetur, deficiet, cessabit euanesceat, illusor, vel derisor.* Quidam: *defeceritque derisor.*

ET EXCISI SVNT OMNES QUI VIGILABANT SVPER INIQUITATEM.] Alij ex Hebr. 1. *excidenturque omnes, qui iniquitati inuigilant, vel qui perseverant in iniquitate.* 2. *& excisi fuerint quicumque sedulo obseruant vanitatem.* 3. *Fortiter: & excidentur omnes aduigilantes iniquitatis.* 4. *Fortius: & succisi sunt omnes vigilantes concupiscentiæ, seu cupiditatis.* id est, qui excubias agunt, & in hoc maxime intenti sunt, vt concupiscentiam tueantur ac foueant. De voce *און auen*, quam hîc *concupiscentiam, seu cupiditatem* vertimus, vide in Genes. 49. vers. 3. & Numer. 25. vers. 21. Possit hîc cultum sine fide significare, seu vanum, superstitiosum & idololatricum cultum, vt supra cap. 1. vers. 13. & 1. Samuel. 15. vers. 23. Ex Hebr. proprie reddes: *& excidentur omnes aduigilantes concupiscentiæ.* id est, vigilanter attendentes, intente-obseruantes concupiscentiæ, seu prauæ cupiditatis.

QUI PECCARE FACIEBANT HOMINEM IN VERBO.] VERS. 21. Alij: 1. *peccare-facientes hominem in verbo.* id est, Peccatum ei imponentes, & iudicantes eum peccasse in verbis. q. d. qui in singulis verbis carpere solent doctorem prophetam, qui eos corripuit, omnia in malam partem accipientes. 2. *peccati reum peragentes hominem propter verbum.* id est, suscepta offensione etiam leuissima de causa, aut plane nulla. 3. *Hispanicus Interpret: Los que hazian peccar al hombre en palabras.* id est, *los impios prophetas que hazian grangeria de los votos temerarios del pueblo,* Ecclesiastæ 5. vers. 1.

ET ARGVENTEM IN PORTA SVPLANTABAT.] Hebr. & *arguenti in porta.* id est, publice, palamque, nam in portis habebantur iudicia, & conuentus publici, laqueos ponent, tendent, complicabunt. Nonnulli Hebræorum futurum *יקושון iekoschun*, non à *קוש iakosch*, illaqueare, sed à *קוש kusch*, vel *קוש kachsafsch*, colligere quisquilias, deducunt: vt sit hîc minutissima quæque in aliquo contumeliose colligere, perscrutari, ingerere, vnde pro increpare sumunt, redduntque: *& arguentem in porta increpabunt.* proprie, *quisquilias.* id est, perscrutabuntur in eo quisquilias, paleas, stipulas, & minutias qualuis calumniarum, contumeliarum, & vndequaque venabuntur etiam ex leuissimis rebus materiam iniuriarum: Nonnulli reddunt: *& corripientis*

ripienti ponentes tendiculum in porta. vt facilius in ingressu vel egressu urbis impingat, seu corruat.

ET DECLINAVERUNT FRVSTRA A IVSTO. ] Alij ex Hebr. 1. & declinant in vanitate iustum. 2. & cadere faciunt falso iudicio iustum. 3. denique peruertentes sua inanitate iustum. 4. declinareque faciunt frustra iustum. 5. & declinant ad nihilum, vel ad vanitatem iustum. id est, causam iusti, quasi dicat, cadere faciunt causa sua iustum, euanescere faciunt causam iusti. 6. Forsterus: & flectunt in ordinatione iustum. id est, abducunt, in in impia doctrina. Nam hoc nomine *והוהו* robu, interdum Spiritus Sanctus appellat idola, & numina commentitia, adeoque illam ipsam idololatriam, atque falsos cultus contra prescriptum verbum Dei, & ordinationem diuinam institutos: qui conscientias neque excolunt, neque confirmant, sed potius confundunt, perturbant, & vastant: vt 1. Samuel. 12. vers. 21.

VERS. 22.

PROPTER HOC HEC DICIT DOMINVS AD DOMVM IACOB. ] Alij: Idcirco ita ait Iehoua de domo Iahakobi. Tertia pars, vt dictum est in vers. 15. consolatio reliquiarum à promissionibus Dei malum accensis ab Ecclesia, eamque seruantis, & informantis.

QVI REDEMIT ABRAHAM. ] id est, adductus sola sua, & gratuita misericordia, qua Abrahamum seruauit, ex idololatria liberans, & posteriorum salutem spondit ei. Alij: liberauit eum de manibus impiorum Chaldaeorum, & de consortio ac contagio nationis prauæ.

NON MODO CONFVNDETVR IACOB. ] Alij: Non iam, vel post hac erubescet, seu pudefiet. id est, quum predictum opus effecero, Iahakob. id est, Ecclesia, quæ hactenus abundauit filiis degeneribus, ac propterea probris affecta est atque deformata.

NEC MODO VULTVS EIVS ERVBESCET. ] Alij: 1. neque nunc rubore perfundentur facies eius. 2. neque iam facies eius expalescet. 3. neque nunc facies suas auerent. scilicet pudefacti. 4. neque nunc facies eius verebuntur. id est, verecundia afficientur. Potest

significatus verbi *חור* chaur desumi à *חור* chur, albo, candido, albescent, id est, expalescent præ metu ac trepidatione. vel à *חור* chor, foramine; quali præ pudore, seu timore velint se in foramen abdere. Similis est acceptio verbi *חפר* chaphar; infodere.

SED QVVM VIDERIT FILIOS SVOS, OPERA MANVVM MEARVM. ] Alij: Nam quum videbit natos suos opificum manuum mearum. id est, regeneratos Spiritu meo: quo modo accipit Paulus Ephesior. 2. vers. 10. Hic natos per Spiritum nedum reliquias Israël secum carnem sed vniuersæ filios Dei, etiam ex gentibus adunatos in Ecclesia accipiunt.

ET SANCTIFICABVNT. ] Ecclesia cum filiis.

SANCTVM IACOB. ] Hebr. Sanctum Iahakobi. id est, eum quem sancte colit Ecclesia sanctissimum & sanctificatorem hominum.

PRÆDICABVNT. ] variè alij ex Hebr. 1. timebunt: firmidabunt. 2. praualescere-facient. id est, facient vt eum alij timeant, & tanquam terribilem admirentur. 3. praualescere-sinent. in ipsos, siue facient vt eis praualent. id est, expalescent. 4. expanseendum-prædicabunt. Nos: praualescere-facient. hoc est, celebrabunt eius praualescentiam, robur, potentiam, vim, &c.

ET SCIENT ERRANTES SPIRITV INTELLECTVM. ] Alij: Vt cognoscant errabundi spiritu prudentiam. id est, miseri homines seducti à via veritatis, ac proinde huc illuc impulsu variis doctrinarum ventis.

ET MVSSITATORES. ] Hebr. & grunnientes, ringentes, mussitantes, murmurantes, susurrones, obstreperi.


DISCENT LEGEM. ] Hebr. acceptionem: perceptionem: doctrinam-perceptam: disciplinam: institutionem. vt Prouerb. 1. vers. 5. Quidam reddunt: & susurrones discant doctrinam. id est, qui prius prophetis obstreperant, eorumque monita tulerant in dignissime, discant conticescere, & placide accipere doctrinam Dei.

## CAPVT XXX.

Comminatio aduersus Iudeos, qui Domino inconsulto prementibus Assyrijs ad Aegyptios confugiebant: ipsis quoque prophetarum admonitiones audire nolentibus, sed vana praesidia querentibus, grauem denunciat afflictionem: & quàm sit Deus futurus benignus ad ipsum reuertentium felicitate, ac iudicio impiorum.

Vulg.

Malu.

1  **V** filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum:

2 qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti.

3 Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbra Aegypti in ignominiam.

4 Erant enim in Tani principes tui, & nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt.

5 Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium, & in aliquam utilitatem, sed in confusionem & in opprobrium.


6 Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustia leana, & leo ex eis, & vipera, & regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit.

7 Aegyptus enim frustra & vanè auxiliabitur: Ideò clamauit super hoc: Superbia tantum est, quiesce.

8 Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & eris in die nouissimo in testimonium vsque in aeternam.

9 Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.

10 Qui dicunt videntibus: Nolite videre; & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quae recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

1  **O**i filij<sup>a</sup> refractarij, Fidelis, sermo IHVH, ad facere consilium, & non de me; & ad fundere fusionem, & non spiritus mei:<sup>b</sup> corre-

2 Ambulantes ad descendere Aegyptum, & os meum non postulauerunt: ad obfirmare in<sup>d</sup> obfirmatione Pharghonis, & ad protegere in vmbra Aegypti.

3 Et erit vobis obfirmatio Pharghonis pudefactioni: & protectio in vmbra Aegypti, & ignominia.

4 Quia fuerunt in Tzoane principes eius: & <sup>f</sup>legati eius Chanes pertinere facient.

5 Omnes exsiccauit super populum, non subleuabunt eis: non adiutorio, & non ad subleuare; quia pudefactioni & etiam probro.

6 Leuanda animalium meridiei: in terra <sup>g</sup>coangustationis, & <sup>h</sup>pressuræ, leo-cordatus, & leo vetus de eis, vipera, & comburens volans; leuabunt super scapula<sup>l</sup> pulli<sup>k</sup> strenuitates eorum, & super<sup>l</sup> gibbum<sup>m</sup> cameli thesauros eorum, super populum non subleuabunt.

7 Et Aegyptus vanitate & vacuitate adiuuabunt: ad sic<sup>n</sup> vocauit<sup>o</sup> isti: Tumor, ij, <sup>p</sup>sedere.

8 Nunc veni, scribe eam super tabulam ad eos, & super librum constitue eam: & fuit diei posteriori<sup>q</sup> ad vsque ad aeternum.

9 Quia populus mutationis ipse, filij denegantes: filij non amauerunt audire legem IHVH.

10 Qui dixerunt videntibus, Non videbitis, & prauidetibus, Non prauidebitis nobis rectitudines: loquimini nobis dispertitiones, prauidete fallacias.

a vte 1.  
23.b datus,  
ad corre-  
spondentiam  
c erratum,  
delictum,  
sic statim.d munitio-  
ne, ioboree ad igno-  
miniamf nuntij,  
oratoresg coarctationis, op-  
pressionis  
h angoris,  
toritura  
i asini, asseli  
li Nomina-  
uus, pluralis.  
k virtutes,  
copias, fa-  
cultates,  
opes  
l tuber  
m Nomina-  
uus plu-  
ralis.n proclama-  
maui  
o ad istam,  
de hoc  
p manere,  
cessare, vel  
mansio,  
cessatio  
q in sempi-  
ternum, vs-  
que in sae-  
culum vel  
perpetuò  
donec est  
saeculum

11 Auferte à mè viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.

12 Propterea hæc dicit sanctus Israel: Pro eo quòd reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo:

13 propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius.

14 Et comminetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aqua de fovea.

15 Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio in spe erit fortitudo vestra. Et nolulistis:

16 & dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et super veloces ascendemus: ideò velociores erunt, qui persequentur vos.

17 Mille homines à facie terroris vnus: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem.

18 Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideò exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum.

19 Populus enim Sion habitabit in Ierusalem: plorans nequaquam plorabit, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi.

20 Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

21 Et aures tuæ audient verbum post tergum moventis: Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram.

22 Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum confatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei:

11 Discedite de via, & extendite de semita, cessare-facite de faciebus nostris sanctum Israelis.

12 Ad sic, sic dixit sanctus Israelis: <sup>f</sup> Propter vestrum Correspondentia fastidire <sup>t</sup> vos in verbo isto, & confidistis in fraudulentia, & <sup>u</sup> deflexo, & innixi-fuistis super illud: <sup>u</sup> defecete

13 Ad sic erit vobis <sup>x</sup> prauitas ista, sicut ruptora cadens, exuta in muro exaltato: <sup>y</sup> cuius subitaneitate <sup>z</sup> casui veniet contractio eius. <sup>x</sup> curitas, distortio, perueritas <sup>y</sup> que <sup>z</sup> ad casum, euentum, fatum

14 Et confringet eam secundum contractionem lagenæ, formantium, conterere non commiseratione-mouebitur: & non inuenietur in <sup>a</sup> contusione eius testa ad excipere ignem de <sup>b</sup> vitione, & ad <sup>c</sup> denudare aquas de scrobe. <sup>a</sup> cõquassatione, fragmentis <sup>b</sup> vitione, <sup>c</sup> de promedum hauriendum

15 Quia sic dixit ADONAI IHVH sanctus Israelis: In reuersione, & depositione saluabimini; in tranquillare, & in confidentia erit præualeſcentia vestra: & non amauistis.

16 Et dixistis, Non quia super equum fugiemus; super sic fugietis: & super <sup>d</sup> leuem <sup>e</sup> inuehemur; super sic leuifient persequentes vestri. <sup>d</sup> velocem, celerem, celerem <sup>e</sup> equitabimus

17 Mille vnum de faciebus increpationis vnus; de faciebus increpationis quinque fugietis: vsque-ad si superrelictis fuistis sicut malus-navis super caput montis, & sicut vexillum super collem.

18 Et ad sic prolongabit IHVH ad gratificare vos, & ad sic eleuabitur ad inuiscerare vos: quia ELOHIM iudicij IHVH; beatitudines omnium prolongantium ei.

19 Quia populus in Tziione habitabit in Ierusalem; lacrymari non lacrymaberis, <sup>f</sup> gratificare gratificabit te, voci clamoris tui, secundum audire eum, & respondit te. <sup>f</sup> gratum-faciendo, gratum-faciet <sup>g</sup> exaudiat

20 Et dabit vobis ADONAI panem coangustationis, & <sup>h</sup> aquas pressuram: & non alabitur <sup>i</sup> adhuc docentes tui, & erunt oculi tui videntes docentes tuos: <sup>h</sup> vt 1. Reg. 22. v. 27. <sup>i</sup> amplius, ultra

21 Et aures tuæ audient verbum de posterioribus tuis, ad dicere: ista via ambulate in ea, quia dexterabitis, & quia sinistrabitis.

22 Et taminabitis <sup>k</sup> speculationem dedolatorum argenti tui; & ei hoc cooperimenti auri tui <sup>l</sup> disperges ea sicut languentem; Exi, dices ei. <sup>k</sup> vide in Exod 25. v. 11. <sup>l</sup> sparsim abicietis ventilabis

23 Et dabitur pluuia semini tuo, ubi-  
cumque seminaueris in terra: & panis  
frugum terra erit uberrimus, & pinguis:  
pascetur in possessione tua in die illo  
agnus spatiosè:

24 & tauri tui, & pulli asinorum, qui  
operantur terram, commistum migma  
comedent sicut in area ventilatum est.

25 Et erunt super omnem montem ex-  
celsum, & super omnem collem eleuatum  
riui currentium aquarum, in die interfe-  
ctionis multorum, cum ceciderint turres.

26 Et erit lux lunæ sicut lux solis, &  
lux solis erit septemplex sicut lux sep-  
tem dierum, in die qua alligauerit Domi-  
nus vulnus populi sui, & percussuram  
plagæ eius sanauerit.

27 Ecce nomen Domini venit de lon-  
gino, ardens furor eius, & grauis ad  
portandum: labia eius repleta sunt indi-  
gatione & lingua eius quasi ignis de-  
uorans.

28 Spiritus eius velut torrens inun-  
dans vsque ad medium colli, ad perden-  
das gentes in nihilum; & franum erro-  
ris, quod erat in maxillis populorum.

29 Canticum erit vobis sicut nox san-  
ctificata sollempnitatis, & lætitia cordis,  
sicut qui pergit cum tibia, vt intret in  
montem Domini ad fortem Israel.

30 Et auditam faciet Dominus glo-  
riam vocis suæ, & terrorem brachij sui  
ostendet in comminatione furoris, &  
flamma ignis deuorantis: allidet in turbi-  
ne, & in lapide grandinis.

31 A voce enim Domini pauebit Assur  
virga percussus.

32 Et erit transitus virgæ fundatus,  
quam requiescere faciet Dominus super  
eum in tympanis & citharis: & in bellis  
præcipuis expugnabit eos.

33 Preparata est enim ab heri Tophe-  
th, à rege preparata, profunda, & dilata-  
ta. Nutrimenta eius, ignis & ligna  
multa: flatus Domini sicut torrens sul-  
phuris succendens eam.

23 Et dabit pluuiam feminis tui, quod  
feminabis ad humum, & panis prouen-  
tus humi, & erit pinguis, & oleosus:  
pascet<sup>m</sup> peculia tua in die ipsa pas-  
cum latum.

24 Et boues, & <sup>n</sup> pulli seruietes hu-  
mi-migma acedine - infectum come-  
dent, quod <sup>o</sup> dispersum in vanno & in  
P dispersorio.

25 Et erit super omnem montem ex-  
celsum, & super omnem collem leua-  
tum dispersiones, deductiones aqua-  
rum: in die interfectionis multæ, in ca-  
dere turres.

26 Et erit lux lunæ sicut lux solis, &  
lux solis erit <sup>q</sup> septuplum; sicut lux <sup>r</sup>  
septem dierum: in die superalligare  
IHVH confractionem populi sui, & in-  
fectionem percussione eius sanabit.

27 Ecce nomen IHVH <sup>f</sup> venit de lon-  
gino exardens nasus eius, & graui-  
tas le vandæ: labia eius impleta fuerunt  
furore, & lingua eius sicut ignis come-  
dens.

28 Et spiritus eius sicut torrens inun-  
dans vsque ad collum dimidiabit; ad  
agitare gentes in agitatione præcipi-  
tantæ: & <sup>t</sup> frenum errare-faciens su-  
per maxillas populorum.

29 Canticum erit vobis sicut nocte  
sanctificare - sese-facere festiuitatem:  
& lætitia cordis sicut ambulantis in <sup>u</sup> ti-  
bia, ad venire in monte IHVH, ad <sup>x</sup> pe-  
tram Israelis.

30 Et audire - faciet IHVH celebra-  
tem vocis suæ, & depositionem bra-  
chij sui videre-faciet; in feruore nasi,  
& flamma ignis comedentis: <sup>y</sup> disper-  
sio & <sup>z</sup> cataracta, & lapis grandinis.

31 Quia de voce IHVH consternabi-  
tur Assur: in <sup>a</sup> baculo percutiet.

32 Et erit omnis transitus <sup>b</sup> baculi  
foundationis, quem deponet IHVH su-  
per eum, in tympanis & in citharis: &  
in <sup>c</sup> cæssonibus agitationis <sup>d</sup> cædet in  
ea.

33 Quia ordinata de heri Thoph-  
th, & iam ipsa regi apparari - facta  
fuit; profundauit dilatauit: <sup>e</sup> pyra eius,  
ignis & ligna multum; halitus IHVH  
sicut torrens sulphuris <sup>f</sup> exardens  
in ea.

<sup>m</sup> acquisi-  
tiones, pe-  
cudes tuas  
<sup>n</sup> alicelli

<sup>o</sup> disperses  
& ventilatū  
<sup>p</sup> ventilabro

<sup>q</sup> bis septē,  
septempli-  
citer  
<sup>r</sup> septenarij

<sup>f</sup> præteritum  
vel veniens

<sup>t</sup> vel frenū  
errante,

<sup>u</sup> fistula  
<sup>x</sup> vide in  
Duteron.  
32. 4.

<sup>y</sup> dispersio-  
ne, &c.  
<sup>z</sup> vt c. 25. 4.

<sup>a</sup> virgæ

<sup>b</sup> virgæ

<sup>c</sup> incisioni-  
bus bellis,  
prælijs  
<sup>d</sup> pugnabit,  
præliabitur

<sup>e</sup> rogos  
fexardesc-  
centis.





## COMMENTARIA.

VERS. 1.



ÆLLII DESERTORES, DICIT DOMINVS. ] Alij: 1. *Va filiis declinantibus, recedentibus, peruersis, dictum Iehoua.*

2. *Va filiis rebellibus, seu contumacibus, dictum Iehoua.* 3. *Va filiis defecto-ribus, apostatis.* 4. *O filios contumaces, fidelis sermo Iehoua.* Hic stomachantis interiectionem esse volunt. 5. *Va filiis contumacibus dictum Iehoua.* Tertius hic concionis locus, vt dictum est cap. 29. in vers. 1. qui hoc toto capite exponitur, alterum genus peccati explicat, quo populus in se accersuit iudicia Dei, nimirum defectionem. Constat autem ex quatuor partibus: prima est, propositio & denuntiatio summa contra defectores, vsque ad versum 8. Secunda, narratio mandati, quod propheta accepit à Deo denuntiandum populo, inde vsque ad versum 15. tertia attestatio grauissima cum populo vsque ad vers. 27. postrema, confirmatio ab exemplo Assyriorum, ad finem vsque capitis. Ait ergo: *Va filiis contumacibus.* id est, Iudæis, qui regnante Tzidkija contumaciâ maiorum sua cumularunt, obdurantes cervicem suam, & animum obfirmantes 2. Paralipom. 36. v. 13. cuius contumaciæ insigne documentum fuit rebellio in Nebuchad-netzarrem contra fidem datam, & prophetarum monita, & confociatio cum Ægyptiis, de qua hic agitur, & Ieremiæ 37. & Ezechiel 17.

VT FACERETIS CONSILIUM. ] Alij: *ad agitandum consilium.* de rebellionem in Babylo- nium, & scedere cum Ægyptio.

ET NON EX ME. Alij: *at non ex me.* cuius videlicet dicuntur filij: sic amplificatur criminis atrocitas.

ET ORDIREMINI TELAM, ET NON PER SPIRITUM MEVM. ] Notant verbum נִסְּךָ *nasach*, cum suo nomine verbali נִסְּךָ *masfehah*, quod etiam hic ponitur, quum de liquidis dicuntur, per *fundere*, & *fusionem* reddi: vnde hic exponunt: & *ad fundendum fusionem*, & *non spiritus mei*, id est, vt perfundamini in fusione quadam spiritus, non quidem spiritus mei, sed alti soporis, vt dixerat supra cap. 29. v. 10. Quando vero de aridis, per *operire*, & *obtegere*: quocirca hic conuertunt: & *ad obtegendum*, *operiendum*, *protegendum se operitorio*, *tegumento*, *protectorio*. Nonnulli exponunt: & *ad tegendum tegumento.* siue & *ad obducendum tegumentum*, *at non spiritus mei.* id est, adsciscendum sibi protectionem defensionemque aliam quam spiritus Dei, nimirum eam, quæ sequentibus sex versibus exponitur, idque tam occulte, vt non prius de ea Nebuchad-netzar cognouerit, quam copias in Iudæam immisisset, ac propterea recipere eas coactus sit inopinato aduentu Ægyptij, Ierem. 31. v. 9. & 11. Hebræi hic *fundere fusionem*, seu *tegere tegumentum*, metaphoricè accipiunt, pro consulere

consilium. Significatio ordiendi ac texendi, quam Noster sequutus est, non est aliena, vt supra cap. 25. v. 7. & Iudic. 16. v. 13.

VT ADDERETIS PECCATVM SVPER PECCATVM. ] Alij: *quo peccatum peccato accun- lant.* vel, *vt adiiciant peccatum peccato.*

QVI AMBVLATIS VT DESCENDATIS &c. ] Alij ex Heb. hunc versum clarius efferunt: *Proficiscentibus, seu pergentibus vt descendant in Ægyptum:* id est, Euntibus in Ægyptum, vt scædus iungant, & consequantur auxilia- res copias: *quum os meum non consuluerunt: quin potius nuntios meos subfannarunt, & spreuerunt verba mea.* 2. Paralipom. 36. v. 16. *Miosis: vt roborentur robore Parhonis, & recipiant se in umbram Ægypti, ad frændum protectione eius, vt modo dixit, & figuratur Ezechiel. 17. v. 7.*

ET ERIT VOBIS FORTITVDO PHARONIS &c. ] Quidam: *nam erit vobis robur Pharonis, pudori, & receptus iste in umbram Ægypti, ignominia.* Ergasia, siue exonatio denuntiationis præcedentis versus. Alij: *verte- tur itaque vobis fortitudo Pharonis in pudorẽ, & fiducia in umbram Ægypti, in ignominiam.*

ERANT ENIM IN TANI PRINCIPES TVI. ] Heb. *Quia fuerunt in Tzoan principes eius.* Quidam: *Quum fuerint Tzobane principes istius.* regis Iehudæ, nimirum Tzidkijæ, quos ad auxiliares copias à Pharhone, adducendas miserit: hæc autem historia habetur Ezechiel. 17. vt diximus in vers. 2. De Tzoane vide Numeror. 13. v. 23.

ET NVTII TVI VSQVE AD HANES PER- VENERVNT. ] Alij: & *legati istius, scilicet, Zidkijæ. Chanefum peruenerint.* S. Hieronymus: *[Hanes autem urbem Ægypti alibi in Scriptura non legimus, sed ex eo, quod ait: Nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt; intel- ligimus ultimam iuxta Æthiopas & Blemmyas esse Ægypti ciuitatem.]* Tremellius & Iunius exponunt, *[Chanefum, id est, Daphnas Pelu- sius, vt Herodotus vocat libro 2. Numer. 30. & 107. que cateris Scriptura locis appellantur Thachpenes de nomine illius regis, qua memo- ratur 1. Reg. 11. v. 19. aut etiam Thachpan- ches Ierem. 43. v. 7. obiter tamen obseruandum est, corruptum esse Herodoti locum istum in Græco contextu, tum in Latina interpretatione, ubi hoc modo legendum est: Sub Plammiticho rege custodia collocata fuerant in Elephan- tine vrbe aduersus Æthiopas, & in Daphnis Pelusis, alia aduersus Arabas & Assyrios &c. Huius interpretationis nostra auctorem se- quuti sunt Ionathanem Chaldaum.]* Hæc illi. Daphnem circa Pelusium, memorat etiam Stephanus in vrbibus: quam à Pelusio XVI. mill. pass. distare auctor est Antoninus in Itinerario.

OMNES CONFESI SVNT SVPER POPVLO &c. ] Variè alij hunc versum transfundunt ex Heb. 1. *Omnis pudescens est super populo, non*

releuabunt eis: non ad adiutorium, non ad releuandum, sed ad pudorem, & etiam ad opprobrium. 2. *Onnem*, id est, vnique pudebit, siue omnes pudore affecti sunt. vel omnes pudefacio, super populo, qui non proderunt eis; nec ad auxilium, neque ad proficiendum, vel neque ad afferendum utilitatem; sed in confusione, & etiam in opprobrium. 3. *Omnes fuerunt apud populum, qui nihil subleuaminis afferat ijs: non in adiutorium, neque in subleuamen, sed in pudorem insuper & in opprobrium fuerunt.* q. d. Iudæi illis iuis Ægyptiacis legationibus nihil aliud lucrati sunt apud populum Ægyptium, quam infamiam & contemptum, vt peius audirent apud Ægyptios quam antea: nam eos ignauos & imbelles ac timidos reputarunt. Sic accipitur verbum *באשׁח* *baasch* fuerunt. Genes. 34. v. 30. 1. Samuel. 13. v. 4. 2. Samuel 10. v. 6. & cap. 18. v. 21. 4. *Omnes pudefaciet per populum.* nempe ipse Tzidkija rex Iudæorum, id est, hac defectioe sua, & Ægyptiorum societate ruinam pudendam omnibus suis popularibus afferet, per populum Ægyptium, seu Ægyptios, qui ipsis potius confusione & damno futuri erant: vt sequentia verba ostendunt, & docet Iirmeja 2. v. 36. *per homines non profuturos illis: non adiumento, neque emolumento: sed pudori, etiamque probro futuri sunt.* Præteritum *הובישׁ* *hobisch* cum Aleph, & Iod quiescentibus alij à *בשׁח* *bush* seu *בשׁח* *iabasch* deducunt omnes pudefecit, exsiccauit, aresecerefecit-pudore. Fortasse additum fuit *aleph*, vt maiorem pudorem denotet, inquit Marinus. Alij, à *baasch*, omnes fetere-fecit. scilicet, Zedechias.

## VERS. 6.

ONVS IUMENTORVM AVSTRI, &c.] Hunc versum varie alij ex Hebræo conuertunt: 1. *Onus seu propheta-gravis: Vide supra cap. 13. v. 1. animalium seu iumentorum, aut bestiarum meridiei, id est, deserti illius vastissimi quod est ad meridiem terræ sanctæ, quo descenditur in Ægyptum: nam feræ potissimum versari solent in regionibus squalidis ac desertis, qualis imprimis erat illa australis inter Iudæam & Ægyptum: vide Deuteronom. 1. v. 19. & cap. 8. v. 15. q. d. Prophecia eorum, que euentura sunt Iehudæis descendentibus in Ægyptum auxilij habendi causa. In terra tribulationis & angustia, leo & tigris egredientur ex illis animalibus, vel partibus seu locis, vipera & serpens ignitus volans ad eos, qui deferunt super humerum pullorum, seu asinorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, populo qui non proderit. hoc est, Ægyptiis, à quibus nihil opis habebunt.* 2. *Onus iumentorum meridionalium per terram angustia & pressura, unde leana & leo, vipera & vrens volans. portabunt super scapula pullorum facultates suas, & super gibbo camelorum thesauros suos ad populum, qui nihil subleuaminis afferet.* Putant ludere prophetam in voce *משׁח* *massa*, onus, quæ & onera, quæ dorso deferuntur, & graues & onerosas prophetias designat. Ergo cum Iudæos videret Isaia dorso iumentorum deferre diuitias suas in Ægyptum per vastum illud & horrendum desertum australe: & eorum onera videret, in quæ Ægyptum

importabant auxiliorum compatandorum causa: atque propter hoc à Deo duriter tractandos esse: vltus est voce ambigua, ac si diceret, præuideo eorum onera, quæ deferunt in Ægyptum, ob quod Onus grauissimum à Deo subire cogentur. Plerique tamen hic Onus non in metaphorica grauis prophetiæ significatione, sed in propria oneris accipiunt. 3. *Bazularunt iumenta onus per viam australem, per terram discriminis & angustia plenam, à quibus prodeunt leones & leana, regulus & presterrens ac volitans: bazularunt, in quam, in humeris pulli ipsi facultates illorum, & in gibbis camelis ipsi thesauros eorum, ad populum, qui prodesse non poterit.* 4. Tremellius & Iunius: *Onus iumentis, australibus in terram oppressionis & angustia, ad eos, ex quibus immanis leo, iuuenisque leo, vipera & prester volans proditurus est, deportabunt humero asinorum opes suas, & gibbo camelorum thesauros suos, ad populum, qui non proderunt.* Amplificatio per antithesin siue comparationem studij & munerum ad Ægyptios transmissorum, cum malis, quibus Iudæos ipsos affecturi sunt, & beneficia illorum compensaturi. Hæc autem verba non facere initium nouæ alicuius prophetiæ, tam perspicue verborum series commonstrat, & interpretatio nostra, vt pluribus non sit opus. *iumentis australibus.* id est, camelis Arabicis & asinis quemadmodum sequentia docent. *in terram.* id est, Ægyptum, ad cuius nomen alludit, Hebræum oppressionis vocabulum quod sequitur: nam Ægyptus dicitur *מצרים* *mirzrasim*, oppressio verò *צרה* *zarah*, oppressionis & angustia. id est, qua tantum opprimi & in angustias cogi ex more non adiuuari Iudæi possunt. *ad eos, ex quibus, &c.* id est, Ægyptios Iudæis tam mortiferos quam sunt leones, vipera, &c. *ad populum, qui non proderunt.* vt supra vers. 5.

*Leana.* *לביא* *labi*, leo cordatus, animosus. Vide in Genes. 49. v. 9. & leo *לשׁ* *laisch* leo-vetus, anno sus, decrepitu: vide in Iob. 4. v. 11. Tremellius & Iunius, vel lapsu memoriæ, vel errore typographi habent: *iuuenis que leo.* cum alibi, *vetus-leo*, reddant.

*Vipera* *אפעה* *epheh*, vide in Iob. 20. vers. 16.

ET REGVLVS.] *שרף* *suraph* prester vide in Numeror. 21. v. 6.

SVPER HUMEROS IUMENTORVM.] Ex Heb. reddi potest in genitiuo *supra humerum pullorum, asinorum.* & in nominatiuo *super humerum suum asini, vel pulli*, sic statim: *super gibbum camelorum seu super gibbum suum camelis.*

*Ad populum qui eis prodesse non poterit.* Heb. *super populum, non releuabunt* Potest bifariam accipi. 1. *super vel ad populum, Ægyptium, qui non proderunt ipsis Iudæis vt supra vers. 5.* 2. tamen principes legationis multa & pretiosa munera Ægyptis afferant, ad impetrandas auxiliâres copias pro Iudæis; hac tamen sua diligentia nihil prorsus efficiant, nec populum Iudæum obsidione aut excidio subleuabunt,

ÆGYPTVS ENIM FRVSTRA, &c.] Alij, VERS. 7. hunc versum ex Heb. 1. *Et Ægyptij vane & inaniter*

*inaniter auxiliabuntur: ideo clamant ad hanc Ierusalaim: Fortitudo eorum est manere seu quiescere, subaudi, in ipsa vrbe Ierusalaim, & non descendere in Ægyptum auxilij causa. 2. Et Ægyptij vanitas, & vacuè adiuuabunt: idcirco vocant hanc superbiam earum statum. נשב shebeth, Infinitiuum, vel nomen infinitum faciunt verbi נשב naschab, flare. q. d. tota hæc fiducia, qua superbiunt filii viribus Ægypti, in ventum diffilabitur, sed non obtineant, haud aptè Heb. construi superbiam hanc, cum hanc sit fœmineum superbia verò masculinum. 3. futiliter auxiliabuntur: propterea clamant ad hanc Ierusalaim: Robur eorum quiescere vel cessare, ab eiusmodi procurandis auxiliis. 4. Nam Ægyptij in vanum & inaniter adiuuabunt: idcirco proclamo de hoc, consilio & instituto Iudæorum ad legationem mittendam: fortitudinem ipsis fore, ut maneat, id est, si fortes & saluette volunt, ne legationem in Ægyptum mittant. vide in Ierem. 37. v. 7.*

*SYPERBIA TANTVM EST, QUIESCERE.] נחב rahab, tumor, elatio, altitudo, superbia, amplitudo, robur, fortitudo. Ex verbo: Tumor ipsi sunt, id est, totus Ægyptus nihil nisi tumor & ampullæ inanissimæ sunt; manere vel cessare, subaudi, præstat, vel vobis vtilius est Kimchius exponit: Fortitudo eorum Ægyptiorum cessare, id est, cessabit. Plerique rahab, pro Ægypto ponunt: vide in Psalm. 86. v. 4. atque exponunt: idcirco vocant, seu aperitè prædicant super hac re, Ægyptum eorum Iudæorum esse manere, vel aptius idcirco clamant ad hanc vel, de hac legatione: Ægyptus ij sunt nempe gens perpetuo aduersaria populi Dei, à qua nihil opis sperandum, sed potius omnem oppressionem & angustiam, iuxta nominis sui etymon, ut præcedente versu dicebamus, expectandam: manere subaudi, vtilius vobis erit, vel cessare ab hoc instituto, sic eoncise interdum loquuntur prophetæ. Nonnulli explanant: Amplitudo ipsi, vel ipsorum quiescere, seu cessare. q. d. Tota illa ampla & magnifica Ægyptiorum promissio seu iactatio de mittendis auxiliis, cò tandem recidet, ut nihil agant.*

VERS. 8.

*NUNC ERGO INGRESSVS SCRIBE &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. Nunc ergo ingredi ad eos, & scribe ipsam, id est, hanc prophetiam, in tabula apud eos, vel coram ipsis, seu ipsis videntibus: & in libro scribe eam, vel insculpe, exara eam, ut sit in die nouissimo in testimonium vsque in sæculum, vel in sæculum, atque in æternum, id est, in sæcula sæculorum. 2. Nunc veni, vel eia age, scribe illud vel illam, scilicet hanc Iudæorum defectionem, super tabulam cum eis, vel coram eis: & super librum conscribere illud, ut sit in postremo die, id est, futuris temporibus, in testimonium vsque in sempiternum. 3. Nunc ergo vade, & scribe eam rem eis in tabulam, atque in librum concipe eam, ut duret ad dies posteros, & vsque in sempiternum. 4. Nunc veni, inscribe hoc tabula apud eos, & in libro exara ipsum, ut sit die post venturo, vel temporibus sequentibus in sempiternum, vsque in sæculum. Secunda pars huius loci, nimirum narratio, ut diximus in v. 1. cuius membra sunt duo: vnum, obsignatio*

*prophetiæ propter incredulitatem populi, quatuor versibus: cuius generis obsignationem adhibuerat Moseh ex præcepto Dei Deuteron. 31. v. 19. & sequentibus: alterum, summa prophetiæ de exitio populi, inde ad vers. 15.*

*POPVLVS ENIM AD IRACVNDIAM, &c.] VERS. 9. Alij ex Heb. 1. Populus enim rebellionis, vel rebellis est, filij mendaces, filii inquam qui noluerunt audire legem Iehouæ. 2. Quoniam populus amarus est, filij d. sectores, filij qui noluerunt audire doctrinam Iehouæ. Ex Heb. proprie. Quia populus mutationis, mutabilitatis, rebellionis, defectionis, &c. id est, contumax, irritans, mutans, defector, rebellis, vel amaricationis, amaritudinis.*

*VIDENTIBVS.] Hispanicus Interpres: à VERS. 10. los veyentes, id est Prophetis: vide in 1. Samuel. 9. v. 9.*

*EA QUÆ RECTA SVNT Heb. rectitudines, directiones, equitates.*

*PLACENTIA.] חלקה chalakoth, dispartitiones, perplexitates, lubricitates, blanditias, lauitates, seu lauores, adulationes, molliities.*

*VIDETE NOBIS ERRORES.] Heb. prauitate, vel prouidete hoc est, prædicite, fallacias, deceptiones, illusiones.*

*DECLINATE A ME SEMITAM.] Alij ex Heb. declinare facite, deducite, deflectere-facite de semita ista, vel de itinere, isto recto. VERS. 11.*

*CESSET A FACIE NOSTRA SANCTVS ISRAEL.] Heb. facite ut cesset à facie nostra sanctus Israelis, id est, desinat nos per prophetas obtundere, vel ne toties nobis faciatis verba de Sancto Israelis, à quo magnopere abhorremus.*

*REPROBASTIS VEREBVM HOC.] Heb. est VERS. 12. Infinitiuus, reprobare vos in verbo isto. Alij, spreuistis verbum hoc, vel abhorruistis à verbo. Proprie, fastidium habuistis in verbo hoc. Quidam exponunt à verbo hoc, id est à vocabulo isto & nomine sancti Israelis. Alij à verbo hoc prophetarum, à verbo Dei, cuiusque salutari doctrina.*

*ET SPERATIS IN CALVMNIA ET TVMVLTV.] Alij ex Heb. 1. & confisi estis in violentia & peruersitate, id est, in opibus calumnia & violentia partis atque in defectione à Deo. 2. & confidistis in fraude & peruersitate. 3. confidistis autem fraudi, & præfacto, seu præfacta vite, נלז nalez, quod formam habet participij Niphal, nominaliter in abstracto viurpant: & in defectione, defectione, desertione, prauitate, peruersitate, præfractione, diuersione. Vide in Prouetbia. 3. v. 32.*

*SICVT INTERRUPTIO CADENS, ET REQUISITA IN MVRO EXCELISO.] Alij ex Heb. 1. Velut ruptura cadens, id est, murus ruptus, aut ædificium, seu pars muri minantis ruinam: aut tumor in muro excelso. quando murus tumore quodam vitium facit. 2. sicut ruptura labascens, & eruta in muro excelso. id est, quum crustæ murorum vetustate erutæ concidunt. Quidam: & prominens, vel emnens in muro excelso. id est, quæ eminebat velut tuberculum, & tumebat, & quæ ruinam minabatur. Kimchius cum Nostro: requisita in muro excelso. id est, per quam ingrediuntur,*

&c

& inde inquirunt. Vel quam requirunt hostes ad persuadendam urbem. 3. *tumens vel inflata ut bulla*. propriè, *bullata*, in muro excelso. *Similis ruptura cadentis muri tumens seu qua ventrem faciebat in muro edito, cuius repente momento aduenit fractura*. id est, perinde facitis hac iniquitate vestra, ac si uestibus aut malleis seu machinis iam inclinantem murum vestrae reipublicæ momento deturbaretis in ceruices vestras: sic Psalm. 61. v. 4.

QVONIAM SVBITO DVM NON SPERATVR, VENIET CONTRITIO EIVS. ] Alij: 1. *cuius subito ad momentum, vel de repente veniet contractio eius*. 2. *cuius repente & subito veniet fractura*. 3. *cuius ruina & conquassatio subito ex improviso venit*. Vide supra cap. 29. v. 5. sensum huius versus ita concipiunt, vt murus altus subita & improvisa ruina impulsus omnes prope astantes opprimit; sic prauitas vestra in vos recidet; ac vos euertet.

VERS. 14. ET COMMINETVR SICVT CONTERITVR LAGENA FIGVLI CONTRITIONE PRAVALIDA. ] Variè alij ex Heb. 1. *Franget enim Dominus illum iuxta contractionem lagena figulina contrita, non parceret*. 2. *Et contractio eius sicut contractio vasis figulorum contusa sine commiseratione*. 3. *Et fractura eius velut fractura vasis figulorum contusi absque parcendi affectu*. 4. *Cuius ruptura similis erit ruptura vasis figulini, quod absque vlla commiseratione comminuitur*. 6. *Franget autem eam quasi fractura viris figulorum contusi, non est vsurus clementia*, id est, & quidem franget minutissimè, vt Jerem. 19. v. 11. Amplificatio.

*Et comminuetur*. Heb. diserte nunc habent: *Et franget eam*. Affixum fœmineum referri non potest ad iniquitatem, de qua præcedente versu, nam hæc Heb. est masculi generis, nec ad rupturam, quæ est etiam masculini generis: sed referendum est ad murum, qui est fœminei generis: *Et conteret eum murum*, vel ad ciuitatem Ierusalaim, quæ subaudiatur; vt sit relatiuum sine antecedente.

*Lagena figuli* נבל *nebel* hîc *Lagena*, *laguncula*, *urceus*, *amphora*, *hydria*, *fidelia*: Vide in 1. Samuel. 1. v. 24.

*Contritione praualida*. Hebræa exemplaria passim legunt in infinitiuo חתכו *chathoch*, *conterere non parceret*, id est, non desinet conterere, indefinenter, sine clementia, aut commiseratione conterere. Non pauci *Pabul* legunt חתכו *chathuth*, leuissima tantum vnus punctuli mutatione à dorso *vau*, in ventrem: *Nebel contusi* id est, *vasis contriti*, deinde sequatur, *non parceret*.

DE FOVEA. ] גבה *ghebe*, cum postrema *Aleph*, de fossa, de fouea, scrobe, cauea, lacuna, palude.

VERS. 15. QVIA HÆC DICIT DOMINVS DEVS SANCTVS ISRAEL. ] Alij: *Ita enim dicit Dominus Iehoui*: Vide in Genes. 15. v. 2. *Sanctus Israelis*, &c. Tertia pars huius concionis loci tertij, vt obseruatum est in vers. 1. contestatio, qua propheta primum contumaciam populi cum Dei mandato comparat, hoc versu & sequentis parte, deinde grauissimas calamitates prænuntiat, tribus sequentibus:

ac postremo piorum animos consolatur, erigitque amplissimis promissionibus, vsque ad vers. 17.

SI REVERTAMINI ET QUIESCATIS SALVI ERITIS. Alij ex Heb. 1. *In quiete & requie salui eritis*. id est, si manseritis & quieveritis in Deo, urbs vestra non expugnabitur. 2. *In conuersione, seu resipiscencia, & in remissione, seu quiete saluabimini*, id est, si ab ista vana fiducia conuersi fueritis ad me, & quieti fueritis de auxilio meo persuasi, liberabimini ab hostibus vestris. 3. *Sedendo, quiescendo seruabimini*. 4. *reuersione & descensu seruabimini*. id est, si tranquillis, & sedatis animis certa fide conualescentes in Deo, non autem Ægyptio s implorantes, vt supra vers. 7. ad Chaldæorum regem, cui vos Deus tradidit, reuertamini atque descendatis, vt Jerem. 38. v. 17. & sequentibus. De voce נחב *nachab*, quam hîc nos vertimus *depositionem*. Vide in Iob. 17. v. 16. Nouæ nostræ translationis hic sensus est: *In reuersione ab adornata aut cœpra legatione in Ægyptum, & depositione huius consilij & instituti vestri seruabimini*.

IN SILENTIO ET SPE ERIT FORTITVDO VESTRA. ] Hebr. *in tranquillare*, vel *tranquillari*, id est, tranquillos, quietos, sedatos vos esse: aut *in tranquillitate*. Nam infinita Hebræis passim nominaliter sumuntur: & in fiducia, confidentia, securitate erit praualescentia, potentia, præpotentia, prædominatio, superioritas, victoria vestra.

ET NOLVISTIS. ] Alij: & non acquieuisistis, vel non acquiescistis autem.

ET DIXISTIS: NEQVAQVAM. ] Alij: *Sed dixistis, Nequaquam*. id est, nolimus reuerti, sed potius omnia tentare, vt illorum efugiamus manus: vide Jerem. 38. vers. 17. & sequentibus.

SED AD EQVOS FVGIEMVS, &c. ] Alij: *nam insidentes equo fugiemus, idcirco fugietis: at leui iumento vehemur, idcirco leuiore erunt, qui persequuntur vos*. vide historiam 2. Regum & 2. Paralipom. vltimis capitibus, & Jerem. 39. & 52.

MILLE HOMINES A FACIE TERRORIS VNIVS. ] Hebr. *Mille vnus*, vel *millenarius vnus à facie increpationis vnus*. Alij: 1. *Chilias vna fugiet à facie increpationis vnus*. id est, Mille homines vertentur in fugam, ab vno homine. 2. *Mille hominum ab increpatione vnus, ab increpatione quinque fugietis omnes*. Confer cum Jerem. 37. vers. 10. idque ex decreto Dei Leuit. 26. vers. 8. & Deuteron. 32. vers. 30.

DONEC RELINQVAMINI QVASI MALVS NAVIS IN VERTICE MONTIS, &c. ] Alij: 1. *donec relictus fueritis vt malus nauis in vertice montis*. quasi dicat, vt pauci mali statuuntur in promontoriis altis ad quos dirigant cursum nauæ: ita pauci vos supereritis. 2. *Forsterus: donec relinquamini, seu residui sitis sicut malus-nauis in cacumine montis*. id est, sicut arbor vna ramis priuata in summo montis vertice, tanquam malus in nauis. quasi dicat, solitarij, omni ope destituti. Simile supra cap. 1. vers. 30. S. Hieronymus: *[Et quomodo si fracta navi, & conpage illius dissoluta,*

*dissoluta, sola arbor qua malus dicitur, remaneat, & ponatur pro signo in summitate montis, siue in excelso colle: sic pro signo atque vestigio vix vnus aut alter resideant ad Dei potentiam demonstrandam.] 3. Tremellius & Iunius: donec reliqui fratres similes cippo in vertice huius montis, & similes vexillo in hoc colle. id est, reliquia ex nobis seruata per electione gratuitam paruo numero, spectandae proponantur in oculis omnium gentium, ad colligendam Ecclesiam Dei, vt supra cap. 1. v. 2. in vertice huius montis. id est in Ecclesia versantes, quae Tzijone monte figuratur.*

VERS. 18.

PROPTEREA EXPECTAT DOMINVS VT MISEREATUR VESTRI. ] Alij ex Hebr. 1. *Et ob id expectare iubet vos Iehoua, vt misereatur vestri.* id est, iubet vos bono animo esse, & expectare opem eius, vt eam vobis praestet. 2. *Atque ob hanc causam anhelat, inhiat, Iehoua, vt vos in gratiam recipiat, vel vt gratificet vos.* id est, vt gratiam seu beneficium vobis praestet. magna vis inest verbo anhelandi seu inhiandi, ad demonstrandum summum Dei amorem, quo bonum nostrum curat, & inhiat nobis semper benefacere. 3. *Idcirco autem, cum vt vos perdat, tum vt reliquias ex vobis seruet: expectabit Iehoua.* id est, differet, donec de impiis iudicium fuerit exequutus: *gratiam facere vobis.* id est, propter se vtrumque effecturus est. Nos alium sensum fati, vt videtur, aptum odorati sumus: *Itaque prolongabit, protrahet, Iehouah gratificare vos.* id est, longe, ample, copiose, protracte, proluxe, diffuse nos sua gratia ac beneficio cumulabit.

ET IDEO EXALTABITUR PARCENS VOBIS. ] Alij ex Hebr. 1. *& idcirco elenabit se vt commiseretur vobis.* 2. *& propterea se exaltabit ad miserendum vestri.* 3. *& idcirco elenaturus est se ad miserendum vestri.* 4. *Leo Iudas: & ob id ictum suspendit, vt sit vobis propitius.* Sed verbum *וירם* rum in Kal, cuius hic futurum ponitur, semper est intransitivum. Ex verbo reddidimus: *& ad sic.* Hispanice, *ansi, elenabitur*, id est, insurget, excitabitur, ad inuiscerandum vos. id est, condendum vos intra viscera sua; ad complectendum vos visceribus misericordiae suae, vt loquitur Zacharias Lucae 1. v. 78.

QVIA DEVS IVDICIJ DOMINVS. ] Hebr. *quia Deus iudicij, seu iuris, I H V H.* id est, Deus iustissimus, & seruantissimus aequi.

BEATI OMNES QVI EXPECTANT EVM. ] Alij: *Beati omnes, qui inhiant, anhelant ad eum.* quali dicat, Si ipse inhiat & anhelat ad beneficiendum nobis, vt in in principio versus dixerat; o quam praclare agitur cum iis, qui vicissim ei inhiant, & ad eum amplectendum anhelant. 2. *beati omnes expectantes eum.* Epiphonema metabatikon, seu transitorium ad alterum locum de consolatione piorum, vt diximus in vers. 15.

VERS. 19.

POPVLVS ENIM SION HABITABIT IN IERUSALEM. ] Quidam reddunt: *Nam populus Tzijone habitabit Ierusalaimis.* Consolatio piorum a promissionibus Dei, primum de restitutione Ecclesiae, hoc versus; *Maluenda, In libr. Isaia.*

tum de incorrupto Dei cultu, tribus sequentibus: postremo de benedictionibus Dei in terra & caelo, vers. 23. & sequentibus.

PLORANS N. QVAQVAM PLORABIS, &c. ] Alij: *flendo non flebis, gratiam-faciendo gratiam-faciet tibi, vel porro non flebis, omnino gratiam-faciet tibi, ad vocem clamoris tui, simul ac audierit, exaudiet te.*

RESPONDEBIT TIBI. ] Hebr. praeteritum *respondit, exaudiuit te.* emphaticè, vt indicaret summam Dei promptitudinem & celebritatem in opitulando, quasi dicat, quum primum clamaueris, ex templo puta te exauditum ab eo: non prior erit clamor tuus quam auxilium Dei.

ET DABIT VOBIS DOMINVS, &c. ] Hunc versum diuersimodè alij ex Hebr. exponunt: 1. *Si, vel quando, aut vbi vobis Dominus dederit panem angustiae, & aquam oppressionis; non elongabitur ultra doctores tui.* id est, vel multitudo doctorum tuorum vel quisque è doctoribus tuis, vel doctor tuus; scilicet Deus, qui ita pluraliter nominatur, vel propter auctoritatem & honorem; vel propter mysterium Trium personarum: vel *non subducat sese longius doctor tuus.* quasi dicat, non diu relinquet vos in tribulatione Deus: finit enim Dominus ad tempus suos affligi, sed postea eos eripit: *videbuntque oculi tui doctores tuos.* 2. *dabit quidem vobis Dominus panem angustiae, & aquas oppressionis: verum non includetur angulo amplius vllus doctorem te, sed oculi tui videbunt doctores tuos.* Occupatio ne offenderentur piorum animi malorum sensu, quae inciderunt post restitutionem: docet enim Deus se quidem castigatum esse virga hominum, sed nunquam suos relicturum esse orphanos, quin à doctoribus & ministris Dei assidue corrigantur, informantur, &c.

VERS. 20.

ET NON FACIET AVOLARE A TE. ] Futurum Niphal *יכנף* jchanneph, quod verbum alibi in Scriptura non legitur, non est dubium quin factum sit à *כנף* chanaph, *alas, ora, angulo, extremitate*: variè exponunt: 1. *& non alabitur, non praeditus-erit-alis ad volandum, non alatus erit, non alis vteretur, non alis aufigiet, seu non auolabit.* 2. *& non colligetur, arcebitur, includetur in extremam oram, in angulum: non recipiet sese velut in extremitatem quandam.*

DOCTOREM TVM. ] *מורה* morecha; scribitur cum Iod interiecto, quod nota solet esse pluralis, *docentes tui, vel doctores tui.* & iungitur suppositum verbo singulari: *non auolabit docentes tui, vel te, id est, vllus doctorem te, vel doctorum tuorum.* Aut est epithetum Dei propter facram Triadem, vt antea dicebamus. Alij vero singulare esse volunt, & Iod per epenthesein interpositum: *& non auolabit amplius doctor tuus.* Sic etiam statim: *& erunt oculi tui, videntes doctorem tuum, vel doctores tuos.* Nec significatio plura, vt sumitur Psalm. 83. vers. 7. & Ioel. 2. vers. 23. hic asserita est: *non colligetur, excludetur, arcebitur, vel auolabit ultra pluvia tua, & erunt oculi tui videntes pluviam tuam.* ac si dicat, erit ad tempus labores penuria frugum & aquarum.

rum: at opportunè postea mittet tibi Deus in abundantia pluuias, quas tuis oculis videbis ac lætaberis. Sic infra vers. 23.

VERBUM POST TERGV M MONENTIS ] Alij: *Verbum à tergo tuo, dicendo.* 2. *Verbum eius, qui erit post te, dicendo.* 3. *Verbum eius, qui post te dicet.* 4. *Verbum à tergo tuo dicentium.* scilicet doctorum, de quibus præcedente versu. Quidam significare volunt, eos auersos à Deo, à tergo docendos. Alij metaphoram esse ab itinerantibus, qui aberrantes à via vocibus à longe post tergum ad monentur, & reducuntur in rectam viam: vt subditur.

HÆC EST VIA AMBVLATE IN EA.] Alij: *Hæc est ista via, incedite per eam.* scilicet, via fidei & mandatorum Dei.

ET NON DECLINETIS NEQVE AD DEXTERAM, NEQVE AD SINISTRAM.] Alij ex Hebr. 1. *quando dextrabitur, & quando sinistrabitur.* 2. *sive ad dexteram, sive ad sinistram eatis.* 3. *quum dexteram, aut quum sinistram petetis.* id est, quum aberrabitis à recta via, aut aliquantum deflectetis.

VERS. 22. ET CONTAMINABIS LAMINAS SCULPTILIV M ARGENTI TVI.] Alij ex Heb. 1. *Contaminabitique, vel tunc profanabitis operimentum sculprilium auri tui.* id est, eicietis omnino è templo Dei, & ex omni loco idola, quæ solebatis operire argento & auro. 2. *Et contaminabitis obductionem sculprilium argenti tui.* id est, laminas argenteas, quibus sculprilia vestra obducta erant. 3. *Et polluetis tectorium sculprilium argenti tui, &c.* id est, abhorrebitis ab iis omnibus, quæ cultui diuino aduersantur. 4. *Hispanicus Interpres: Entonces profanaras la cobertura detus sculpruras de plata.* id est, *los vestidos.*

ET VESTIMENTVM CONFLATILIS AVRI TVI.] Alij ex Hebr. 1. *& operimentum fusilis auri tui.* 2. *& pretiosum-amictum-conflatilis auri tui.* 3. *& artificium fusilis auri tui.* id est, idola tua aurea artificiosè facta. 4. *& superhumerale, pallium cinctorium, superindumentum, superamictum, &c.* 5. *& elegantiam operimenti ex auro tuo.* id est, pretiosum ornatum vestium idolorum tuorum ex auro tuo factorum vel factarum. vel idoli tui operiti & obducti auro. 6. *& textile fusilis ex auro tuo.* Nos *אפודא ephuddah* idem esse quod Ephod existimamus: vide in Exod. 28. vers. 8.

CONFLATILIS.] *מסכה masechah*, potest reddi, *operimentum, tectorium; & fusio seu fusile:* nam & de aridis & de liquidis dicitur, vt supra in vers. 1. obseruauimus.

ET DISPARGES EA SICVT IMMUNDITIAM MENSTRVATÆ.] Alij ex Hebr. 1. *disparges ea tanquam menstruum.* id est, tanquam lintea menstrui. 2. *complicabis ea tanquam menstruum.* nam eiusmodi lintea solent conuolui & complicari, & ita abiici. 3. *abalienabis ea tanquam languidam, debilem.* id est, horrebis ea tanquam mulierem menstruo laborantem & languentem. 4. *separabis ea vt laborantem ex mensibus.* id est, abiicies & abstinebis studiosissime velut à re turpissima & impurissima. 5. *& semonebis ea veluti pannos menstruo imbuos.*

EGREDERE DICES EI.] vel *exi, dices* id est, Exi de templo Dei, dices vniciuique ex sculprilibus. Profligabis à templo, & à te omnia idola. Quidam: *Apage, dices eorum cuique.* Nonnulli Hebræorum *אפודא*, non pro imperatiuo, sed pro nomine accipiunt, *exitus, sordes, stercus, excrementum dices vniciuique eorum sculprilium:* non alio honoratiore nomine eos dignaberis.

ET DABITVR PLVVIA SEMENTI TVO, VBIQVMQVE SEMINAVERIS IN TERRA.] Alij: 1. *Dabit præterea pluuiam semini tuo, quo terram seminasti.* 2. *Tum dabit pluuiam sementis tuæ, qua consueueris terram, &c.* id est, Deus tibi se hoc modo colenti benedicet.

ET PANIS FRVGVM TERRÆ ERIT VBERRIMVS ET PINGVIS.] Alij ex distinctione vocum Hebraicarum: 1. *& panem, seu cibum fructuum terræ; eritque fructus pinguis & vberrimus.* 2. *& panem prouentus telluris; & vel qui, erit pinguis & vber.* 3. *adeo vt panis prouentus terra sit vber & pinguis.*

PASCETVR IN POSSESSIONE TVA IN DIE ILLO AGNVS SPATIOSE.] Alij ex Hebr. *pascet etiam acquisitiones tuas in tempore illo pascuum spatiosum.* 2. *& depascet pecus tuum in die illa prata spatiosa.* 3. *depascet pecus tuum in die illa campum pascuum amplum.* 4. *depascet pecora tua die illa pascuum latum.* 5. *Hispanicus Interpres: y tus ganados en aquel tiempo seran apaceniados en anchas dehesas.* De voce *כר car*, quam reddidimus, *pascuum*, vide in Deuteron. 32. v. 14.

ET TAVRI TVI, ET PVLLI ASINORVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. 1. *boves quoque & pulli asinorum operantes terram, farraginem mundam comedent, quæ ventilatur pala & ventilabro.* 2. *& boves & pulli asinorum colentes tellurem migma insectum comedent, ventilatum ventilabro & vanno.* 3. *boves & pulli asinarum, qui colunt terram, pabulum acidum comedent, vel migma insectum-acredine comedent.* id est, misturam acetosam: quod ventilatum est ventilabro & vanno. vel potius, vanno & ventilabro. 4. *tauri quoque & asini iuniores, qui terram colunt, farraginem sapidissimam seu diligenter repurgatam comedent, quæ pala purgatoria, & vanno euentilata est.* 5. *boves etiam, & aselli colentes tellurem, farraginem meram comedent, quæ ventilata fuerit vanno & ventilabro.* id est, adeo abundabitis prouentu terræ, vt etiam optimus & purgatissimus cibo iumentis esse possit. Hyperbole 6. *Hispanicus Interpres: Tus bueyes, y tus asnos que labran la tierra, comeran limpio grano, el qual sera ablentado con pala y caranda.*

COMMISTVM.] *בליל belil*, de hac voce vide in Iob 6. vers. 5. nos *migma* vertimus, vel farraginem, à miscendo & confundendo.

*migma.* *חמץ chamitz*, alibi hæc vox in Scriptura non legitur. Aiunt esse nomen adiectiuum masculini generis, *insectum fermentatum acedine, merum, purum, pabulum sub acidum:* Rabbi Ionah scribit, pabulum optimum, & purissimum iumentorum, vocari *חמצה chamitzah.* Mercerus inquit: [ *Caterum*

CHAMITZ, subacidum proprie sonat, nonnihil gustu asperum, & acrimonia seu acore aut acedine quadam conditum, quod saporis, genus Aristoteles in libro de sensu, seu appellat. *migma acidum vel acetosum* potes dicere, Gallicè *aigret.*] Marinus suspicatur esse *granum cum palea.* Chaldaeus exponit, *חמץ* *pauit*, pingue, opimum.

SICUT IN AREA VENTILATVM.] Hebr. quod *sparsum*, seu *ventilatum cum vannu* & cum *ventilabro*, seu *sparsorio.* Prior vox *רחח* *rachath* à spiritu seu vento nomen habet, *vannum* reddunt: Seruius in 1. Georgicorum: [*Vannus, id est, cribrum areale.*] Hispanicè, *carandu*, & *harnero*, inquit Antonius Nebrifensis. Alij, *palam* exponunt, instrumentum, quò ventilando frumentum in aëra tollitur & purgatur à paleis.

VERS. 25. RIVI CURRENTIVM AQVAVM.] Hebr. *dispertitiones, diuisiones, riuu, pelagi, diuergia, productiones, emanationes, processus fluxus, aquarum.* Alij: 1. *riuui, riuu aquarum.* 2. *distincti fluxus aquarum.* 3. *riuui, processus aquarum.* 4. *riuui, fluuua, seu scaturigines aquarum.* id est, irrigua erunt omnia magnâ aquarum abundantia, etiam quæ natura fuerint aridissima.

IN DIE INTERFECTIONIS MVLTORVM QVVM CECIDERINT TVRRES.] Alij: *tempore cadis magnæ.* id est, quum Deus Ecclesiam suam repurgauerit, cælis hypocritis & contumacibus, in quos antea inuectus est: *quum ceciderint, vel corruerunt turres.* vt supra cap. 2. v. 15.

VERS. 26. ET ERIT LVX LVNÆ SICVT LVX SOLIS, &c.] Exponunt, id est, illustrissima & gloriosissima erunt omnia in rectitudine Ecclesie. Hyperbolica parabola ad explicandam lætitiã & felicitatem illius temporis.

ET LVX SOLIS ERIT SEPTEMPLICITER.] Hebr. *duo*, vel *bis septem*, aut *septies.* id est, quatuor decies: nam *שבעים* *schibghathaiim* est duale. Alij: *lux autem solis erit septupla.* Plerique: *erit septies intensior:* nam mox se ipsum declarat, *sicut lux septem dierum.* id est, si lux septem dierum intensiue fumatur. vnde quidam reddunt: *& lux solis septies clarior erit, vt tanta sit quanta est lux septem dierum.* Sed satius est timere numerum finitum pro infinito, vt Genes. 4. vers. 15. & Prouerbior. 6. vers. 31 q. d. erit intentissima & fulgentissima vltra solitum morem.

IN DIE QVA ALLIGAVERIT DOMINVS, &c.] 1. *in die, qua superalligabit Iehoua fracturam populi sui, & cruentionem, seu eruorem plagæ eius sanabit.* 2. *in die, quo Iehoua obligabit conuassationem, seu ruperam.* id est, rupta membra populi sui, & transfessionem, seu transfexionem percussuræ eius sanauerit. 3. *quo die obligauerit Iehoua fracturam populi sui, & fractionem plagæ illius curauerit.* id est, quum Ecclesiam ex inutilibus & abalienatis membris laborantem, admota manu, tanquam chirurgus curauerit: metaphora.

VERS. 27. ECCE, &c.] Notant esse postremam partem huius loci, vt dictum est in versu 1. *ni Maluenda, In libr. Isaiæ.*

mirum confirmationem prophetiæ ab exemplo Assyriorum, quod exponitur versibus quinque; tum vero ad prophetiam accommodatur, duobus vltimis. In exemplo autem proponuntur duo: primum est mirificum iudicium Dei contra Assyrios, duobus versibus; alterum fructus inde perueniens cum ad Iudæos exultantes, tum vero ad Deum ipsum, cuius beneficium & gloria perpetuo cantico celebratur, vers. 29. 30. & 31.

NOMEN DOMINI.] id est, maiestas Domini nominatissima & celebratissima.

VENIT E LONGINQVO.] id est, quando iudicio non tantum Assyriorum, sed Iudæorum quoque, ac denique carnis, procul à Iudæis abesse videbatur, vt hos liberaret, illosque perderet: concessio.

ARDENS FVROR EIVS, ET GRAVIS AD PORTANDVM.] Alij ex Hebr. 1. *ardens facies, vultus, eius, & granitas oneris.* vel *grauè onus eius.* 2. *ardens ira eius, & grauissimum pondus.* subaudi, imponet humeris Assyrij. 3. *ardens irâ suâ, & grauitate incendij.* id est, zelotypus pro defensione & liberatione Ecclesie suæ, ac proinde armis potentissimis instructus ad præstanda iudicia sua, quæ allegorice & humanitus tribuuntur Deo. 4. *ardens nasus eius, & grauior quam vt sustineatur.* 5. *cuius vultus ardet, vt grauissimus sit ferendo.* *מסמא* *massaah*, *leuanda, onus, pondus.* Nonnulli Hebræorum pro incendio, seu eleuatione flammæ aut fumi accipiunt, vt Iudic. 20. vers. 40. & Ierem. 6. vers. 1. Extremum *He*, affixum fœmineum faciunt, *onus eius*, seu *incendium eius.* Sed præterquam quod caret Mappik, non habet pronomen quo referatur, nam omnia præcedentia nomina sunt masculula: vnde præstat cum *Kimchi*, vt signum fœmineum nominis accipere.

SPIRITVS EIVS VELVT TORRENS &c.] VERS. 28. Alij hunc versum ex Heb. diuersimode explanant. 1. *Estque spiritus eius torrens inundans usque ad collum diuidet,* vel in duas partes secabit. id est, qui vsque ad collum perueniens, quasi diuidere hominem in duas partes videtur, sed tamen inæquales, in partem quæ extat, & aliam quæ sub aqua est. Metaphorice loquitur de rege Assyriorum qui perdendus erat pene vsque ad internecionem & consumptionem veluti cum quispiam est in aqua vsque ad collum propinquus est submersioni: & ita accidit quum Angelus Assyriorum castra percussit. Ita quidem Sanctes exponit, ex quo Varablus mutuatus est. Verum addit ista Mercerus: [*Vt hæc desumpta videntur ex Libro Radicum Kimchi, vel de industria ea Sanctes Monarchæ Assyrio accommodauit, vel ipsum Kimchi nimis attente legit, qui hanc allegoriam in Ierusalem appositi ne conpetere ita demonstrat; diuidetur (vel diuidet) corpus: nam vsque ad collum erit opertum ijs aquis, & à collo sursum versus, erit discoopertum, quemadmodum dixit Iesabi. 8. v. 8. ad collum usque peringet. Est ergo allegoria de vastatione regis Assyriorum qua perditurus erat vniuersam terram, ita vt parum abesset quin tota vastaretur: eo prorsus modo, quum quis aquis ad collum usque immersus fere submergitur*

& obruitur. Atque hoc, quod ait, usque ad collum diuidet, dicit de clade, qua Angelus Domini castra Assyriorum prostravit: quia tunc terra liberata est a presenti excidio.] Ita Mercerus. ad ventilandum gentes in ventilabro vanitatis. vel ad cribrandum gentes cribro vano seu inutili. Cribrum fit ad expurgandum frumentum à palea; sed hoc cribrum, quo cribrabit gentes Deus, erit cribrum vanitatis, quia non remanebit in eo quidquam, sed omnia effluent & ibunt in perditionem. q. d. tunc omnes perdet, & nihil relinquet. & frenum errare-faciens in maxillis populorum. Freno iumenta reguntur & continentur. id est, soluet gentibus frena ad errandum. 2. Flans eius velut torrens inundans, mediūque collum ambiens, ut euentilet gentes ventilatione nihili, & ut frenum errare-faciat in maxillis populorum. 3. Et spiritus eius tanquam torrens inundans eum, qui ad collum diuidebat. id est, Assyrium qui iamque rerum omnium potiri videbatur, omnibus ferme occupatis præter Ierusalaima: vide supra cap. 8. vers. 8. agitando gentes. ex quibus conflatus erat Assyriorum exercitus. agitatione vanitatis. id est, tanta agitatione, ut illi in vanitatem abeant. fecit ut errent. id est, ita propulsauit ut palantes reliquæ reuerterentur in regionem suam. freno imposto maxillis populorum. Vide 2. Reg. 19. vers. 28. & infra cap. 37. vers. 29.

AD PERDENDAS GENTES IN NIHILVM.] Heb. ad agitando, eleuandum, cribrandum, ventilandum, in agitatione, eleuatione, ventilabro, cribro, vano, proprie in agitaculo, præcipitantiæ, temeritatis. id est, quo agitaculo præcipientes in fugam temerariam ager. Assyrios. Alij; agitatione, vel cribro vanitatis, seu nihili. id est, ut in omnimodam vani arem & nihilum resoluantur.

ET FRÆNUM ERRORIS QVOD ERAT IN MAXILLIS POPVLORVM.] Heb. & frenum errans, vel errare-faciens super maxillas populorum. Mercerus sequutus Vatablum, metaphoricè accipit, frænium, id est, gubernacula & administratio, seu magistratus, qui coerces & regit, ceu frenum, rempublicam qui errantes ipsi in errorem subditos præcipitant. Sed præstat intelligi allusum hinc ad locum 2. Reg. 19. v. 28. &c. Potest & in nominandi, & accusandi, & in auferendi casu accipi.

VERS: 29.

CANTICVM ERIT VOBIS SICVT NOX SANCTIFICATÆ SOLLEMNITATIS.] Alij ex Heb. 1. Canticum erit vobis sicut in nocte, qua sanctificatur solemnitas. id est, simile erit canticum, quod cani solet nocte præcedente solemnitatem. hoc est, præcedente lucem, in qua celebratur solemnitas: incipiebat enim solemnitas à nocte seu vespera præcedente, ex lege. Solemnitatem hinc Hebræi intelligunt Pesach. qua nocte tradunt excisa castra Assyriorum: erat ea nox celeberrima ac festiuissima, 2. canticum erit vobis sicut noctis præparandi hostiam. id est, cantabitis canticum simile canticum, quod canitur ea nocte qua præparatur hostia orta luce sacrificanda. Solebant Hebræi in peruigiliis festiuitatum cantica

plena lætitiæ in honorem Dei decantare. Forte alludit ad mactationem agni Paschalis, qui vespera antecedente diem azymorum festiuo ritu & canticis lætitiæ celebratur. 3. Et erit vobis canticum quemadmodum in nocte, quum se ad diem festum sanctificare, seu præparare solent. 4. Illud canticum futurum est vobis id est hoc tanto beneficio habebitis, quod lætemini, & vnde glorificetis Deum. ut noctis, qua sanctificatur festum. id est, tam celebre & lætum, quam est principium festorum solemnium, quæ à nocte incipiebant, ex lege.

Sanctificata sollempnitatis. Heb. est infinitiuus Hithpahel, sanctificare-se se facere festum. id est, qua festum summa sanctitate ac solemnitate incipit celebrari: nam coniugatio Hithphael significationem intendit.

ET LÆTITIA CORDIS, SICVT QVI &c.] Alij 1. & lætitia cordis, ut eius, qui ad tibiam incedit, ut veniat ad montem Domini, ad petram Israelis. 2. & lætitia animi, qualis est euntis cum tibia, ut veniat in montem Iehoua ad rupem Israelis. vide Psalm. 41. v. 5. & 80. v. 4. & sequentibus lætitiæ istius exempla.

ET AUDITAM FACIET DOMINVS GLORIAM VOCIS SVÆ.] Heb. Et audire faciet Iehoua celebritatem, decus, gloriam, potentiam, dignitatem, maiestatem vocis suæ. Nonnulli, futura huius versus per infinita perfecta reddunt: Fecisse Iehouam ut exaudiat maiestas vocis suæ &c. ut sit formula seu argumentum canuci prædicantis beneficium Dei erga Ecclesiam suam, duobus versibus. Quidam per hypallagen exponunt, gloriam, seu potentiam vocis suæ, id est, gloriosam, potentem ac magnificam vocem suam. Tonitrua plerique intelligunt, quæ cladem illam nocturnam Assyriorum præcesserunt.

VERS. 30.

ET TERRORVM BRACHII SVI OSTENDIT.] Alij ex Heb. 1. & concussionem brachij sui ostendet. 2. & descensionem. seu descensum brachij sui demonstrasse. id est, tanquam homo exerto & vibrato brachio virtutum suarum documentum insigne contra Assyrios edidisse. Alludit ad gettum ferientis, quando magno impetu deponitur, aut descendit brachium ad ictum: id est, ostendet quam potenter deferire valeat.

IN COMMINATIONE FVRORIS.] Heb. in feruore nasi. seu in astu ira, seu astuante ira, vel cum furore vultus.

ET FLAMMA IGNIS DEVORANTIS &c.] Alij: & flamma ignis absumentis & collisione, seu dissipatione, nubo, & lapide grandinis. 2. & flamma ignis consumentis, dispersione, & inundatione, ac lapide grandinis. His quatuor comparationibus effecta iræ Dei, qua profligati sunt Assyrij, optime describitur, perinde ac si igne fuissent consumpti; in minutissima frusta. (quod supra dixit vers. 14.) dissiliissent; torrentibus arrepti & mersi; aut grandine attriti essent. Etsi, utrum angelus Dei his re vera armis aduersus Assyrios usus fuerit, an vero hæc dicantur parabolice, non possumus confirmare. Et verò simile exemplum est Exod. 14. v. 24.

A VOCE ENIM DOMINI PAVEBIT AS- VERS. 31.

SVR,



SVR, VIRGA PERCVSSVS.] Alii: 1. Nam à voce Iehoua conteretur, vel terretur formidabit, perterresiet Assyrius: virga sua percutiet illum Iehoua. 2. Quam voce Iehoua contritus est Assyrius, virga, vt supra cap. 10. v. 5. & 10. solitus percutere. Nam multoties Iisraelem afflixerant Phul. Thiglath-phileser, Schalmanser, Sancherib, de quibus 2. Reg. 15. & sequentibus capitibus. 3. Quia Assyrius à voce Iehoua, id est, tonitru, perterresiet, in baculum incutiet, vel qui virga percutiebat alios

VERS. 32.

ET ERIT TRANSITVS VIRGÆ, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. Et erit omnis transitus baculi fundati, vel fundamenti, id est, fundati & statuti à Deo ad perdendum Assyrios; quem incutiet ei Iehoua, cum tympanis & citharis. q. d. omnis locus, per quem transierit flagellum Dei contra Assyrios, ordinatum, decretum fundamentum ab ipso met Deo pulsabit tympana & citharas, id est, ob virgam Dei gaudebunt, exultabunt fideles. bellis motationis seu eleuationis: aut pulsationis, subaudi instrumentorum musicorum, pugnabit contra ea, scilicet castra Assyriorum. Vel cum eo, exercitu Assyriorum. Ac si dicat Dominus vincet Assyrios non armis, aut instrumentis bellicis, nec serio pugnans, sed quasi ludens instrumentis musicis. 2. Et erit in omni transitu, baculus fundatus, quem infliget Iehoua super eum vel, quocumque ille transierit erit virga ei affixa, quam Iehoua imponet illi, cum tympanis, & citharis, & praeliis eleuationis manuum ad psallendum pugnabit contra illam. scilicet Assyriam, vel vt alio lectio habet, contra illos, Assyrios. 3. Et erit totum fundamentum eius transitus virgæ, id est, tota Assyriorum castra pertransibit & permeabit, virga percutiens: quam requiescere faciet Iehoua super eum. id est, quam impactam lateribus eorum affiget: tympanis, & citharis, & bellis oblationum pugnabit cum ea, vel cum eis. vt hæc verba de populo Ierosolymitano accipiuntur: ac si dicat populus Dei psalmis & hymnis ad instrumenta musica decantatis & bellis oblationum & victimarum Deo in templo oblatarum, vincet Assyrios. quæ est optima pugnandi & vincendi ratio. תנופה *thenuphab*, quam hinc oblationem reddunt, erat peculiaris ritus oblationum: Vide in Exod. 29. v. 24. 4. Sicut erit omnis transitus virgæ fundatissima, siue omnis locus, qua transibit virga fundatissima. Apodosis, siue accommodatio exempli ad argumentum huius prophetiæ, qua docet propheta populum quidem Dei ab hostibus mala perpeffurum, vt castigetur paterna dispensatione: sed tamen semper illis fore exitum lætum à Deo, hostibus verò ingratisimum. virga fundatissima. id est, certissima, ex Dei decreto immutabili, super quo fundata est, ac proinde immota, & nulla arte euitabilis; cui imposuerit Iehoua eam, cum tympanis & citharis id est, reddetur lætissima & exhilarabitur liberatione à Deo: Synecdoche ab vsu veterum, cuius exempla sunt Exod. 15. v. 20. & 1. Samuel, 18. v. 6. & Psalm. 67. v. 26. quando bella agitationis, hypallage, pro, quando bellorum agitationem ipsam expugnauerit. id est,

hostes, quorum suos agitat opera, profligauerit. 6. Hispanicus interpres singularem huius versus explanationem affert: y en todo mal passo aura baculo, siue madero fundado sobre el mal passo el qual Iehoua hara hincar sobre el, scilicet, sobre el mal passo, con tamborinos y vibuelas: y con bastallas de altura. id est, con fuerza del cielo, peleara contra ella. scilicet Assyria ò Babylonia.

BELLIS PRÆCIPVIS.] Heb. bellis, seu praeliis תנופה *thenuphab*, id est, eleuationis, ventilationis, motationis, agitationis. Noster intellexit bella eleuata, id est, præstantia, præcipua: vt sanè fuit illud, quo angelus exercitum Assyriorum vna nocte deleuit.

PRÆPARATA EST ENIM. Heb. Participium masculinum. Quia ordinatus, instructus, dispositus, paratus.

VERS. 33.

AB HERI.] vel, ab hesterno. id est, iam antea, iam olim: synecdoche: vide in Genes. 3. 1. vers. 2.

TOPHETH.] Heb. [תופת *thopheth*, inquit, Forsterus, denominatiuum nominis תופת *thopheth*, de quo 2. Reg. 23. v. 10. quo Iesaias in poetica sua descriptione pro inferno, & horribili loco damnatorum vsus est: sicut & Christus sape gehenna, & ignis gehenna tristissimum aspectum ob oculos ponit.] Non est dubium id vocabulum singulariter ex תופת ab Isaia confectum ad significandum infernum, tartarum, locum tartareum. Videtur esse generis communis, nam cum adiunctis masculinis & fœmineis hoc versu construitur: non sine mytherio, vt significetur locus communis virorum ac mulierum, qui à Deo defciscunt.

A REGE PRÆPARATA.] Heb. etiam ipsa, vel ipsi, regi apparatus, seu statuta, decreta, certificata, constituta sunt.

PROFVNDATA ET DILATATA.] Est vtumque Verbum ex Hiphil. profundauit, profundare fecit, dilatauit seu dilatare fecit, scilicet Deus, id est, profundiore & laxiore fecit eam Deus ipsi regi, vel pro ipso rege Assyrio, vel Babylonio, vt eum amplè caperet.

NUTRIMENTI EIVS.] Heb. מדרה *medurah*, aiunt esse pyram, rogam, vel ab ordine & serie lignorum; vel quod successiue apponantur ligna. Quidam, habitationem; alij penetrabile, reddunt. Totum versum Forsterus ita exprefsit: Quoniam ordinata est ab heri Thapth, etiam ipsi regi decreta, vel stabilita est, in profundum & in latum, vel profundatata fuit, & dilatata: habitatio eius ignis & ligna multa; sicut torrens sulphuris inflammans eam, vel exardet in eam, aut flagrantis in ea. Tremellius & Iunius: Et enim paratus est iam ante, &c. Exornatio proxime præcedentis membri de aduersariorum expugnatione, cuius forma hinc allegorice describitur: exitij locus. Hinc singularem vocem adhibet ad notandum singulare iudicium, quo in regem Babyloniæ erat vsurus Deus: nam deducitur à nomine Thopheth, qui locus fuit amplius (vnde nomen habet) ab idolo latris celebratus, vt ex Ierem. 7. v. 31. & 32. & Ierem. 19. v. 6. constat: quemadmodum etiam ante hæc tempora filios ab Achazo Rege in eodem loco fuisse exustos legimus.


2. Paralipom. 28. v. 3, Quum itaque impurissima illa sacrificia palam fierent ad portam Ieruschalai morum maxima pompa atque apparatu, propheta illustrissimum Babylonij regis exitum magnificentissime efficiendum in oculis Ecclesiae ipsius, nominat coniugata & affini voce: quo etiam spectant singula illa descriptionis verba sequentia hic etiam ipsi regi constitutus est; profundissimum, latissimum fecit Iehoua, exegesis magna loci, quem propheta modo nominauit, vt ostendat conuenientia fore Dei iudicia cum personis: vi-

de supra cap. 14. nam quod illic propheta praedicat fore vt [Babylonius sepulcro cum aliis non capiatur, hic altera loquutione ostendit: *pyra eius, ignis & lignorum multum est; flatus Iehoua quasi torrente sulphuris incendit eam.* Sic pergit in allegoria à comparatione eorum, qui in valle Hinnomi comburebantur, adhibitis rebus, quae hic dicuntur, ad incendium & conflagrationem illorum. Itaque hunc versum non de Assyrio rege, sed de Babylonio capiunt, per exornationem expugnationis hostium Ecclesiae.

## CAPVT XXXI.

*Iudeos qui fiducia in Deum relicta, ad Aegyptios & humana confugiunt, praesidia, praedicat consumendos vnà cum suis auxiliarijs; reuertentes verò ad Dominum, virtute diuina liberandos.*

Vulg.

**I**  *Æ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadriga, quia multi sunt; & super equitibus, quia prauvalidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt.*

2 *Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.*

3 *Aegyptus, homo, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & torruet auxiliator, & cadet cui praestatur auxilium, simulque omnes consumentur.*


4 *Quia haec dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super pradam suam: & cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum, vt praelietur super montem Sion, & super collem eius.*

5 *Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens, & saluans.*

6 *Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel.*

7 *In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quae fecerunt*

Malu.

**I**  *Oi descendentes Aegyptum<sup>a</sup> adiutorio; & super equos innitentur: & confisi fuerunt super currum, quia multus, & super equites quia ossati fuerunt valde, & non respuerunt - blande super Sanctum Israel, & IHVH non quaesierunt.*

2 *Et etiam ipse sapiens, & venirefecit malum, & verba sua non discedere fecit: & surget super domum malefacientium, & super adiutorium operantium concupiscentiae.*

3 *Et Aegyptus homo & non EL, & equi eorum caro, & non spiritus: & IHVH extendet manum suam, & impinget adiuuans, & cadet adiuuatus, & vnice omne eorum & consummabuntur.*

4 *Quia sic dixit IHVH ad me: Secundum quod rugiet leo, & leo - iuuenis super discerptionem suam, quem vocabitur super eum plenitudo pastorum; de voce eorum non consternabitur, & de multitudine eorum non affligetur: sic descendet IHVH TZEBAOTH ad exercituare super montem Tzionis, & super collem eius.*

5 *Sicut passerres volantes, sic circummunit IHVH TZEBAOTH super Ierusalem: circummunire & eripere, transfaltare, & saluam-euadere facere.*

6 *Reuertimini cui profundauerunt discessionem, filij Israel.*

7 *Quia in die ipsa fastidient vir elilim argenti sui, & elilim auri sui: quae fecerunt*

<sup>a</sup> datus.  
ad auxiliū,  
pro auxilio  
<sup>b</sup> curratu-  
ram, re ve-  
hiculariam

<sup>e</sup> vt venite-  
faciat.

<sup>d</sup> amouit,  
auertit re-  
cidit  
<sup>e</sup> Fortissi-  
mus, & Pa-  
tentissimus  
Deus,  
vnà, pari-  
ter, simul  
<sup>g</sup> cōsumen-  
tur, finie-  
tur, defi-  
ciant

runt vobis manus vestra in peccatum.

fecerunt vobis manus vestra<sup>h</sup> erratum.


<sup>h</sup> In peccatum delictum

8 Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij: & iuvenes eius vestigales erunt:

8 Et cadet Asur in gladio non viri; & gladius non hominis comedet eum: & fugiet sibi de faciebus gladij; & electi eius contributioni erunt.

9 & fortitudo eius terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit Dominus; cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

9 Et rupes eius de pavore transibit; & consternabuntur de vexillo principese eius: fidelis sermo IHVH, cui ignis ei in Tziione, & furnus ei in Ierusalem.



COMMENTARIA.

VERS. I.



Æ QUI DESCENDVNT, vel DESCENDENTIBVS IN ÆGYPTVM, &c.] Observant, esse hoc capite vltimam partem concionis, vt dictum est cap.

29. in vers. 1. nempe Conclusionem; cuius partes sunt duæ: vna est prophetiæ præcedentis repetitio summa, vsque ad vers. 6. altera exhortatio ad resipiscentiam, & veram pœnitentiam, promissionibus conjuncta, ad finem vsque. Repetitionis porro duo sunt loci, minæ contra Iudæos & Ægyptios, tribus versibus; & promissiones erga Ecclesiam, vers. 4. & 5. Hunc versum clarius alij ex Heb. reddunt: 1. *Va iis, qui descendunt in Ægyptum pro auxilio, quique equis nituntur, & fiduciam habent in quadrigis, quod multa sint, & in equitibus propter ingens robur eorum; sed ad Sanctum Israelis non respiciunt, & ipsum Iehouam non querunt.* 2. *Va descendentibus in Ægyptum ad auxilium, & qui innituntur equis: qui confidunt curribus, quum multi sunt, & equitibus, quum sunt numerosi valde; neque respiciunt ad Sanctum Israelis, & Iehouam non requirunt.* Vide supra cap. 30. v. 2.

QVIA PRÆVALIDI NIMIS.] Heb. quia corroborati, confirmati, condensati, compacti sunt. vel numerosi, potentes, prævalidi sunt, valde. Ex verbo, quia ossati, esse sunt valde.

VERS. 2.

IPSE AVTEM SAPIENS ADDUXIT MALVM, &c.] Hunc versum quidam ex Heb. ita accipiunt. *Atqui ipse etiam sapiens est, qui cum infert malum, verba sua non sinit amoueri; sed in surget in domum maleficorum, & in auxilium operam dantium iniquitati.* Antanaclasis, qua restringit propheta vanam Iudæorum Ægyptiorumque confidentiam per comparisonem sapientiæ & potentiæ Dei. Esto sanè, inquit, sint sapientes, sint potentes Ægyptij. iam verò multoties fecerunt periculum, quam facile ipsorum sapientiam & potentiam deludat & euertat Deus vt legimus Exod. 1. & sequentibus: quamobrem non dubium est, quin idem porro sit factururus ad vindicandam gloriam suam. *in domum maleficorum.* quos filios contumaces & populum rebellem nominauit, supra cap. 30. vers. 1. & 9. & *in auxilium, &c.* id est, in Ægyptios opitulantes Iudæis.

VERS. 4.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS AD ME.] Alij: *Sedita ait Iehoua mibi, Occupatio, qua temperat propheta proxime præcedentes minas, cadent quidem, inquit, adiutor Ægyptius, & adiutor Iudæus, Babyloniotum operâ. Sed reliquias seruabo & liberabo è manibus illorum: vt copiose promisit supra cap. 30. v. 19 & sequentibus.*

QVOMODO SI RVGIAT LEO, ET CATVLVS LEONIS, &c.] Alij: 1. *Quemadmodum leo aut catulus leonis ad prædam suam rugit, & nihil pauet ad examen pastorum, qui ei occurrunt, & vociferantur, neque ad tumultum eorum animum dejicit, vel, contra quem conuolatur cœtus pastorum, ob quorum clamorem nihil commouetur, neque ob tumultum eorum humiliatur.* id est, nihilo redditur mitior. 2. *Quemadmodum rugiens leo, & iuuenis leo ad prædam suam, quum vocatur contra eum multitudo pastorum, à voce eorum non terretur, & à strepitu eorum non demittit se.* id est, planè imperterritus à numero potentiaque hostium Ecclesiam infestantium.

VT PRÆLIETVR SVPER MONTEM SION, &c.] Alij: *ad militandum, seu propugnandum pro monte Tziionis, & pro colle eius.* id est, pro Ecclesia, synecdochice.

VERS. 5.

SICVT AVES VOLANTES, SIC PROTEGET DOMINVS, &c.] Exponunt, id est, sicut aues volatu quam celerrimo opem suis pullis: sic Iehoua quam citissime, &c. Alij: *sicut aues volucres, &c.* nimirum protegent nidum suum, ita Deus Ecclesiam perget protegere, protegendo eripere, &c. Gradatio. Est autem hic ellipsis relati nominis, vt Leuit. 21. v. 4. Vt Assyrius minabatur supra cap. 10. vers. 14. nidos cum aibus se perditurum: ita nunc Deus promittit se defensurum suas reliquias de manu Babylonij, vt solet auis nidum suum.

TRANSIENS ET SALVANS.] Heb. *transsaltando, transfiliendo, & saluam-euadere-faciendo.* Quidam: *transfiliendo, atque seruando.* Alij: *transseundo etiam liberabit.* q. d. nocte vna, sicut in Ægypto factum est, Exod. 12. v. 29. si quidem nocte vna similiter deiectum est Babyloniorum regnum ad liberationem populi, Daniel. 5. v. 30. Nam vt alluderet ad noctem Ægyptiacam, vsus est eodem verbo *transfiliendi.*

CONVER.

**VERS. 6.** CONVERTIMINI SICVT IN PROFVNDVM RECESSERATIS: FILIJ ISRAËL.] Alij ex Hebr. 1. *Conuertimini ad id, à quo admodum declinastis, filij Israël.* 2. *Conuertimini ab ea incredulitate in quam vos demersistis filij Israël.* 3. *Reuertimini, filij Israël, quantum defectione in profundum descendistis.* 4. *Conuertimini, filij Israël, ad eum contra quem plures vestrum machinati sunt rebellionem.* 3. *Reuertimini ad eum, contra quem multiplicauerunt peruersum filij Israël.* id est multa peruerfa fecerunt. 6. Forsterus bifariam exponit: *Reuertimini ad illum, à quo profundauerunt defectionem, id est, multiplicauerunt, filij Israël.* vel *reuertimini ab ea, qua demersi sunt auersione, filij Israël.* 7. Mercerus: *Reuertimini ad eum, à quo profundam fecistis auersionem, filij Israël.* quasi dicat, a quo plurimum recessistis, & defecistis, & in quem multiplicastis defectionem. Enallage personæ huic linguæ familiaris. 8. Tremellius & Iunius: *Reuertimini ad eum, in quem profundant, siue profundam faciunt apostasiam, vel quem summa & profunda apostasia prouocant filij Israël.* Alter conclusionis locus, vt diximus in vers. 1. reliquias populi exhortans ad veram pœnitentiam, hoc versu; tum promissiones subnectens. De voce סָרָה *sarah*, quam hic nos, *discessionem*, vertimus, vide supra cap. 1. vers. 5.

**VERS. 7.** IN DIE ENIM ILLA ABIICIET VIR IDOLA, &c.] Alij: *Quum die illa spernent quisque idola, simulacra, &c.* Expositio promissionum in respiscentes, quorum serua pœnitentia describitur hoc versu periphraeticôs. De voce אֵלִילִים *elilim*, quam hic *idola*, vertunt, vide supra cap. 2. vers. 8. & cap. 10. v. 10.

**VERS. 8.** ET CADET ASSVR, &c.] Alij: *Tunc cadet.* id est, quando reconciliatus fuerit Deus cum respiscente Ecclesia, omnia succedent optimè: Deus enim ipse Ecclesiam suam protegens victoriam tribuet ab omnibus hostibus, eorum spoliis locupletabit Ecclesiam, denique cumulabit benedictionibus: quæ promissio Synecdochicè ad exemplo recentis victoriæ contra Assyrium (quo vno potentissimo hoste fuerat tunc infestata Ecclesia) describitur. *Assyrius.* id est, quisquis vt Assyrius, fuerit hostis Ecclesiæ Dei: synecdochicè, vt supra cap. 25. vers. 10. *gladio non virili.* sed diuino, id est, spiritu Dei, vt Zecariæ 4. vers. 6. & *gladius non humanus consumet eum; & fuga consulat sibi metu gladij, inuenesque eius & lectissimi eius tributarij erunt.* id est, Ecclesiæ ministrabunt, & seruient, vt Psal. 71. vers. 8. & sequentibus. Hinc autem apparet non proprie hoc quidem loco agi de cade exercitus Assyriorum regnante Chizkia (quia tunc temporis minime effectum est, vt vlli Assyriorum fierent tributarij) sed victoriam Ecclesiæ in regno Christi cum illa victoria de Assyrio comparatam, numeris omnibus illi anteferri. q. d. & illud fiet, & multo amplius.

ET IUVENES EIUS VECTIGATES ERVNT.] Hebr. & *electi-iuvenes eius contributioni, tributo, vel in tributum erunt.* Hoc cladi Sancheribi aptari commode nequit. Quidam reddunt: *iuvenes eius in liquefactionem erunt.* id est, animis destituentur, vel corporibus contabescant ac dissoluentur ab angelo percussi. Quod apte militibus Sancheribi congruit.

**VERS. 9.** ET FORTITVDO EIUS A TERRORRE TRANSIBIT.] Alij ex Hebr. 1. & *ad rupem, vel ad arcem suam, seu ad propugnaculum suum munitissimum, id est, Assyriam, transibit* vel se recipiet Sancherib. 2. *nam petra eius, id est, receptus eius, cui confidit tanquam firmissimo munimento regni: pra formidine transibit.* id est, euanescent, deicietur, & habitatores diffluent formidine.

ET PAVEBUNT FUGIENTES PRINCIPES EIUS.] Alij ex Hebr. 1. & *pauebunt principes eius à signo, seu à vexillo.* 2. & *conterentur pro signo principes eius.* id est, metu signi, aut vexilli, quod contra ipsos Deus crexerit, vt Exod. 17. v. 15.

DIXIT DOMINVS.] Hebr. *certum & indubitatum dictum Iehouæ, vel fidelis sermo Iehouæ.* vide in Genes. 22. v. 16.

CVIVS IGNIS EST IN SION, ET CAMINVS EIUS IN IERVSLEM.] Plerique putant esse Hebraïsmum, quem nos Hispani apte exprimimus, *Tiene casa y hogar en Sion y en Ierusalem.* quasi dicat, Deus est quasi inquilinus & habitator Ierusalaimorum, conciuus eorum, vnde non poterit non adesse illis, & curam ac protectionem eorum agere. Alij respectum putant ad altare holocaustorum, & ad perpetuum ignem consumentem sacrificia: vnde reddunt: *qui habet focum in Tzizone, & furnum in Ierusalaim.* quasi dicat, qui perpetuis sacrificiis in templo Ierololymitano colitur: vnde non poterit non protegere suos, ac propugnare à quibus iugiter colitur: nam sacrificia sunt, quæ melius bellum aduersus hostem gerunt. Sic supra cap. 30. vers. 32. dicuntur, bella oblationum: & notum illud Numæ dictum, quo nuntiis de aduentu hostium respondebat: *At ego sacrifico.* Tremellius & Iunius exponunt: *cui ignis est Tzizone, & furnus Ierusalaimis.* His attributis Dei summas causas attingit propheta prædictæ administrationis. Deus, inquit, in Ecclesia sua habitat, & in ea depotuit quidquid cum ad cultum suum, tum ad vltionem de hostibus sumendam pertinet: ac proinde quicumque in Ecclesiam inuehantur, & Dei cultum labefactare volunt, se ipsos tanquam in furnum cadentem ingerunt, in iram Dei, vt dictum est supra cap. 30. vers. 30. & 33. *ignis est, &c.* ad colendum Deum sacrificiis.


ET FVRNVS.] ad consumendos aduersarios Dei & Ecclesiæ. De voce חַנּוּךְ *shannur, furnus*, vide Notas in Genes. 15. vers. 17.

CAPVT XXXII.

De rege ac principibus in iustitia regnaturis, & de populi subditi felicitate, stulto autem principi & opulentis mulieribus futura prædicitur calamitas: pacis quoque pulchritudo ac requies opulenta promittitur populo Dei.

Vulg.

Malu.

1  Cce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt.

2 Et erit vir sicut qui qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riuus aquarum in siti, & umbra petrae prominentis in terra deserta.

3 Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt.

4 Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè.

5 Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps: neque fraudulentus appellabitur maior:

6 stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.

7 Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium.

8 Princeps verò ea, qua digna sunt principe, cogitabit, & ipse super duces stabit.

9 Mulieres opulenta surgite, & audite vocem meam: filiae confidentes percipite auribus eloquium meum.


10 Post dies enim & annum vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia, collectio ultra non veniet.

11 Obstupescite opulenta, conturbamini confidentes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos vestros.

12 Super vbera plangite, super regione desiderabili; super vinea fertili:

13 Super humum populi mei spina & vepres ascendent: quam magis super om-

Maluenda, In libr. Isaiæ.

1  N<sup>a</sup> iustitiæ regnabit rex: & b principibus c iudicio principabuntur.

2 Et erit vir sicut absconditio spiritus, & absconditio d cataraectæ: sicut e dispersiones aquarum in f siccitate; sicut umbra ropis grauis in terra g de fatigata.

3 Et non blande respicient oculi videntium: & aures audientium h auscultabunt.

4 Et cor festinatorum intelliget i cognitioni: & lingua balborum festinabit ad loqui k candida.

5 Non vocabitur l adhuc defluenti beneficus & auaro non dicetur opulentus:

6 Quia defluens defluentiam loquetur, & cor eius faciet concupiscentiam: ad facere hypocrisim: & ad loqui m ad IHVH errorem; ad euacuare animam famescientis, & potum sitiensis deficere faciet.

7 Et auari vasa eius mala: ipse cogitationes - nefarias consuluit ad dissoluere afflictos in dictis falsitatis, & loqui e genum iudicium.

8 Et beneficus benefica consuluit: & ipse super benefica surget.

9 Mulieres tranquillæ surgite, audite vocem meam: filiae confidentes n auscultate dictum meum.

10 Dies super annum commouebimini confidentes: quia o consummata fuit vindemia; collectio nequaquam veniet.

11 P Contremiscite tranquillæ, commouemini confidentes: explicare, & denudari, & accingere super lumbos.

12 Super mammas plangite - celebrantes super agros expeditionis super vtilem q fructificantem.

13 Super humum populi mei spina r fenticetum ascendet: quia super om-

a datus, ad iusticiam  
b datus, ad iudicio principibus  
c datus, ad iudicio  
d ut cap. 30. v. 30.  
e ut Psalm. 1. v. 4. fatiditate.  
f ut c. 25 v. 5. g delassata  
h intententur  
i ad cognoscere  
k candores: limpida,  
l ultra, amplius, vtrius, deinceps

m de, contra

n auriculæ, te, aures, præbere, auribus habere

o consumpta, finita fuit, defecit

p Trepidate, pauete  
q fructificam frugiferam  
r vepretum, vel fenticetum

nes domos gaudij ciuitatis exultantis?

14 Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebra & palpato facta sunt super speluncas vsque in æternum. Gaudium on agrorum pascua gregum.

15 donec effundatur super nos spiritus de excelso: & erit desertum in charmel, & charmel in saltum reputabitur.

16 Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in charmel sedebit,

17 Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum

18 Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta.

19 Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas.

20 Beati, qui seminatis super omnes aquas, immitentes pedem bouis & asini.

nes domos gaudij, ciuitatem exultantem.

14 Quia palatium dimissum - fuit, multitudo urbis derelicta fuit: Gophel, & Bachan erit in vsque ad caernas vsque - ad æternum, gaudium magnorum, pascuum gregum.

15 Vsque ad denudabitur super nos spiritus de eleuato: & erit desertum Carmelo, & Carmelus siluæ æstimabitur.

16 Et scenitabit in deserto iudicium, & iustitia in Carmelo habitabit.

17 Et erit factura iustitiæ pax: & feruorem iustitiæ tranquillare, & confidentia vsque ad æternum.

18 Et habitabit populus meus in nomo pacis, & in scenis confidentiarum, in residentiis tranquillis.

19 Et grandinabit in descendere siluam: & in humilitate humiliabitur vrbs.

20 Beatitudines vestrae seminantes super omnes aquas; immitentes pedem tauri & asini.

ffeculum, olim

r datiuus. in Carmelum u datiuus. in siluam, saltu x excogitabitur, reputabitur y tabernaculabit x sedebit, residebit, manebit a factum, opus b tranquillum, tranquillitatem, facere c securitas. sic v. 18.



## COMMENTARIA.

VERS. I.



**E**CCE IN IUSTITIA REGNABIT REX, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt. 1. Ecce ad iustitiam faciendam regnabit rex, & principes ad iudicium faciendum præerunt. 2. Ecce iuste regnabit rex, & principes iuste principatus administrabunt. 3. En iuste regnaturus est rex, & principes iure principatum gerent. Huius, inquit, prophetiæ, quam propheta scripsit ad consolationem Ecclesiæ per regnum Christi, partes præcipuæ sunt quatuor: prima est hypotyposis, siue propositio, oculis piorum subiiciens constitutionem illius regni vsque ad vers. 9. secunda est, hortatio populi ad præuertendas per penitentiam calamitates euenturas ante illius regni constitutionem, vsque ad vers. 15. tertia, descriptio bonorum, quæ percepturi pij ex regno Christi, vsque ad vers. 20. vbi est conclusio epiphonemata. Sunt autem in hypotyposi illius regni obseruanda duo: vnum est, salutaris administratio duobus versibus: alterum, vera institutio & simplicitas in publica & priuata administratione omnium, versibus sequentibus.

Christus: nam de Chizkija aut alio vilo accipere alienum esse à vero, cum sequentes promissiones ostendunt tum verò antecedentium calamitatum descriptio, quam propheta in hoc capite posuit de industria, vt superiorum esset corollarium.

ET PRINCIPES IN IUDICIO PRÆERUNT.] Heb. cum nota datiuu lamed, & principibus

ad iudicium principabuntur. Exponunt, Et principibus dabitur, vel incumbet principatum iuste administrare, vel & de principibus dicitur: quod iuste principabuntur. Plerique tamen cum Nostro lamed hic notam recti casus accipiunt: & principes in iudicio, seu iure principatum gerent, id est, ministri regis Christi, & Ecclesiæ, sanctè ministrabunt.

**ET ERIT SICVT QUI ABSCONDITVR, &c.]** Alij huic verum ex Heb. 1. Eritque vir sicut oculatio venti vel abscondio à vento, seu propter ventum; & vt latibulum à turbine, vel propter inundantiam imbrum: vt riuus aquarum in arido loco, vt umbra petra grauis, id est, magna, in terra sitiente, 2. Et erit vir quasi abscondio ab imbre, quasi riuus aquarum in siccitate, quasi umbra rupis magna in terra defatigationis. 3. Et erit ille vice latibuli à vento, id est, tam gratus erit Christus hominibus, quam gratus eile solet locus, in quo abdunt sese homines ad iniuriam venti vehementis vitandam: sic in sequentibus: & vice receptus à nimbo: sicut aquarum riuus in deserto, & sicut umbra immanis ac prominentis scopuli in terra vbi laboratur sui. 4. Et erit vir, homo Christus, spes & perfugium nostrum, mala depellet à suis, & bona conferet: quæ figurantur suis comparisonibus hoc versu: tanquam abscondio à vento, & latibulum ab inundatione; vt riuus aquarum in arido loco, vt umbra petra ingentis in terra fessa ex siti, vt Psal. 62. v. 2. Ac si dicat: Rex ille erit omnium afflictorum refugium, ad quem afflicti confugient haud se-

VERS. 2.

cus

cus quam homines qui tempore magnorum ventorum, & imbrium ad tuta latibula confugiunt: erit præterea omnibus vi malorum æstuantibus opportuna recreatio & refrigeratio.

VERS. 3.

NON CALIGABVNT OCULI VIDENTIVM.] Verbum *שֶׁחָבַח* *schaghah* hic reddunt; *Non auertentur, retrahentur, reprimuntur, restinguentur, hallucinabuntur, obducentur, obliuentur, occudentur, obscurabuntur.* Tremellius & Iunius hunc versum ita accipiant: *Neque conuincuntur oculi videntium, sed aures audientium auscultabunt.* Expositio veræ institutionis in Ecclesia per Christum, hoc versu quidem allegorica, sequente verò plana: q. d. Omnes erunt edocti à Deo veritatem infra cap. 54. vers. 13. Est autem hoc versu appositio anantipodotos, siue ellipsis contrariorum, hoc modo. *Neque conuincuntur oculi, neque obscurabuntur aures; sed videbunt oculi, & aures auscultabunt.* Hispanicus Interpres: *No se cegaran entonces los ojos delos veyentes, id est, delos maestros y enseñadores: y las orejas de los oyentes, id est, de los discipulos, oyran.* Nobis visum est verbum ab vsurata significatione non dimouere, sed alia tamen vsurpatione accipere: *Et non respicient blande oculi videntium, vt hic blande aspiciere vitium oculorum indicet, quo oculi teneri, molles, humore defluentes, non solidè & firme visionem intendunt, sed blande coguntur conuincere, vt Lex oculi Genes. 29. vers. 17. q. d. oculi videntium non erunt blandi, molles, teneri, debiles, husciosi, committentes; sed firmè ac perspicue figent obtutum, & cernent.*

VERS. 4.

ET COR STULTORVM.] *נִמְחָרִים* *nimharim*, *festinatorum, festinorum, precipitatorum, temerariorum, fatuorum.* quod horum sit proprium, omnia festinanter, ac præcipitanter agere. Quidam reddunt: *inconsideratorum.*

INTELLIGET SCIENTIAM.] Hebr. *intelligere-faciet cognitioni*, siue *ad cognitionem.* Quidam: *intentum erit scientia.* Verbum ex Hiphil, & constructio eius cum Lamed feriam & accuratam intelligentiam, attentionem, animaduersionem in scientiam denotat.

BALBORVM.] *עֲלֵגִים* *ghillegim* aiunt esse per metathesin idem quod *לֹעֲגִים* *logbeghim*, *subsannabiles propter lingua absurditatem*: nos *blasphos*, aut *balbutientes*, dicimus. Hebræi notant, eos, qui non norint recte disponere sermonem suum, eo nomine appellari.

VELOCITER LOQVETVR ET PLANE.] Alij: *festinabit loqui clara, nitida.* id est, *facunda & disertia verba.* q. d. *prompte, expedite, & facile loquentur verbum Dei.* Quidam: *expedite eloquetur verba explanata.*

VERS. 5.

NON VOCABITVR VLTRA, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. *Non vocabitur ultra stultus liberalis, & auarus non dicetur diues.* 2. *Non vocabitur amplius sordidus nobilitas, & tenax, parcus, non dicetur liberalis.* 3. *Forsterus: Non vocabitur amplius fatuus, vel stultus, princeps; nec parco dicetur opitulator, vel magnificus.* q. d. *tempore Christi veritati locus erit, non adulationi, quæ omnia corrumpit, præsertim demos principum.* 4. *Tremellius, Iunius, Buxtorfius; Neque flagitiosè amplius indicetur nomen ingenui, & tenax non dicetur liberalis.* Expositio simplicitatis tempore Christi ex certissima veri notitia profectæ: verè, inquit, discernent spiritus, & vere ac sine hypocrisis agent quoscumque Christus instituerit; ac proinde malum, malum, & bonum, bonum appellabunt.

*Maluenda, In libr. Isaie.*

INSIPIENS.] *נָבָל* *nabal*, *fatuus, flagitiosus, &c.* Vide Deuteron. 32. v. 6. sic versu sequente.

PRINCEPS.] *נָדִיב* *nadib*, *spontaneus, liberalis, munificus, heros, heroicus, beneficus, qui heroicum animum habet ad benefaciendum; ingenuus, princeps:* Vide in Numeror. 21. vers. 18.

FRAVDVLENTVS.] *כִּילַי* *cilai*. Hic tantum & infra vers. 7. & non alibi hæc vox in Scriptura reperitur; *auarus, parcus, tenax, sordidus.* Varias ei cum Hebræi tum nostri etymologias affingunt. 1. à *כָּלָא* *cala*, *omnino-coërcuit, cohibuit, prohibuit, conclusit:* quod auarus, seu parcus concludat suas facultates & ab aliis prohibeat ne eroget. 2. à *כֹּל* *cul*, *mensurare, metiri,* quod auarus omnia faciat in mensura præcisa, nec excedat. vel quod se alat in mensura, seu parce. 3. à *כָּלָה* *calah*, *consummari, seu consumi;* quod vel omnia appetat, & nunquam se consummatum in diuitiis reputet: vel quod perpetuo habendi desiderio se ipsum consumat, ac conficiat. 4. vt sit *כִּילַי* *cilai*, quasi *כִּילַי* *cili*, *Quia mihi, vel mea sunt, omnia.* vel *כֹּל־לִי* *col li.* *omnia mihi.* seu *omnia mea sunt.* nam omnia appetit, & velle habere.

MAIOR.] *שׂוֹעַ* *schoagh*, *opitulator, opulentus.* Vide in Iob 34. vers. 19.

STVLTVS ENIM, &c.] Hunc versum Alij ex Hebr. 1. *stultus enim stultitiam loquitur & cor eius facit iniquitatem: vt faciat impietatem, & loquatur contra Iehouam errorem;* hoc est, *verba erronea & blasphema: vt vacuam reddat animam esurientis, & potum sitientis deficere-faciat.* 2. *quia sordidus sordida loquitur, & cor eius vanitatem concinnat; vt simulare agat, & vt loquatur contra Iehouam errorem; animam esurientem exhauriendo, & potum sitienti subtrahendo.* 3. *quum flagitiosus flagitium eloquetur, & eius animus efficiet iniquitatem exercendo hypocrisin, & proloquendo in Iehouam errorem.* id est, *quidquid aberrat à veritate eius: exhauriendo animam famelici, & potum sitientis subtrahendo.* Est exegesis hoc versu hominis flagitioli, qui designatur ab animo, verbis, & factis in Deum, atque in homines.

FATVA.] *נְבָלָה* *nebalah*, *fatuitatem.* Vide in Genes. 34. vers. 7.

INIQVITATEM.] *אָוֵן* *auen*, *concupiscentiam, prauam-cupiditatem, iniuriam.* Vide supra cap. 29. vers. 20.

SIMVLATIONEM.] *חֹנֶפֶת* *choneph*, *hypocrisin, infectionem, corruptionem, depraudationem.*

FRAVDVLENTI VASA PESSIMA SVNT.] Alij ex Hebr. 1. *Porro avari vasa mensuræ eius mala sunt.* 2. *Equidem parci arma pessima sunt.* 3. *Et parci vestes eius semper mala.* vel

VERS. 6;

VERS. 7;

tota supellex eius mala. Et experientia docet paucos vilem & pauperem supellectilem semper habere, atque cuncta utensilia & instrumenta domestica sordida. 4. *Et tenacis erunt instrumenta mala.* id est, non tantum ipse malus indicabitur: sed etiam omnia, quibus utetur, ingrata omnibus & fastidiosa erunt tanquam maculata contagione peccati: quam obrem hæc allusione emphatica propheta usus est, cuius lepos in vertendo perit: nam Hebraicè est elegans paronomasia, כלי כלי cellai chelai, Anari vasa eius. Atque ob paronomasian puto prophetam Iod conuertisse in Tzere.

IPSE ENIM COGITATIONES CONCINNAVIT. ] Hebr. *ipse cogitationes- nefarias consuluit.* vel *consultrauit, in consilium- adhibuit.* Alij: 1. *ipse scelerate-secum consultat.* 2. *ipse verutias consuluit.* 3. *qui scelerata consilia inuit.* זממוth, nefarias, prauas-cogitationes. vide in Leuit. 18. v. 17.

AD PERDENDOS MITES. ] Hebr. *ad dissoluendum, ab rumpendum, corrumpendum affictos, oppressos.* vel *humiles, modestos, mansuetos, pauperes.* Alij: 1. *ut circumueniat simplices.* 2. *ad perdendum humiles.* 3. *de dirumpendis inopibus.*

QUVM LOQUITVR PAUPER IUDICIVM. ] Alij: 1. *& loquatur contra pauperem in iudicio.* 2. *& dum loquitur egenus iudicium.* 3. *loquendo contra pauperem in iudicio.* 4. *tura etiam quum pauperi ius dicit.* 5. *etiam quum egenus eloquitur ius.* Obseruant hoc versu esse exegesis tenacis & auari, quod falsitate corradit omnia, & ne egentissimo quidem vlli parcit in causa iustissima,

VERS. 8.

PRINCEPS VERÒ, &c. ] Alij hunc versum ex Hebr. 1. *liberalis liberalia consulit: & ipse propter liberalitates consurget.* id est, liberalis nihil aliud mente agit quam liberalitates, & liberaliter agendo progreditur, hoc est, dignitates magnas consequetur ob suas munificentias. 2. Forsterus: *Magnificus magnifica cogitat, & ipse super magnificentissis subsistet.* 3. Forerius: *Princeps vero magnifica cogitat, & ipse super magnificentissis consistet.* id est, insistit, eas consilio, & animo versat: quasi hæc esse debeat prima cura & occupatio principis, quonam pacto omnibus prosit, nemini noceat, iustitiam colat, pacem conferuet, felicitatemque populis afferat. Hæc sunt magnifica principis & digna principe consilia, Benefacere omnibus. 4. *Liberalis autem liberalia consulit, perque liberalia facta clarus surgit.* 5. *Sed dicetur ingenuus, qui ingenua consilia inuit, & qui rebus ingenuis insistit.* ut hic versus respondeat quinto superiori.

VERS. 9.

MVLIERES OPVLENTÆ, &c. ] Alij: *Fœmina tranquilla, &c.* Secunda pars capitis, qua regnum Iudæorum singulæque ciuitates eius prouocantur ad resipiscentiam, ut antevertant iudicia seuerissima, quæ antè denuntiauerat Deus, & hic summatim complectitur. Ait ergo: *Fœmina tranquilla.* id est, ciuitates disfluente luxu, & nihil mali iam sentientes, aut imposterum præcauentes animo, sed otio torpentes. De voce שחאננוth, quam hic quietas, tranquillas, otiosas, in-

solentes, securas, reddunt, vide in Iob. 12. v. 5. sic infra vers. 11.

SURGITE. ] vel est hortantis, pro eja, agite, ut alias: vel *surgite*, ut stantes audiat & reuerenter recipiat verbum Dei. Vide in Genes. 49. vers. 33.

POST DIES ENIM, ET ANNUM. ] Heb. *Diebus super annum.* id est, post annum & aliquot dies. vel *diebus aliquot supra annum.* Sanctes: *Annum cum anno.* id est, plusquam per annum. Nam dies sumit pro anno. Alij: *Annis dierum super annum.* vel *annis integris, seu multis continentibus.* vide in Genes. 29. v. 14. id est, septuaginta deportationis, & aliis etiam consequentibus, ut ostendit præfinitio temporis, infra v. 14. & 15.

VERS. 10.

CONTRABIMINI CONFIDENTES. ] Alij: 1. *commouebimini, o confidentes.* 2. *pauebitis, expansestis, o securi.* id est, quæ viuittis in magna fiducia & securitate animi, negligentibus imminentium.

CONSUMMATA EST ENIM VINDEMIÆ, COLLECTIO VLTRA NON VENIET. ] Quidam: *quia defecerit vindemia, collectio frugum non prouenerit.* id est, terra exoluerit sabbata sua, ut prædixerat Deus Leuit. 26. vers. 34. & 43.

VERS. 11.

EXVITE VOS, ET CONFVNDIMINI, &c. ] Hebr. *exuere, & nudare, & accingere super lumbos.* Tria infinitiua, quomodo & Latini loqui solent ad enaphasim: quasi dicat. Tempus est nulli alteri rei vacare, & hoc solum agere, *exuere se, & nudare, atque accingere lumbos.* Alij imperatiua esse malunt, aut pro imperatiuis sumi: *exuite atque nudate vos, denique accingimini lumbis.* nimirum ordinariis vestibus, & lugubres induatis, & cilicio accingimini: quo etiam modo hortatur Ioël. 1. vers. 14. Quidam versum ita conuertunt: *obstupescite, o opulenta ac otiosa, imminet confidentibus & securis turbare, expoliare, nudare & accingere lumbos.* Nonnulli putant describi habitum in captiuitatem euntium.

SUPER VBERA PLANGITE. ] Alij: 1. *Plangentes ad vbera, vel ob vbera.* q. d. lugebunt mariti quum viderint penuria alimentum vxores suas carere lacte ad infantes lactandos. 2. *Propter vbera plangant.* id est, Estote in luctu grauissimo, ac ne infantes quidem fugentes vbera ab eo liberate, ut Ionæ 3. vers. 5. & sequentibus. 3. *Super vbera plangentes.* metonymicè, super vel ob infantes lactentes vbera. allisos petris vel interfectos. 4. *Super vbera plangentes.* significato Latino, id est, tundentes, percutientes, verberantes vbera sua. Ouidius 2. Metamorphoseon:

VERS. 12.

*Plangere nuda meis conabar pectora palmis.* vritur autem participio masculino, vel ut vapidam verberationem seu planctum significet vel ut viros & mulieres includat. 5. *Super vbera plangent.* id est, super vbertatem terræ, quam relinquent, abducti in captiuitatem. vnde Hispanicus Interpres reddit: *Sobre las tetas endecharan.* id est, por la fertilidad que dexaran.

SUPER REGIONE DESIDERABILI. ] Alij:



Alij: propter agros desiderij, seu desideratissimos. Quidam: propter arua desiderabilia. id est, propter agros fertilissimos, vel ab hostibus deuastatos; vel in sterilitatem verfos: aut quos relinquere cogentur exilio acti. Sic sequente membro, propter vitem fructiferam.

VERS. 13.

SVPER HVMMVM POPVLI MEI, &c.] Hunc versum ex Hebr. transfundunt: 1. Super humum populi mei spina & vepres ascendet: quia super omnes domos gaudij, & civitatem exultantem ascendent. 2. Ob terram populi mei, quae tunc spinas & vepres proferet: nam propter omnes domos gaudij, & propter civitatem latitudinam lugebunt. Domos gaudij vocat, in quibus gaudere & latari solebant, & in quibus omnia plena erant gaudio. 3. Super tellurem populi mei spina vepres ascendent: quinimo super omnes domos gaudij civitatis exultantis. 4. Nam in terra populi mei ascendet spina & vepres, etiam in omnibus domibus gaudio deditis, & in civitate exultante. 5. Super terram populi mei ascendet spina & vepres, etiam super domos laetitiae in urbe exultationis. 6. Super tellurem populi mei spina & vepres exerescet: quia in omnibus domibus laetitiae est, & in urbibus perulans exultatio. quasi dicat, desolabuntur propter luxum & delicias. 7. In terra populi mei spina sentica asurget: vestigio in omnibus domibus laetitiae in urbe exultabunda. Vocem יצוה, pro vestigione accipiunt vt supra cap. 3. v. 23. adducti fide historiae 2. Reg. 25. v. 12. & 2. Paralip. 36. v. 19. & Nehem. 1. vers. 3. & 2. vers. 3.

VERS. 14.

DOMVS ENIM DIMISSA EST.] Alij: Nam palatium desertum erit, vel deseretur. id est, domus regis succensa igne. Nonnulli: Quia palatia disiecta, derelicta erunt.

MVLTITVDO VRBIS RELICTA EST.] Alij: 1. turba urbis deserta est, id est, tumultus urbis non audietur. 2. strepitus civitatis derelinquetur. vel multitudo, vt Lament. 1. v. 1. 3. urbes frequentissime deserta erunt.

TENEBRÆ ET PALPATIO FACTÆ SVNT SVPER SPELVNCAS VSQVE IN ÆTERNVM.] Hebræa variè redduntur: 1. arx & munitio erunt, vel redigentur in speluncas, usque in saculum. 2. recessus & munitio erunt in speluncas usque in aeternum. 3. turris & munitio versa sunt in speluncas usque in sempiternum. 4. propugnaculum & probatio: id est, turris probationum in speluncas erunt in saculum. 5. turres & propugnacula in speluncas redigentur perpetuas. 6. clius & exploratoria spelunca erit pro speluncis, id est, clius, de quo 2. Paralipom. 27. vers. 3. & Nehem. 3. vers. 26. vbi erat turris magna & prominentissima (quam ab vsu vocabant, speculatoriam) teste Nehemija ibidem. Iosephus à situ Ophlam vocat propter Hebræam cliui appellationem, lib. 6. de Bello Iudaico, cap. 6. vers. 7.

Tenebræ & palpatio. גחול ghophel & חבב bachan. S. Hieronymus: [Quas Hebræi duas turres in Ierusalem fuisse arbitrantur; excelsas atque firmissimas; quae his appellabantur nominibus: quarum prior interpretatur nebulae sive nubilum, quod usque ad nubes, erigeret caput:

altera probamentum & firmitas, sive vt Symmachus vertit, inquisitio: eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur.] Ob id nos hæc duo vocabula tanquam nomina propria ininterpretata in Nostra Translatione posuimus. De GHOPHEL, vide Notas in 2. Regum 5. vers. 24. & in 2. Paralip. 27. v. 3. De BACHAN, supra cap. 23. v. 13.

VSQVE IN ÆTERNVM.] Alij: usque in saculum. id est, diu, per longum tempus: nam tempus calamitatum definitur sequente versu.

GAVDIVM ONAGRORVM, PASCVA GREGVM.] Alij: Gaudium onagris, pascuo gregibus. 2. in onagrorum luxum, in pascuum gregum. 3. vbi gaudeant onagri, & pascantur greges.

VERS. 15.

DONEC EFFVNDATVR SVPER NOS SPIRITVS DE EXCELISO.] Alij: donec infundatur super nos, &c. Tertia pars capituli, in qua describuntur bona piis euentura quum extiterit plenitudo temporum. Sunt autem duo bonorum genera proleptice hoc versu posita: vnum est communicatio spiritus, & virtutis Dei in Christo; alterum, effectus sanctæ huius communicationis, bonis salutaris & improbis capitalis. Spiritus de excelso, qui propter effecta proxime sequentia appellatur spiritus sublationis, supra cap. 4. vers. 3. Alij: donec effundatur super nos spiritus è supernis: id est, Donec Christus mittat superne Spiritum sanctum, qui omnia desolata instaurat, ac recreat. vel donec fauor Dei effundatur super nos; q. d. tempore Christi omnia mutabuntur; & mentes prius infœcundæ ac steriles, hoc est, donis Spiritus sancti vacuæ, fœcundæ reddentur: vt statim subditur. Putant ad hunc locum respexisse Paulum Titum 3. vers. 6. [Quem effudit in nos abundè, &c.]

ET ERIT DESERTVM IN CARMEL, ET CARMEL IN SALTVM REPVTABITVR.] Alij: 1. & redigatur desertum in aruum, seu in agrum cultum. id est, pius, qui prius horridus esse videbatur, sit tanquam excultus ager fructum ferens Domino. & aruum, seu ager cultus pro silua reputetur. id est, impius elatus, qui prius videbatur esse cultissimus, horrescat: quod nudè dixerat vers. 5. & sequentibus. Sic supra cap. 29. v. 17. 2. sitque desertum vt Carmel, & Carmel vt silua reputetur. Metaphoricè significari notant Hebræi, quod vrbes, quæ sunt vastatæ vt desertum absque arboribus frugiferis, erunt sicut Carmel, qui est mons plenus arboribus frugiferis & agris. 3. desertum quoduis in agrum feracem; & ager ferax in siluam reputetur. id est, tandem fiat similis siluæ pomiferæ, & horro amœnissimo. Plerique putant promitti his allegoriis omnium bonorum spiritualium vbertatem tempore Christi.

VERS. 16.

ET HABITABIT IN SOLITVDINE IVDICIVM, &c.] Quidam: Habitabitque in deserto illo iudicium, & iustitia in aruo resideat. Ergasia siue exornatio effectorum Spiritus Dei in Sanctis: erunt, inquit, fructus spiritus in aruo, id est, in Ecclesia Dei, iustitia, pax, & gaudium vt Rom. 14. vers. 17. & hic sequente versu.

VERS. 17.

ET ERIT OPVS IVSTITIÆ PAX.] Hebr. *Et erit factura, factum, effectus, iustitia, qua iustificamur per Spiritum Sanctum Christi, pax, id est, salus, prosperitas, in columitas, & omnimoda felicitas, notatione Hebraica, vt alias passim.*

ET CVLTVS IVSTITIÆ SILENTIVM.] Hebr. *& seruitus, seruitium, opus, factum, cultus, cultura iustitiæ tranquillari, quiescere, seu tranquillitas, quies.* nam potest esse infinitiuus, & nomen infinitum. quasi dicat, Iustitia per Christum non solum efficiet pacem, sed etiam in hoc inseruiet vt quietem & tranquillitatem animorum perpetuo excolat, & conferuet. Quidam hunc versum ita reddunt: *Tunc erit opus iustitiæ pax, effectus, inquam, iustitiæ tranquillitas, & securitas vsque in saculum.* quasi dicat, Iustitia, quæ erit per Christum pariet fidelibus pacem, tranquillitatem & securitatem, quæ erit in mentibus hominum. Hispanicus Interpres: *Y el efecto de la iusticia sera paz, y la labor de la Iusticia reposo, y seguridad para siempre.* Nonnulli, notant, Paulum Roman. 5. vers. 1. hunc locum imitatum. Sic reddidisse: [*Iustificati per fidem pacem habemus erga Deum.*

VERS. 18.

ET SEDEBIT POPVLVS MEVS IN PVLCHRITVDINE PACIS.] Quidam: *Nam residebit populus meus in caula pacis.* id est, in Ecclesia, vbi velut in caulam congregantur oues Christi: quæ omnium benedictionum locus est. Alij: *in habitaculo.* Nos: *in nomo, mapali, tesquo, vel tesco.* vide Exod. 15. vers. 13.

ET IN TABERNACVLIS FIDVCIÆ.] Hebr. *confidentiarum: fiduciarum: securitatum.* Alij: *& in habitaculis securissimis.* nam numerus pluralis auget significatum.

ET IN REQVE OPVLENTA.] Alij: 1. *& in residentiis tranquillis, vel securis.* 2. *& in mansionibus opulentissimis.* 3. *& in refrigeriis, vel quietibus tranquillis.* 4. *atque in locis ad quietem tranquillissimis.*

VERS. 19.

GRANDO AVTEM, &c.] Hunc versum diuersimode reddunt ex Hebr. 1. *Grandinabit autem grando in siluam: & in humilitate humiliabit se ciuitas.* id est, quando grandinauerit, non cadet grando super ciuitatem, nec super sata, sed in siluis, ne lædat ea: at ciuitas in depresso loco sita seruabitur à grandine. 2. *Grandinabit autem in descensu siluæ: & in loco humili considet ciuitas.* vel *& in valle hu-*

*militer desidebit ciuitas.* Olim enim in editis & altioribus locis ciuitates extruebant, quo difficilior ad ipsas esset aditus: Matth. 5. v. 14. 3. *Et grandinabit in descensu siluæ.* Id est, grando descendet in siluam. allegoricè, in antiquum Carmelum, qui in horridam siluam versus est, hoc est, in Iudaicum populum infidelitate obcæcatum descendet grando malorum, & omnia aduersa experietur.

ET HVMLITATE HVMLIABITVR CIVITAS.] id est Ierusalem & omnis prouincia Iudæa, ob infidelitatem extremè deprimetur iudicio Dei. vel quasi dicat: & grandinabit grandinem super siluam in frugiferam. id est, in infideles inmittere calamitates: at Ecclesia fidelium neque ob id efferetur, superiorve reddetur, sed sua se modestia & humilitate continebit. 4. *Vt vt grandinet descendente, vel ruente silua, & depressione deprimatur ciuitas.* id est, Quamuis totus mundus alioqui inhorrescat malorum tempestatibus; ij tamen pij ab omnibus immunes conseruabuntur. Describitur autem mundus per merisnon, seu distributionem, quum siluam & ciuitatem propheta nomet, quasi dicat, Vt vt perdantur omnia in vrbe & ruri: sic etiam piorum securitatem commendat propheta Psalm. 45. Hoc modo cohæret hic versus cum superioribus: quem sensum aliis præferimus.

VERS. 20.

BEATI QVI SEMINATIS, &c.] Alij versum ex Hebr. 1. *O vos felices, qui ad omnes aquas feretis:* id est, in omni loco aquoso. Abundantia bonorum spiritualium promittitur sub allegoria temporalium: *immittentes pedem bouis & asini.* subaudi, in segetes ipsas vt pascant. quasi dicat, Tanta erit copia segetum, vt immisuri sint iumenta in ea. 2. *O vos beatos, qui seueritis:* conclusio epiphonemata, qua propheta pios cum beatissimis agricolis comparat, qui agrum optimum coluerint propter venturam messem: *secundum omnes aquas:* id est, locis tam irriguis, vt est Ecclesia Dei, vide in Ecclesiastæ II. vers. 1. *qui immiseritis eò pedem bouis & asini.* id est, colueritis immisso boue & asino ad arandum, & cætera, periphraſis agriculturæ. Quidam: *qui immittitis pedem bouis & asini.* in agrum vestrum, vt segetes luxuriantes depascantur.

## CAPVT XXXIII.

Permixtim de deiectione Sennacherib loquitur & Iudæorum liberatione, de  
 diuina potentie exaltatione: inuehitur contra hypocritas: & quales esse  
 debeant qui cum Domino habitaturi sunt in excelsis, Ierusalem  
 Verò habitatio erit opulenta, in qua magnificabitur  
 Dominus, rex & legislator noster.

## Vulg.

1 **V**æ qui prædaris, nonne &  
 ipse prædaberis? & qui  
 spernis, nonne & ipse  
 sperneris? cum consum-  
 maueris de prædationem,  
 de prædaberis: cum fatigatus desieris  
 contemnere, contemneris.

2 Domine miserere nostri: te enim ex-  
 pectauimus: esto brachium nostrum in  
 manè, & salus nostra in tempore tribu-  
 lationis.

3 A voce Angeli fugerunt populi, &  
 ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes:

4 Et congregabuntur spolia vestra, si-  
 cut colligitur bruchus, velut cum fossa  
 plena fuerint de eo.

5 Magnificatus est Dominus, quoniam  
 habitauit in excelsis: impleuit Sion iudi-  
 cio & iustitia.

6 Et erit fides in temporibus tuis: diui-  
 tia salutis sapientia & scientia: timor  
 Domini ipse est thesaurus eius.

7 Ecce videntes clamabunt foris, ange-  
 li pacis amare flebunt.

8 Dissipata sunt via, cessauit transiens  
 per semitam, irritum factum est pactum,  
 & proiecit ciuitates, non reputauit ho-  
 mines.

9 Luxit, & elangauit terra: confusus  
 est Libanus, & obsorduit, & factus est Sa-  
 ron sicut desertum: & concussa est Basan,  
 & Carmelus.

10 Nunc consurgam, dicit Dominus:  
 nunc exaltabor, nunc subleuabor.

11 Concipietis ardorem, parietis stipu-  
 lam: spiritus vester ut ignis vorabit vos.

12 Et erunt populi quasi de incendio  
 cinis, spina congregata igni comburentur.

13 Audite qui longè estis, quæ fecerim,  
 & cognoscite vicini fortitudinem meam.

## Malu.

1 **H**uiusmodi deuastans, & tu non  
 deuastatus, & excur-  
 rens, & non excurrerunt  
 in te: secundum  
 consummare te deuastans deuastari-  
 fies; secundum consummare te ad ex-  
 current in te.

2 IHVH gratifica nos, tibi expectavi-  
 mus: esto brachium eorum <sup>a</sup> matuti-  
 nis; etiam salus nostra in tempore co-  
 angustationis.

3 De voce multitudinis fugerunt  
 populi: de eleuationibus tuis <sup>b</sup> disper-  
 sæ fuerunt gentes.

4 Et colligetur spoliū vestrum col-  
 lectione absumptoris: sicut excursio  
 locustarum excurrent in eo.

5 Exaltatus IHVH, quia <sup>c</sup> scenitans  
 eleuati: impleuit Tzionem iudicio &  
 iustitia.

6 Et erit, fides temporum tuorum  
 thesaurus salutem, sapientia & cog-  
 nitio: timor IHVH ipse thesaurus eius.

7 En erel eorum clamauerunt in fo-  
 ras: <sup>d</sup> nuntij pacis amarum lacryma-  
 buntur.

8 Afflatae fuerunt viæ stratae, cessa-  
 uit transiens semitam: labefactauit fœ-  
 dus, fastidiuit vrbes, non æstimauit  
 mortalem.

9 Luxit, excisa fuit terra, infodere-  
 fecit Libanus, excisus fuit: fuit Saron  
 sicut campestris; & excutiens Basan  
 & Carmel.

10 Nunc surgam, dicit IHVH, nunc  
 eleuare-faciam, nunc leuabor.

11 Grauidi - eritis stramine, parietis  
 quisquiliam: spiritus vester ignis come-  
 det vos.

12 Et erunt populi combustiones cal-  
 cis: spinæ <sup>e</sup> incisæ in igne confragrabūt.

13 Audite, longinqui, quod feci: &  
 cognoscite, propinqui, <sup>f</sup> præualescen-  
 tiam meam,

<sup>a</sup> datinque,  
 dilucalis

<sup>b</sup> dissipatè

<sup>c</sup> tabernaculans, coa-  
 habitans

<sup>d</sup> legati,  
 oratores

<sup>e</sup> succisæ,  
 putatæ  
 f rōbur, poi-  
 tentiam

14 *Conterriti sunt in Sion peccatores: possedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?*

Psa. 14. 2. 2.

15 *Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem, qui proicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obrurat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum.*

16 *Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aqua eius fideles sunt.*

17 *Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè.*

18 *Cor tuum meditabitur timorem: vbi est litteratus? vbi legis verba ponderans vbi doctor paruulorum?*

1. Cor. 11. 10.

19 *Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis: ita vt non possit intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia.*

20 *Respice Sion ciuitatem sollemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clauis eius in sempiternum, & & omnes funiculi eius non rumpentur:*

21 *quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuioꝝ riuu latissimi & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum.*

22 *Dominus enim iudex noster, Dominus legiser noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos.*

23 *Laxati sunt funiculi tui, & non praualebunt: sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædæ multarum: claudi diripient rapinam.*

24 *Nec dicet vicinus: Elanguit: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.*

14 *Expauerunt in Tzione erratores; apprehendit tremor hypocritas: quis trahet nobis ignem comedentem? quis quis trahet nobis vstrinas æterni?*

g obtinuit

15 *Ambulans iustitias, & loquens rectitudines: fastidium habens in præcisione defraudationum, excutiens <sup>h</sup> volas suas de sustinere in munere, claudens aurem suam de audire sanguines, & offans oculos suos de videre in malo.*

h curuitates, palmas, manus

16 *Ipse eleuationes <sup>i</sup> scenitabit; minutiones rupium exaltatio eius: panis eius datus fuit, aquæ eius creditæ.*

i tabernaculabit, cohabitabit

17 *Regem in pulchritudine eius videbunt oculi; videbunt terram <sup>k</sup> longinquitatum.*

k longinquorum

18 *Cor tuum meditabitur formidinem: vbi numerans? vbi librans? vbi numerans turres?*

19 *Populum obfirmatum non videbis; populum profunditatum labij de audire subsannatum linguæ, non intelligentia.*

20 *Præuide Tziionem ciuitatem stationis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem nomum tranquillum, tentorium nequaquam volutabitur, nequaquam mouebit clauos eius <sup>l</sup> victoriæ; & omnes fuses eius nequaquam <sup>m</sup> abrumpentur.*

l datus ad victoriam m auclletur ON J obim, quinimo o vide Iudic. 5. v. 25. p amplora manibus: q pertransibit


21 <sup>n</sup> *Quia ibi <sup>o</sup> præ amplissimus IHVH nobis locus fluuioꝝ, riuoꝝ, P latoꝝ manuꝝ: nequaquam ambulabit in eo nauis remigis, & nauis præamplissima non <sup>q</sup> transibit eum.*

22 *Quia IHVH iudicans noster, IHVH dictator noster: IHVH rex noster, ipse saluabit nos.*

23 *Dimissi fuerunt fuses tui; nequaquam obtinebunt sic malum suum, nequaquam expandent vexillum; tunc disperita fuit captura spoliꝝ multi: <sup>r</sup> translatores diripuerunt direptionem.*

r claudi: vnde de Leuit. 27. v. 18. f Dolui, languit, infirmatus fui t sedens, manens u curuitate, distortione, peruersitate

24 *Et nequaquam dicet scenitor, <sup>f</sup> Ægrotavi: populus <sup>t</sup> habitans in ea leuatus <sup>u</sup> prauitatis.*



## COMMENTARIA.

VERS. I.



Æ QVI PRÆDARIS, &c.] Obseruant hanc concionem comprehensam tribus capitibus a propheta de industria fuisse subiectam superioribus omnibus: quia nunc demum singularia iudicia omnia omittuntur, vt transeat ad iustam

constitutionem regni Christi, quod post iudicia illa omnia erat aduenturum. Sunt autem, inquit, in hac concione summatim quatuor partes: prima est, proleptis siue propositio vniuersæ, malis malum, & bonis bonum denuntians, versibus quatuor: secunda, propositio, siue explicatio secundæ partis proleptis

lepleos per hysterosin Hebræis familiarem, toto hoc capite: tertia explicatio prioris partis prolepleos, toto cap. 34. postrema, conclusio, exponens gloriam regni Christi, piorumque gloriationem ex constitutione eius, cap. 35. Hac autem prolepsi primum mala improbis prædicuntur, vers. 1. Deinde bona inuocantibus Deum per fidem & charitatem, tribus sequentibus. Nam quæ hoc loco dicuntur, non ad certam aliquam & singularem gentem referimus, sed ad omnes reluctantes Deo, & Ecclesiam eius vi & fraudibus infestantes. Hunc ergo versum variè alij ex Hebr. conuertunt:

1. *Va vastanti, & tu non es vastatus, & præuaricanti, quoniam in te non sit præuaricatum: quoniam vastare desieris, vastaberis & tu, & quoniam præuaricari cessaueris, præuaricabuntur in te quoque.* De Assyrio singulariter accipiunt: sed præstat vniuersè de hostibus Dei & Ecclesiae.

2. *Va tibi, vastator, qui ipse non vastaris.* id est, qui præsentibus commodis, & diuitiis benignitatis ac potentiae Dei abuteris, vt alios non laceffit circumuenias: & tibi, perfide, quoniam perfide non egerint contra te. tertia pluralis impersonaliter: sic in fine versus, pro contra quem non agitur-perfidè: *quoniam desieris esse vastator, vastaberis*: id est, quoniam mensuram scelerum tuorum ad saturitatem impleueris, & cumulaueris, tunc vastaberis: *quoniam absolueris perfide-agere, perfide-agetur contra te.*

3. *Va vastatori, & tu non deustatus, & excursori, quoniam non incurrerint in te: quando consummaueris tu vastare, vastaberis; quoniam defatigatus fueris ad excurrendum, incurrent in te.*

VERS. 2.

DOMINE MISERERE NOSTRI.] Quidam *Iehona gratiam fac nobis.* Alterum membrum prolepleos exponens fidelium preces hoc versu: & consequutura bona, duobus sequentibus.

ESTO BRACHIUM NOSTRUM IN MANE.] Alij: *Esto brachium horum singulis matutinis:* id est, esto tuorum defensio te expectantium sic Ecclesia pro singulis precatur, & singuli pro Ecclesia tota. *singulis matutinis.* vel diebus. *synecdochicè;* vel quod singulo quoque diluculo præueniat nos Deus suo præsidio.

VERS. 3.

A VOCE ANGELI FUGERVNT POPULI.] Heb. à voce multitudinis, turba, strepitus, tumultus. Plerique exponunt: propter timorem, strepitum, tumultum, quem excitauit angelus, quem Hebraei Gabrielem autumant, inquit S. Hieronymus, in castris Sancheribi, fugerunt, pro fugient, populi Assyriorum. Alij: *A sono strepitus,* hypallage, pro, à *sonoro strepitu.* Explicatio bonorum, quæ in salute percipiunt pij: vnum est, liberatio è malis, hoc versu: alterum, omnis boni perceptio, versu sequente. Ait ergo *A sonoro strepitu.* id est, vel solo auditu iudicij aduentantis tui, peruagantur populi, id est, perduntur: ab exaltatione tua, seu sublimitate, celsitudine, altitudine tua disperguntur gentes: quæ verba elegantissimè opponit Propheta illis præcedentibus: *Esto brachium horum singulis matutinis;* etiam salus nostra tempore angustiae.

*Maluenda; In libr. Isaiæ.*

AB EXALTATIONE TVA. Alij pluralitet legunt: *ab exaltationibus tuis.* qui sensus maiorem emphasim habet: Lene discrimen *רומנוש romenush, exaltatio;* *רומנוש romenush, exaltationes.* Sed exemplaria plurimà singulare præferunt.

VERS. 4.

ET COONGREGABVNTVR; &c.] Hunc versum alij ex Heb. 1. *Colligeturque prada vestra collectione bruchi.* seu vt colliguntur bruchi: *secundum discurfionem locustarum discurrens per illum.* vel *gressu locustarum gradietur per illum.* aut sicut incessus locustarum, incedens per illum. Exponunt, vt colliguntur bruchi viridibus nocentes, vt in foueis terra obtuantur, vel in aqua mergantur: & vt discursant locustæ per arua fruges omnes & viridia depascen-tes & erodentes; ita discurret angelus per castra Assyriorum illa consumendo. 2. Forsterus: *Et colligetur spoliū vestrum collectione absumptoris, seu depastoris.* vel *colligetur prada vestra collectione bruchorum: & sicut irruptio scrobatorum, seu scarabeorum; in qua est incurfor:* seu velut excursio locustarum excurret in illam. 3. *Et colligetur prada vestra;* id est, & vos, o pij, de hostibus triumphatis, eorumque spoliis locupletamini illud; *prada vestra,* actiue, non passiuè accipiunt, id est, quam vos ab hostibus auferetis, non quæ à vobis auferetur. Apolitrophe gratulatoria ad pios, quam propheta conficit ex accumulatione & obseruatione omnium iudiciorum Dei, inde à temporibus Abrahami, prout in Scriptura leguntur: *collecta bruchi,* id est, prædæ vobis erit quidquid sibi comparauit hostis, qui tanquam bruchus & locusta depopulatur omnia: *secundum discurfionem locustarum.* vel *discurfione qualis est præfocuridum, discursantium in eam.* id est, locustarum vitiditatem terræ exedentium, quæ Græcis dicuntur *Præfocurides,* ab effectu: sic Hamos 7. v. 1. De quibus vide Appendicem Henricianam, colum. 1699. Aristoteles lib. 5. Historiæ Animalium, cap. 18. [*E scarabeis fiunt præfocurides, seu porricida, seu viridicida, quæ & ipsæ quoque alas habent.*]

BRUCHVS.] *כבשיל chasil,* vide in 1. Reg. 8. v. 37.

FÖSSÆ.] *פְּוֹסֵי פְּוֹסֵי* id quoque significat, 2. Reg. 3. v. 16. Alij *scarabæos,* quasi *scrobarios,* quod ij scrobes fodiant, & inhabitent; exponunt: plures tamen *locustas* interpretantur, ex significato Chaldaico. Quidam tamen Hebræorum ita hunc locum accipiunt: *sicut excursio aquarum in fossas, seu scrobes incurret in eum.* id est, vt aquæ impetu feruntur in fossas, seu loca de pressa; sic angelus incurret in exercitum Assyriorum.

DE EO.] Heb. affixo masculino: *in eo;* vel *in eum.* prædam, de qua initio versus.

VERS. 5.

MAGNIFICATVS EST DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. *Edius est Iehona;* nam *habitat altum.* Secundus hic locus expositionem continens secundæ partis prolepleos, vt diximus in vers. 1. explicat primum argumenta propositionis vsque ad vers. 13. deinde documenta fidei, & sanctimonie ad obtinendas promissiones, vsque ad vers. 20. postremo per hypotyposin ostendit promissionum

sionum fructum, ad finem usque capitis. Argumenta autem ducuntur à natura & fœdere Dei, hoc versu: à fide nostra, & pietate in Deum versu sequente: postremò, ab operibus, ac nominatim à recente exemplo rei gestæ contra Assyrios, versibus sequentibus.

IMPLET SION IUDICIO ET IUSTITIA.] id est, præsens est ex fœdere cum Ecclesia inito, ut iudicet improbos, & iustitiam in in suis exercent. De his, duabus vocibus coniunctis, *iudicio & iustitia*. Vide in Genes. 18. v. 19.

VERS. 6.

ET ERIT FIDES IN TEMPORIBVS TVIS.] Verbum *erit* non est construendum cum supposito *fides* nam *erit* est masculinum, & *fides*, fœmineum: sed per se stat, ut alibi passim in prophetis. *Et erit*, id est, eueniet, continget, &c. ut *fides* temporum tuorum, sit thesaurus salutem. Heb. *Et erit firmitas, stabilitas temporis tui*, id est, felicitatis tuæ: aut *fides, veritas, constantia, certitudo, fidelitas, temporum tuorum, thesaurus salutem*. subaudi *erit: sapientia & scientia: timor IHVH, ipse thesaurus eius*.

DIVITIÆ.] CHOSEN, *thesaurus, protectio, robur, fortitudo, opes, facultates*, quæ robur & firmamentum hominis sunt. Vide in Proverb. 15. v. 6. Quidam hunc versum ita explanant: *Est itaque firmitas temporis tui, robur salutem, seu omnis salutis, sapientia tua & scientia, vel sapere te & nosse: reuerentia Iehouæ est thesaurus eius*, Sensus est, neque vita stabilis, neque firma salus potest cuiquam contingere, nisi per fidem, quæ in sapientia scientiaque certa versatur: & nisi thesaurum pietatis reconditum possideat in bona conscientia, *qua repulsa nonnulli naufragium fidei fecerunt*, 1. Timoth. 1. v. 19.

TIMOR DOMINI.] id est, reuerentia, cultus, religio, Iehouæ ut passim in Scripturis accipitur.

IPSE EST THESAURVS EIVS.] Quidam: *ipse est theca, apotheca, penus, seu reconditorium eius*, scilicet, *thesauri, vel roboris salutem*, de quo initio versus: vel *eius, Dei, aut, cuiusque pij*.

VERS. 7.

VIDENTES.] אֱלֹהִים *erellam*. Plerique Hebræorum sequuti Chaldaum Interpretem, aiunt esse nomen אֱלֹהִים *erel* cum affixo pronomine, *angelus eorum*, vel *fortis magnus eorum*. Alij componunt ex אָרָא *raab*, *vidit*, & אֱלֹהִים *el Deus*, ut sit, *videns Deum*. Ut sit epithetum Sanctorum angelorum, qui semper vident Deum: & sane auctore Sancto Hieronymo, hoc nomine Hebræi Sanctos angelos significari putant. Alij tamen existimant EREL, idem omnino esse quod אֱרִיאֵל *ariel*, detracto *Iod*: nam etiam sine *Iod* poni notant Ezechiel. 43. v. 15. HAREL: componi autem ex אָרִי *ari* *leo*, & אֱלֹהִים *El Deus*, vel *Fortis*, ad auxesin, quasi *leoninus, leo fortissimus*: & translate dici, de quouis fortissimo & valentissimo homine, ut 2. Samuel. 23. v. 20. quasi leonem Dei, seu fortissimum leonem, hominem leoninum, dicas. Vnde varie hic reddunt: 1. *Ecce angelus, nuntius, legatus eorum*, pro *nuntij eorum clamabunt foris*, id est, *legati missi à Iudæis ad Assyrium pacis componen-*

*dæ causa, quum redibunt re infecta, in ipsa via extra Ierusalaim clamabunt præ mœstitia*. 2. *En*. Tertium argumentum, ut diximus in vers. 6. exponens historiam calamitatis Indæorum, vers. 7. 8 & 9. & mirificæ liberationis à Deo, tribus sequentibus: quò exemplo voluit propheta Iudæos ita confirmare, quasi in rem præsentem adduxisset manu: *valentissimus, seu fortissimus* quilibet *eorum*, seu *valentissimi horum clamauerant foris*, id est, qui inter ipsos Iudæos erant leones fortissimi, leonini, hoc est, præfecti Iudæorum missi à rege Chizkija ut audirent legationem Rabschakis, 2. Regum 19. vers. 37. & hic infra cap. 36. v. 22. Nonnulli Hebræorum EREL hoc loco idem esse quod *Ariel*, supra cap. 29. volunt, & urbem ipsam Ierusalaim denotare putant, quæ foris ab exercitu Assyrio obsessa, præ angustia clamare cogeretur, vel prædijarij seu prætorianos milites Ierolymitanos, qui ut fortes leones habebantur, præ angustia ac metu progressi extra munita foris in plateis clamauerunt.

ANGELI PACIS AMARE FLEBUNT.] Alij: *nuntij, inquam, pacis amare flebunt*, ut sit exegesis præcedentis membri. Quidam: *legati pacis amare fleuerunt*, id est, qui bellum refugiebant, & pacem factam cum Assyrio seruari & coli postulabant. Sed rectius accipitur de eisdem, qui in præcedente membro nominantur.

VERS. 8.

DISSIPATÆ SVNT VIÆ.] Heb. *afflata sunt, stupendè desolata sunt viae structæ, regia, actus*. Quidam: *Desolati erant aggeres*. Vias publicas & regias intercidente & occupante Assyrio.

CESSAVIT TRANSIENS PER SEMITAM.] ita ut etiam semitæ, & inuij calles inse derentur ab Assyrio. Alij: *cessauerat transiens itinere seu viator*, id est, auersa fuerat omnis commendi ratio obsessis per Assyrium itineribus: quod genus calamitatis similiter narrat Debora Iudic. 5. v. 6. ex maledictione Legis, Leuit. 26. v. 22. Irritum factum est pactum. Alij: *labefactauerat, fegerat, irritum fecerat fœdus*. Sancherib accepta pecuniâ, 2. Reg. 18. v. 14. 15. 16. 17. Alij, Deus, qui ad tempus deserens suos fœdus cum ipsis inutum labefactasse videri potuit.

PROIECIT CIVITATES.] Alij: *spreuerat, fastidiuerat civitates*. Sancherib, cum destruendo, tum etiam gloriando, 2. Reg. 18. v. 33. & cap. 19. v. 12. Alij suppositum verbi Deum faciunt, qui civitates munitas Iehudæ in manus Assyrij tradidisse videbatur, 2. Reg. 18. v. 13.

NON REPUTAVIT HOMINES.] Heb. *non excogitavit, reputavit, estimavit mortalem*. Quidam: *non habebat rationem vilius mortalis*.

VERS. 9.

LUXIT ET ELANGVIT TERRA.] Nonnulli: *Lugebat, languebat terra*, id est, miserrima erant omnia, atque miserenda: metaphora prosopœtica. Alij: *Destrueta est, infirmata, debilitata, excisa est terra*, de verbo אֲמַלַל *amalal*, vide supra cap. 16. v. 8.

CONFVSVS EST LIBANVS.] Alij ex Heb. 1. *pudescit est Libanus*, 2. *erubuit Libanus*, vel *pudescere fecit*, vel *pudore-*

*pudore affectu Libanus*. suos habitatores. 4. Fortiter : *deformatus est Libanus*. vel *auerit se Libanus*. id est, non amplius videtur, quia excisus est, ut subditur. Ex verbo reddes. *infodit-se*, seu *infodere fecit Libanus*. Sed iam sæpe monuimus verbum *infodiendi*, pro *pudesceri* accipi in Scriptura: vide in Prouerb. 13. v. 5. De Libano vide in Deuteronom. 3. v. 25.

ET FACTVS EST SARON, SICVT DESERTVM. ] *שרון* *Saron* hic plerique pro nomine proprio regionis, accipiunt, de qua vide Iosue 12. v. 18. & 1. Paralipom. 5. v. 16. & cap. 27. v. 29. Alij, appellatiue pro quavis regione Iehudæ vberissima, & pascuosissima. Quidam vertunt: *erat Saron quasi solitudo*. Alij: *facta est planities deserto similis*. id est, quavis regio pascua & fertilis versa est in solitudinem & desertum.

ET CONCVSSA EST BASAN ET CARMELVS. ] Heb. & *excutiens fructus*, frugesque suas *Basan & Carmelus*. seu *excudit Basan & Carmel*, nominandi casu, non accusandi, fructus suos. id est, abijcient ante maturacionem. Quidam: & *excutiens scilicet Sancherib, Basanem & Carmelum*. id est, concutiet suis copiis. Nonnulli verbum *נאגה* *naghar* in significato *rudendi* hic accipiunt, quo sæpe de asinis vtuntur Hebræi: exponuntque: *rudetque Baschan & arnum*. id est, pascua & arua clamabant præ sterilitate & solitudine. *synecdochice*, vt infra cap. 35. v. 2. De Basan vide in Numeror. 21. v. 33.

*Carmelus*. *כרמל* *carmel* nonnulli hic appellatiue, pro aruo, agro-fertili capiunt vt supra cap. 29. & cap. 32. v. 15. Alij, pro monte tribus Aser, iuxta Prolemaidem: Alij, pro alio Carmelo tribus Iehudæ, vbi erat Nabel. Quo circa notant hic à propheta quatuor terminos terræ sanctæ descriptos, Libanum à septentrione; Saronem ab occidente; Basanem ab oriente; Carmelum ab austro, quasi omnes terminos Chenahanæ concusserit & perturbauerit Sancherib.

VERS. 10. NUNC CONSVRGAM, DICIT DOMINVS, &c. ] Notant, esse hic alteram partem narrationis, vt dictum est vers. 7. qua consilium Dei, obiurgatio improborum, & profligatio docentur, tribus versibus.

*consvrgam*, exercitâ potentiam meâ ad perdendos & profligandos hostes, vt Psalm. 67. vers. 2.

NUNC EXALTABOR. ] Alij: *nunc exaltabo me ipsum*, operè mirifico, quod mox patraturus sum. humanitus dicta.

NUNC SVBLEVABOR. Alij *nunc eleuabo me*, vel *ex tollam me*, seu *eleuabor*, gloria & maiestate potentiam meâ sublimis ero.

VERS. 11. CONCIPIETIS ARDOREM. ] Alij: 1. *Concipietis stramen*. 2. *Impregnabimini stramine*. 3. *concipietis torridum-gramen*. De voce *ששש* *chafchafsch* vide supra cap. 5. vers. 24. Quidam putant hic esse fruticem illum, quem Hispanice vocamus *cofcoia* quod non probo.

PARIETIS STIPVLAM. ] volunt hisce prouerbialibus loquutionibus denotari consilia & conatus vanos, irritos, nihil profuturos, imo nocituros iis, qui eos ceperint.

*Maluenda, In libr. Isaiæ.*

SPIRITVS VESTER. ] Exponunt, *ist est, animus*. Alij, *consilia, conatus, studia*. Nonnulli, *superbia, fastus, arrogantia*. Quidam hunc versum ita accipiunt: *conceptio est deliberatio; partus est exequutio operis: vanæ, inquit, erunt spes vestræ, & conatus vestri irriti: spiritu siue consilio vestro peribitis*. Alij notant, esse increpationem allegoricam, qua Deus Assyriorum consilia & conatus cremio, animos vero igni ardenti comparat, quæ vna consumi solent. Hispanicus Interpres versum ita exponit: *Concebigistes hoirascaas, parireys aristas: el soplo de vuestro fuego*, id est, *la confianza vana, os consumira*. Quidam contra interpunctionem Hebraicam ita distinguunt: & *parietis quisquilias spiritus vestri*, seu *spiritum vestrum*, id est, pro partu efflabitis animas viles & nullius pretij, sed refragatur accentus Aethnach affixus voci *ששש* *kasch*, *quisquilia*. Heb. ad verbum habent *gignetis*, seu *parietis quisquiliam: spiritus vester ignis comedet vos*, quod quidam ita accipiunt: *spiritus vester erit ignis, qui consumet vos*. Alij: *spiritus vester est ignis consumpturus vos*, vel subaudita nota similitudinis. *spiritus vester tanquam ignis deuorabit vos*.

ET ERUNT POPVLI QVASI DE INCENDIO CINIS. Heb. *Et erunt populi quasi combustiones calcis*, id est, similes lapidibus, qui incenduntur & excoquantur in fornace, & vertuntur in calcem. Quidam reddunt: *Et reddentur populi exusti sicut calx*. Alij: *Et erunt populi combustionibus calcis* vide simile Iosue 11. v. 8. & 13. v. 6. Aliqui totum versum ita conuertunt: *Ita fuerunt populi veluti inditi fornacibus calcariis: vt spina succisa, igne exusti sunt*. Euentus Assyriorum de scriptus allegoricè, prout narratus. 2. Reg. 19. Hispanicus Interpres: *y los pueblos seran cal quemada: spinas cortadas: seran quemadas con fuego*.

AVDITE QVI LONGE ESTIS, QVA FECERIM, &c. ] Notant, ex superioribus argumentis profluere duos illos propositionum riuos, de quibus diximus in vers. 1. prior est vocans pios ad fidem & sanctimoniam, hoc capite: posterior, iudicium improbis denuntians, Capite sequente. Huius autem propositionis exordium hoc versu continetur: documenta, sex versibus sequentibus: ac postremo hypotyposis, vt diximus in vers. 5. *Longinqui autem & propinqui*, id est, omnes ex Iudæis & gentibus.

QVA FECERIM ] Heb. *qua feci*, obseruant positum præteritum pro futuro, *qua iam iam facturus sum* in Assyrios.

CONTRITISVNT. ] Hebr. *Expauerunt*. Alij: *Formidauerunt*, vel *metuerunt*.

POSSEDIT TREMOR HYPOCRITAS. ] Alij ex Heb. *tenuit, apprehendit, tremor impios*. proprie, *infectos, corruptos, impuros, &c.* vide in Iob 8. v. 13.

QVIS POTERIT HABITARE DE VOBIS CVM IGNE DIVORANTE? ] Verbum *גהר* *ghur*, proprie aiunt esse *trahere*, sed quum varias torriatur constructiones variè quoque reddi obseruant, quando sine aliqua præpositione loco aut rei alicui iungitur, tum idem significare quod *versari, conuersari, manere, commorari*.

*morari unde exponunt: Quis conuersabitur ex vobis igni deuoranti? Nos ex verbo reddidimus: Quis trahet nobis ignem comedentem? apto Hebraismo, pro quis trahet nos in ignem absumentem? aut quis applicabit, adiunget, seu congeret nobis ignem consummentem? Sic sequente membro. Nonnulli hunc versum ita explanant: Expauerant Trijone peccatores, corripuerat tremor hypocritas, Propositio de fide & sanctimonia piorum, occasione sumpta à dubitatione & incredulitate hypocritarum Iudæorum, qui instruente obsidione Sancheribo, diffidebant promissionibus Dei, & perfidiam suam obuclabant specie quadam reuerentiæ, quasi tenuitatem suam ex animo cognouissent indignam esse, quæ accederet infinitam Dei maiestatem: cuiusmodi exemplum in Achazo vidimus supra cap. 1. v. 12. *Quis diuersabitur, aiebant, ex nobis cum igne consumente?* Sic abutitur hypocritis apertis Dei verbis, Deuter. 4. v. 24. quasi dicerent frustra ex peccaretur liberatio à Sancheribo, quia oblita est Iudæa fœderis Iehouæ, & fecit sibi sculptile: quamobrem nihil amplius à Deo ex spectandum est, quam vt consumat nos, quia ignis consumens Deus zelotes est: ac proinde constat sententia eius de vliscendis peccatis, non autem de instaurando fœdere & continuando nobiscum, *quis diuersabitur ex nostris cum ardoribus perpetuis?* id est, quis subsistat ad constantissima iudicia eius, quæ non possunt ab hominibus expugnari: Vide supra. 10. v. 16. hæc enim verba sunt desperantium de salute, quam Deus per seruos suos promiserat. Hispanicus Interpres: *Quien de nosotros morara con el fuego consumidor?* id est, *En Jerusalem donde ay culto tan peligroso.* Quidam volunt hæc esse verba infidelium Iehudæorum respicientium Euangelium & consortium Christi, qui ipsis ignis consumens fuit.*

**QUIS HABITABIT EX VOBIS CVM ARDORIBVS SEMPITERNIS?** ] Ex Heb. alij: 1. *quis manebit ex nobis, vel nostrum cum ardoribus æternis, seu perpetuis?* 2. *quis habitabit ex nobis ad focos æternitatis, sine æternos?* videntur respicere ad focum perpetuum altaris templi Nos vertimus: *quis trahet nobis vstrinas, seu vstriones, combustiones æterni, vel sæculi, seu æternitatis.* Vide in Psalm. 101. v. 4.

**VER. 15. QVI AMBVLAT IN IUSTITIIS.** ] Heb. *Ambulans, seu perambulans iustitias,* id est, qui percurret & lustrat omnes vias & rationes iustitiæ. Quidam reddunt: *Qui ambulat iustissime.* Subiectio aduersans superiori hypocritarum desperationi, qua Deus pius & iustos (quorum definitio hoc versu continetur) confirmat in expectatione promissorum Dei.

**ET LOQVITVR VERITATEM.** ] Heb. & loquens rectitudines. id est, rectissime.

**QVI PROICIT AVARITIAM EX CALVMNIA.** ] Alij: ex Heb. 1. *qui reprobatur avaritiam oppressionum.* 2. *qui fastidium habet in auaritia, vel qui querit spiritum auaritiam fraudum.* 3. *qui abhorret ab emolumento, quod per vim & calumniam extorquetur.* 4. *qui spernit lucrum ex fraudibus.* 5. *qui repudiat auaritiam*

*defraudationum.* 6. *reprobans (spernens) in auaritia occupationes-bonorum-alienorum, vel oppressiones, aut auaritiam oppressionum id est, qua aliena interuertuntur, & fraudulente ac malis artibus occupantur.* 7. *abhorrens ab vilitate ex oppressionibus.*

**AVARITIAM.** ] **בצב** *betzagh,* proprie, *præcisionem, segnentum, frustulum:* vide in Genes. 37. v. 26. & in Exod. 18. v. 21.

**ET EXECVIT MANVS SVAS AB OMNI MVNERE.** ] Alij ex Heb. 1. *excuciens manus suas à fulciendo in munere.* 2. *discutit manus suas à sustinendo, vel ne sustentet in munere, vt indicet graue & ponderosum munus, quod manibus fulciri ac sustineri opus sit.* 3. *qui excutit manus suas ne teneat munus.*

**NE AVDIAT SANGVINEM.** ] Heb. pluraliter. *sanguines.* id est, cædes & homicidia, id est, qui non vult audire eos, qui de patrandâ cæde loquuntur, vel homicidia & sanguinum effusiones thraconicè iactant.

**ET CLAVDIT OCVLOS SVOS.** ] Participium **גחז** *ghozem,* diuersimode reddunt: *corroborans, condensans, consolidans, compingens, comprimens, constipans.* Proprie *ossans,* id est, osseos reddens & solidos, fortes ac robustos, vt nullos spiritus visuos, nihil diaphani habeant.

**NE VIDEAT MALVM.** ] Heb. à *videndo in malo.* Notant, quum verbum **ראה** *raah* construitur cum Beth, vt hic, significare cum voluptate & gaudio, vel singulari affectu & studio videre.

**ISTE IN EXCELSIS HABITABIT.** ] Alij **VERS. 16.** *Hic altissima loca habitabit* Promissa, quæ iusto fiunt, his quatuor versibus, continent liberationem à multis malis, & malorum metu, bonorumque omnium communicationem, quam priuatè & publicè in Ecclesia pij percepturunt. Solent loca edita secunda & tuta esse quo vis externa difficile penetrat.

**MVNIMENTA SAXORVM SVBLIMITAS EIVS.** ] Heb. 1. *receptus rupium releuamen eius.* 2. *refugia petrarum exaltatio eius.* 3. *propugnacula petrarum eleuatio eius.* id est asylym eius seu per fugium. 4. *erunt propugnacula petrarum locus editus eius.* nempe Trijon Ecclesia Dei. Hispanicus interpres: *fortalezas de rocas seransu altrura, vel su lugar de a cogimienio.* De voce **מצודות** *meiz adoth,* quam Noster *munimenta* vertit, vide in Iudic. 6. v. 2.

**PANIS EI DATVS EST.** ] Quidam per futurum reddunt: *panis eius dabitur,* id est, omnibus vitæ eius commodis à Deo consulatur: *synecdoche.*

**AQVÆ EIVS FIDELES SVNT.** ] **נמנים** *neemanim, credite, fideles, certa, stabiles, statæ erunt.* id est, permanentes, perseverantes, perennes, q. d. nunquam ei deficiet aqua.

**REGEM IN DECORE SVO & C.** ] Heb. **VERS. 17.** *Regem in pulchritudine, seu formositate sua præcedebunt, seu contemplantur oculi tui: videbunt terram longinquitatum, seu longinquissimam, aut longinquarum regionum.* id est, non amplius lqualentem & luctuosum videbis regem, aut regionem occupatam, sed gloria magnificentissima abundabit rex, & inimicos superabit, quorum sedes, quamuis longinquas



ginguas te vidente adiungat sibi. Hoc autem inquit, typice quidem in Chizkija factum est. 2. Paralipom 32. v. 23. sed perfectum & consummatum in Christo.

TERRAM DE LONGE. ] Heb. *terram longinquitatum*. Quidam exponunt, spatiosam, amplissimam, liberatam omni hostili exercitu & impressione Assyriorum. Alij, regiones longinquas adiectas regno Iehudæ. Nonnulli: *terram distantiarum*, id est, remotam & multum distantem. q. d. soluta obsidione, quum restitutus fuerit rex tuus in pristina dignitate, tibi licebit securè peregrinari in terras multam distantes ab Ierusalaimis. Scite hunc locum Tertullianus accommodat aduersus Iudæos cap. 13. [ *Interdictum est ne in conspectu ipsius regionis demoretur quisquam Iudæorum, ut hoc quoque esset adimpletum per prophetam: Regem cum claritate videbitis, id est, Christum facientem virtutes in gloria Dei Patris: & oculi vestri videbunt terram de longinquo, quod vobis pro meritis vestris, post expugnationem Ierusalem prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantum videre permissum est.* ] Vide lib. 11. de Antichristo, cap. 3.

VERS. 18.

COR TVM MEDITABITVR TIMOREM. ] vel formidinem, horrorem, terrorem. Alij in ablatiuo: *formidine* id est, præ metu ac terrore hostium obsidentium Ierusalaim, secum disceptabit, ac varia versabit. q. d. ante cladem Assyriorum multa patieris, totus eris in cogitatione earum rerum, quæ merum hominibus incutere solet. Alij ad Euangelium referunt, & timorem hîc pro admiratione capiunt, vt sint verba sequentia piorum fidelium admirantium, quomodo omnis sapientia humana cesserit stultitiæ prædicationis Euangelij Dei. 1. Corinth. 1. v. 20.

VBI EST LITTERATUS? ] סופר *sopher*, de qua voce vide 2. Samuel. 8. v. 17. variè hîc accipiunt. 1. pro notario qui in principum aulis siue gubernatione res gestas, & acta publica, item census, ac redditus conscribit, ac nomina eorum, qui pendere tributa debent. 2. pro legisperito, qui legem & prophetas populo interpretaretur; quorum mentio frequens in Euangelio, qui erant docti Theologi.

VBI LEGIS VEREA PONDERANS? ] Heb. ab sunt duæ dictiones. *legis verba*. שוקל *schokel*. *librans, ponderans, appendens, seu librator, ponderator, appensor*. volunt Paulum 1. Corinth. 1. v. 20. transposuisse hæc duo verba, & pro SOPHER dixisse *scribam*, & pro SCHOKEL. *sapientem*. Quidam hîc libratores seu appensores accipiunt publicanum, cui tributa ad pondus numerari solent. Alijeum quem Latini *libratorum* vocant, qui eminus pugnat, tela, lapides, aut glandes in hostes torquens.

VBI DOCTOR PARVULORVM? ] Paulus, *conquisitorem huius sæculi*. reddidit. Syzitiis, est propriè, qui de omni controuersia disputat ac disquirat, & quid pro vero habendum sit, statuit, curiosus scrutator naturæ, qui in huius mundi arcanis perscrutandis, & acutissimis quibusque quæstionibus explicandis

omnem artem consumit. Hebraicè: *vbi numerans turres?* idem participium vel nomen SOPHER, quod paulò ante positum fuit. Quidam reddunt: *vbi describens, conscribens, annotans turres?* Exponunt, id est, domos & ædes maiores, pulchriores & clariore, quæ scilicet solent maius pendere tributum. volunt hisce loquutionibus significari Iudæos obsessos ab Assyriis magno metu perculsos omnes suas cogitationes & curas in eo habuisse vt curatores & officiales bellicos ad defensionem vrbs vndique conquirent. Sed cur Noster dixit, *doctor*, seu *scriba paruulorum*. rationem alij difficillime expediunt, & multa inepta nugantur: quidam ingenue se ignorare fatentur: quod satius duximus Fortè מַגְדָּלִים *mighdalin*, *turres* in significato *ne crescendi, adolefcendi, ingrandescendi* accepit, quæ propria etiam eius verbi est, atque idcirco paruulos crescentes & adolefcetes intellexerit. Immanuel Tremellius & Franciscus Iunius hunc versum ita reddunt & explanant.

1. *Cor tuum*, seu *animus tuus* 2. *meditabitur terrorem*; dicens, 3. *Vbi est* 4. *legis peritus?* vbi 5. *pensator?* vbi 6. *ensor turrium?* [ 1. *Id est, nihil metues amplius, sed habebit delectationem securam præteritorum malorum recordatio, adeo vt liberè queas Iudificari omnia consilia, rationes, conatus, & turbas hostium inferentium tibi: atque hîc spectauit Paulus 1. Corinth. 1. v. 20. 2. non sollicitus, sed ex vlti abundus. 3. Hic sermo est piorum, qui ad Ecclesiã se recipientes, & freti præsidio Dei, securè hostibus insultant: quod his interrogantibus propheta facit: quasi dicat, si quid est in rebus humanis ad bellum recte gerendum opus: hæc profecto sunt; consilia à peritis; pecunia à pensatoribus siue quæstoribus; munitiones à censoribus & tribunis militaribus, robur denique & copia militum: sed vbi sunt ista omnia? si forte possunt Deo obistere. euauerunt iam olim; & in perpetuum; vt liquefit cera ab igne, ita peribunt improbi à conspectu Dei. Psalm. 6. v. 3. 4. videlicet *castrensis, siue militaris*, 5. *quæstor, præfectus arario militari*. 6. id est, *tribunus præfectus censendis & curandis machinis, tormentis, munitionibusque bellicis: synedochicè.* ] Hactenus illi.*

POPVLVM IMPVDENTEM. ] Participium Niphal נִגְחָז *noghoz*, quod verbum alibi in Scriptura non legitur, diuersimode reddunt: 1. *fortem, fortificatum, robustum, obfirmatum, robore præditum, prædurum*. vt conueniat cum verbis נִי גְחָזָז, & נִי גְחֹז. 2. *barbarum, aliena, blasphe, absone, & absurde lingue*. vt congruat cum נִי לֹגְחֶז, de quo Psalm. 113. vers. 1. Assyrios intelligunt trahentes validos exercitus contra Ierusalaim, qui barbari, atque exoticæ linguæ, simulque impudentia obfirmati erant.

NON VIDEBIS. ] Exponunt, nullo pacto experieris eius iugum, ac ne videbis quidem intra moenia tua.

POPVLVM ALTI SERMONIS. ] Hebr. *populum profunditatum labij*. id est, profundissimi labij. quæ profunda sunt, obscura sunt & ignota, ac remota ab auditu visuque. Quidam: *abstrusi sermonis*.

VERS. 19.

ITA UT NON POSSIS INTELLIGERE.] Hebr. *ab audiendo*, vel *pra audire*. Quidam reddunt: *populum profundioris sermonis quam ut intelligatur*.

DISERTITVDINEM LINGVÆ<sup>2</sup> EIVS, IN QVO NVLLA EST SAPIENTIA.] Hebr. *subsannatum*, seu *subsannabilem lingua*, non *intelligentia*. Alij: 1. *balbutientem*, *balbum*, *blasum*, *impeditum lingua sine intelligentia*. 2. *subsannabilem propter balbutientem lingua*, *absurdum lingua*, *sine intelligentia*. id est, utentem sermone non intelligibili, qui non videbitur loqui: sed potius balbutire. 3. *aut balbutienti lingua*, *quem non possis capere*. 4. *ridiculum lingua*, *cuius non est intelligentia*. 5. *peregrine lingua ac non intellecte*. Aliqui præcedentibus iungunt: *ut percipere nequeas balbutientem lingua sine intelligentia*. vide supra cap. 28. vers. 11.

VERS. 20. RESPICE SION CIVITATEM SOLEMNITATIS NOSTRÆ.] Alij ex Hebr. 1. *Contemplare Tzizonem civitatem solemnitatis nostræ*. Imperatiuus pro futuro; *Aspicias*, mox etiam sequitur futurum. id est, videbis adhuc solemnitates celebrari in Ierusalem, quæ futura est in summa pace & tranquillitate deletis Assyriis. 2. *Vide Tzizonem civitatem festivitatis nostræ*. id est, conuerte oculos tuos, tu, qui perambulas iustitias, non videns ultra populum barbarum, &c. neque aliud videre velis, quam Tzizonem civitatem exultantem, & vnicum gaudium & festum nostrum. Nam non est dubium, quin interfectis Assyriis ingens gaudium fuerit in Ierusalem. Mystice de Ecclesia Christi accipiunt, in qua est vera solemnitas. 3. *Aspice Tzizonem, urbem conuentuum nostrorum*. Hypotyposis confirmans promissiones præcedentes, qua proponuntur oculis piorum duo, præstantiæ Dei propter Deum habitantem, & insidentem in ea, tribus versibus; & fructus ad singulos peruenturi, duobus ultimis. Notant vocem מוֹשֶׁב *moghed*, id est, *stationem* tribui hinc urbi Ierusalem propter templum & cultum in eo constitutum & ordinatum.

HABITATIONEM OPULENTIAM.] Alij ex Hebr. 1. *habitationem quietam*. 2. *habitationem tranquillam*, vel *quietam*, *peccatum*, *pacificum*. 3. *pasuum tranquillam*. 4. *casam tranquillam*. De voce מוֹשֶׁב *naueh* vide in Exod. 15. vers. 12. de מוֹשֶׁב *schaanan* in Iob 12. vers. 5. q. d. Erit quidem Ecclesia infirma & tenuis, ut casa pastoritia humilis; sed ita ut eo amplius commendetur Dei erga illam beneficentia, nam erit tranquilla, felix, opulenta, fixa, stabilis, inconcussa, ut sequentia docent: allegoria duplex, casa & tabernaculi.

QVOD NEQVAQVAM TRANSFERRI POTERIT.] Alij ex Hebr. *nequaquam volutabitur*. 2. *non deponetur*. 3. *quod non dissipabitur*. 4. *non sternetur*. scilicet in terra vel loco humiliore. 5. *non peregrinabitur*. id est, transferetur in locum peregrinum & alienum. 6. *quod nequaquam loco-mouebitur*, aut *dimouebitur*. Chaldaus: *quod non dirumpetur*. Verbum יָצָא *izagan* alibi in Scriptura non legitur.

NEC AVFERENTVR CLAVI EIVS.] Hebr. verbum est singulare masculine *clavi* vero plurale fœmineum: vnde varie reddunt, 1. *nequaquam amovebit*, quispiam, *clavos eius*. vel *nemo amovebit clavos eius*. 2. *neque proficiscetur vnus è palis eius*. 3. *cuius paxillorum nullus recedet*. Verbum potest esse transitivum & intransitivum. 4. *nec migrabunt paxilli eius*: id est, non transferentur aut amovebuntur paxilli ad quos religantur capita funium tentorij. Hispanice vocant *estacas*.

IN SEMPITERNVM.] לְנֶצַח *lanetzach*, omnia ista complectitur, *ad victoriam, in æternum, in seculum, in sempiternum, in perpetuum, nunquam, omnino, penitus, finaliter, perpetuo, victorioso*. Notant Hebræi hoc versu finiri dimidium Libri Isaia.

QVIA SOLVM MODO EST IBI MAGNIFICVS, &c.] Hoc hemistichium varie alij ex Hebr. reddunt: 1. *quia vere ibi fortis Iehona nobis locus fluviorum, riuorum latorum manibus*. 2. *quin potius istic magnificus Iehona nobis, veluti locus vbi circumfluunt amplissimis utrinque ripis flumina & riui*. id est, locus amenissimus & irriguus. 3. *Sed ibi magnificus Iehona erit nobis loco fluviorum, riuorumque amplorum spatiis*. Hoc est, quemadmodum, Mesopotamia fluvii circumquaque firmata est Euphrate & Tigri, & sicut Ægyptus Nilo in omnes partes diducto, sic Deus, imo valentius multo Ecclesiam firmaturus est, & futurus pro riuo amplissimo, ut sit Ecclesia extra omnem teli iactum: similiter alibi Deus igneum se fore prædicit Ecclesiæ suæ. Zachar. 2. v. 8. & 9.

*riui latissimi & patentes*. Hebr. *riui lati manibus*. id est, *spatiis, locis, brachiis, sinibus, ripis*. vt Psalm. 103. vers. 25.

NON TRANSIBIT PER EVM NAVIS REMIGVM, &c.] Alij ex Hebr. 1. *per quem non possit ire navis remigij, neque navis ingens transibit per eum*. id est, quem nulla navis siue parua siue magna transire potest. 2. *In quibus neque iriremis grassatur, neque oneraria navis magna transit*. 3. *non itura est in eo classis remi, seu impulsæ remi, neque navis magnifica persuasura eum*. id est, non perferet rem ullam aduersantem nobis, sed potius iudicio suo perdet & immerget, sicut olim Ægyptios: miosis.

IVDEX NOSTER.] Alij: *vindex, assertor noster*. qui ius nostrum nobis servat & administrat, atque causam nostram agit.

LËGIFER NOSTER.] *Proprie, statuaris, dictator, legislator*. vide in Genes. 49. v. 10.

LAXATI SVNT FVNICVLI TVI, &c.] VERS. 23. Hunc versum ex Hebr. alij reddunt: 1. *Laxati sunt funes tui, vel deferentur, derelinquentur funes tui*. subaudi à nautis: *non roborabunt malum suum, nec expandent velum*: perstat in allegoria sua & comparat exercitum Assyriorum, qui perit, naui & nautis, qui patiuntur naufragium: quando enim desperant de salute sua, deserunt funes, quibus malus firmatur, & velum extenditur: *tunc diuisa est præda spolijs multi, vel & spolijs multum*. 2. *Rudentes tui laxati sunt, ut ne malum suum firmiter retinere, nec velum expandere possint*.

tum distributa sunt ornamenta prædæ ingentis. 3. Deserunt rudentes tuos: nondum confirmauerint erectum malum suum, nondum expanderint velum; tunc diuidetur præda spoliij permulti. Apostrophe gloriosa ad classem inimicorum, qui Ecclesiam cogitant inuadere: illi, inquit propheta, primo impetu à Deo consternati, cum animis abiicient omnia, & præda erunt Ecclesiæ. 4. Forsterus: *Dimissi sunt, vel laxati sunt, funes tui, non constrinxerunt malum suum, neque expanderunt signum: tunc diuidetur rapina præda multa.* vel sic, diuidetur rapina præda multa. 5. Forerius: *Dimissi sunt funes tui, ne tantillum quidem confirmarunt malum suum; non expanderunt signum: tunc disperitum est assidue spoliium multiplex.*

NON PRÆVALEBUNT, SIC ERIT MALVS TVVS. ] Heb. Nequaquam obtinebunt, vel firmabunt, corroborabunt, sic malum suum. **Q** cen, sic, Alij vt nomen accipiunt, rectum, erectum, statutum, malum suum. Nonnulli aduerbialiter, recte, stabiliter, firmiter. Quidam reddunt: non confirmarunt vel tantillum quidem malum suum. Vide de hac loquutione supra cap. 16. v. 6.

VT DILATARE SIGNVM NON QVE AS. ] Heb. Nequaquam expanderunt signum, vexillum, velum, trophaum: hæc enim omnia complectitur vox **Q** nes.

TUNC DIVIDENTVR SPOLIA PRÆDARVM MVLTARVM. ] Forsterus: *Tunc disperitum est, usque ad spoliium multiplex.* Forerius: *tunc disperitum est assidue spoliium multiplex.* Rursum Forsterus. *Tunc diuisa fuit rapina prædæ multa.* **Q** y ghad, si est à verbo **Q** y ghoded, est particula applicatiua, seu coniuñctiua, vel continuatiua, vel loci vel temporis: vnde possit hinc reddi: *Tunc disperitum est usque ad vel tandem, assidue, ad hæc, spoliium multum.* Si vero à verbo **Q** y gbinued, redditur rapina, captura, præda, spoliij multi, vel spoliium multum, vt Genes. 49. v. 27.

CLAUDI DIRIPIENT RAPINAM. ] Alij. I.

vt & claudi diripiant spoliium. q. d. Tanta erit præda, vt non solum agiles & leues sint egressuri vt præda poriantur, sed etiam claudi, ac si dicat, etiam iis qui sero ac tarde uenerint, vt claudi, supererit multum spoliiorum, adeo multa erunt. 2. claudi diripient prædam, id est, etiam tenuissimi quique nullo negotio de populabuntur eos, adeo offendent imparatos à rebus omnibus: Prouerbiū facilitatem rei, quæ agitur, indicans, vt 2. Samuel. 5. v. 6. Hispanicus Interpres hunc versum ita reddit: *Tus cuerdas leaffloxaron: no affirmaron su mastel, ni entefaron la vela repartiose presa de muchos despojos: hasta los cojos arrebataron presa.*

NEC DICET VICINVS. ] **Q** W schachen, proprie scenitator, adhibitor, cohabitator, tabernaculator, qui scenam & tentorium habet in Ierusalaim, siue Ecclesia.

ELANGVI. ] Vel *Egrotavi, dolui, infirmatus sum.* id est, male habeo propter afflictiones scilicet. Præteritum pro præsentis, id est, viuent postea in summa tranquillitate, nec affligentur vltra.

POPVLVS QVI HABITAT IN EA AVERETVR AB EO INIQVITAS. ] Heb. populus habitans in ea leuatus iniquitate. Alij: populo, qui habitat in ea, remissa est iniquitas, 2. populus habitans in ea releuatus, subleuatus, dimissus erit iniquitate. Vide similem loquutionem. Psalm. 31. v. 1. Nonnulli hunc versum ita reddunt: *Neque dicet habitator, Egrotus sum: populus habitans in ea leuatus erit ab iniquitate* id est, omnes incolumitatem & pacem obtinebunt per remissionem peccatorum, iustificati fide in Christum Iesum regem & seruatorem nostrum.


Hos quinque posteriores huius capituli versus, tamen apte de liberatione Ierusalaim ab exercitu Assyriorum obsidente acceperimus: plenius tamen ac perfectius de salute Ecclesiæ per Christum ab omnibus suis hostibus, intelligimus.

## CAPVT XXXIV.

Acerba Dei ultio super omnes gentes: Idumææ quoque contritio & perpetua vastitas prædicetur.


Vulg.

Malu.

**I**  Ccedite Gentes, & audite, & plenitudo eius: orbis, & omne germen eius.

**2** Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super uniuersam militiam eorum interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

**3** Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor:

**I**  Ppropinquate, gentes, ad audire, & <sup>a</sup> populi <sup>b</sup> aufcultate: audiet terra, & plenitudo eius, <sup>c</sup> orbis-habitabilis

**2** Quia feruor <sup>d</sup> IHVH super omnes gentes, & ardor super omnem <sup>e</sup> militiam eorum: anathematizauit eos, dedit eos <sup>f</sup> mactationi.

**3** Et violati eorum <sup>g</sup> deiciantur; & cadauera eorum ascendet fœtor eorum,

<sup>a</sup> nationes, <sup>b</sup> milia, <sup>c</sup> intentione, <sup>c</sup> orbis-habitabilis

<sup>d</sup> dauius, <sup>e</sup> iph IHVH, <sup>e</sup> exercitum, <sup>f</sup> jugulationi, <sup>g</sup> deijci fiant

tabescant montes à sanguine eorum.

4 Et tabescet omnis militia caelorum, & complicabuntur sicut liber cali: & omnis militia eorum defluet sicut defluis folium de vinea & de ficu.

5 Quoniam inebriatus est in celo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis mee ad iudicium.

6 Gladius Domini repletus est sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra & interfectio magna in terra Edom.

7 Et descendent unicomnes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium:

8 quia dies ultionis Domini; annus retributionum iudicij Sion.

9 Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem.

10 Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam.

11 Et possidebunt illam onocrotalus & ericius: ibi & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem.

12 Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt.

13 & omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur in domibus eius spina, & urtica, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum.

14 Et occurrent demonia onocentauris: & pilosus clamabit alter ad alterum; ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem.

15 Ibi habuit foueam ericius; & enutritiuit catulos, & circumfodit, & fouit in umbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterum.

16 Requirit diligenter in libro Domini, & legite: unum ex eis non defuit, alter alterum non quesuit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregabit ea.

rum, & liquefient montes de sanguine eorum.

4 Et contabescant omnis militia caelorum, & conuoluentur sicut liber cali: & omnis militia eorum defluet secundum de fluere folium, de vite, & sicut defluens de ficu.

5 Quoniam irrigatus fuit in caelis gladius meus: ecce super Edom descendet, & super populum anathematis mei, iudicio.

6 Gladius I H V H impletus fuit sanguine, impinguari sese fecit de adipe, de sanguine, veruecum, & caprorum; de adipe renum arietum: quia sacrificium I H V H in Botzrah, & matatio grandis in terra Edom.

7 Et descendent unicomnes cum eis, & iuenci cum robustissimis: & irrigabitur terra eorum de sanguine, & puluis eorum de adipe impingabitur.

8 Quia dies vindictæ I H V H annus pacificationum liti Tziionis.

9 Et verrentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphuri: & erit terra eius in picem ardenti.

10 Nocte & die non extinguetur; æterno ascendet fumus eius: de generatione generationi exsiccabitur; victoria victoriarum non transiens in ea.

11 Et hæreditabunt eam platea, & cypselus, & vesperilio & coruus scenitabunt in ea: & extendent super eam lineam inordinationis, & lapides vacuitatis.

12 Clari eius & non ibi regnum vocabuntur: & omnes principes eius erunt defectus.

13 Et ascendet palatia eius spina; chamæleon, & spina in munitionibus eius: & erit nomus draconis, atrium filiabus struthionis.

14 Et incurrent ficci ad formidabile animal; & pilosus super sodalem suum vocabit: veruntamen ibi rigit, lilit, & inueniet sibi residentiam.

15 Inibi nidificauit kiphos, & saluum euadere fecit, & discindet, & incubabit in umbra sua: veruntamen ibi congregata fuerunt vultur aquilæ, vira sodali suæ.

16 Quærite desuper librum I H V H, & vocate; vna de ipsis non de congregata fuit, vira sodalem suam non visitauerunt: quia os meum ipsum præcepit, & spiritus meus ipse congregauit ea.

b liquefiet, dissoluentur, corrumpentur

i datus. in iudicium

k datus. ipsi I H V H

l majorum. hircorum:

vide Genes. 30 v. 10.

m datus. ipsi I H V H

n uaricor. nes: vide in

Numer. 23.

v. 22.

o potentissimis tauris:

vide in Genes. 49 v. 24.

p vs v. 6.

q retributionem, re-

passionum r In picem,

sic sicut in sulphur

in picem accensam

u tota die x datus. in æternum, in seculum

y desolabitur, deusta-

bitur z datus. in victoriam

a hæreditario-jure-

possidebunt b tabernaculabunt,

cohabitabunt

c spinarum-mul-titudo,

vel quævis spinarum

d cors e cum terri-

fico f socium, comparem

g sedem, locum quietis

h mulier ad sociam suam. sic


vers. seq. i de fuit, de-

siderata est, detracta,

substracta, est

17 Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generationem & generacionem habitabunt in ea.

17 Et ipse cadete. fecit eis sortem, & manus eius dispersit eam eis in linea: vsque ad æternum hæreditabunt eam; generationi & generationi <sup>k vñ vñ</sup> scēnitabunt in ea.



COMMENTARIA.

VERS. I.



CCEDITE GENTES, ET AUDITE.] Heb. *Appropinquate, adeste, gentes, ad audiendum, &c.* Nunc demum, inquit, venit propheta ad priorem partem prolepsios, de qua diximus supra cap. 33. v. 1. nimirum ad propositionem iudicij diuini improbis euenturi. Sunt autem huius propositionis tres partes, prima est exordium hoc versu; quemadmodum in superiore quoque propositione fuisse ostendimus supra cap. 33. v. 13. secunda est narratio iudiciorum futurorum à Deo, vsque ad vers. 16. tertia est confirmatio duobus ultimis. Est autem exordium hoc patheticum, quo propheta res omnes creatas prouocat, vt afficiantur grauitate iudiciorum Dei, quemadmodum fecerat supra cap. 1. v. 2.

ET PLENTUDO EIVS.] Alij: *& que implenti eam. vel & quidquid in ea est.* vide Psalm. 23. v. 1.

ET OMNE GERMIN EIVS.] Heb. *exiit, egressiones, germina, propagines, stirpes, progerminationes eius:* vide Iob 5. v. 25. & supra cap. 22. v. 24. sic infra cap. 42. v. 5.

VERS. 2.

QVIA INDIGNATIO DOMINI SVPER OMNES GENTES.] Alij ex Heb. 1. *Quia ira est ipsi Iehoua contra omnes gentes. 2. Nam feruens-ira est ipsi Iehoua contra omnes gentes.* Narratio hæc iudiciorum Dei duas partes continet, conuenientes exordio: vnã de iudiciis Dei contra homines inprobos, vsque ad vers. 9. alterã, de effectis iudiciorum in terram ipsam, & res creatas omnes inde ad vers. 16. קֶזֶפֶת *ketzeph, feruor, efferuescentia-subita, ira-feruens & quasi spumans, feruor-ira, bulliens-ira.*

ET FVROR.] *ardor: astus: furor: excaescentia: astus-ira: astuans-ira.* vt Genes. 25. v. 44.

INTERFECIT EOS.] *Proprie. anathematizauit eos. Alij: anathemate deleuit eos: inter-necioni deuonit eos: excidit, proscripsit, excommunicauit eos.* Hæc enim est vis verbi הָרַג *hecherim.*

VERS. 3.

INTERFECTI EORVM PROJICIENTVR.] *חֲלָלִים chalalim, violati, profanati, vulnerati, sauci, confossi, perfossi, ex violentia extincti, & interfecti, abijcientur. insepulti, vel canibus ferisque. Coniugatio Hophal significatum auget, miserimè & abiectissimè projicientur.*

TABESCENT MONTES A SANGVINE EORVM.] Alij ex Heb. 1. *cruoreque eorum montes colliquescent. 2. & colliquescent montes ex sanguine eorum.* Hyperbole elegantissima optime exprimens seueritatem iudiciorum *Maluenda, In libr. Isaia.*

Dei, vt sequente versu, q. d. cælum & terra exhorrescent tam atroces pœnas, quas Deus sumpturus est de inimicis suis, vt supra cap. 13. v. 10.

ET TABESCENT OMNIS MILITIA CÆLORVM.] Heb. *Et emarcescent omnis militia calorum.* de militia cælorum, vide in Genes. 2. v. 1. Quidam reddunt: *Etiam contabescet totus exercitus calorum.*

VERS. 4.

ET COMPLICABVNTVR SICVT LIBER CÆLI.] Heb. *& voluentur seu conuoluentur sicut liber cali.* Olim libri in modum rotuli, in circum, cylindrum, conuoluebantur, vt videmus nunc fieri in תּוֹרָה *torah* in synagogis Iudæorum. q. d. cæli ipsi, qui in modum cortinæ extensi sunt, conuoluentur & complicabuntur in modum codicis aut rotuli. Recte passim monent, ex isto Isaiaë loco de sumpsisse Ioannem, quod scribit Apocalyps. 6. v. 14. [*Et calum sicut liber qui innouitur, recessit:*] notantque esse hyperbolem admirabilem toto hoc versu.

ET DE FICV.] Heb. *& sicut defluens, marcescens, de ficu.* Quidam: *& sicut marcescit de ficu.* id est, sicut folium marcidum cadens de ficu. Alij: *& vt deciduus grossulus e ficu.* Nec est dubium quin huc respexit Ioannes Apocalyps. 6. v. 13. [*Sicut ficus abijcit grossos suos à magno vento concussa.*]

VERS. 5.

QVONIAM INEBRIATVS EST IN CÆLO GLADIVS MEVS.] Heb. *Quia irrigatus, humectatus, madefactus est in calo gladius meus. vel transiitue, irrigauit, humectauit, madefecit, feruit sanguine in calis gladius meus.* volunt esse in versa verba, pro, Quoniam gladius meus, qui est in cælis, inebriatus est. Quidam: *Nam inebriatus est in calis gladius meus.* Etio-logia à decreto Dei, pro eo, quod est, res iam in cælis conclusa atque confecta est: fixum est decretum & immutabile. Inebriari autem dicitur gladius metaphorice, id est, rubere & circumfluere sanguine, vt Ierem. 46. v. 10.

ECCË SVPER IDVMÆAM DESCENDET.] Alij: *ecce supra Edomæos descendet.* Hos primo loco propheta nominat, cum quia ex propinquitate erant notissimi; tum quia Iehudæis ab omni memoria hostes fuerant infensissimi, vt Psalm. 136. v. 7. Hamos I. v. 11. Abdiæ vers. 10. & sequentib. Lamentation. 4. v. 21. Ezechiel. 25. v. 12. supra cap. 21. v. 11

ET SVPER POPVLVM INTERFECTIOMIS MEÆ.] Heb. *& super populum anathematis mei: siue excommunicationis, excisionis, proscriptionis meæ.* Quidam: *& super populum, quem*

quem deuoti interuentioni. vt supra vers. 2.

AD IUDICIUM. ] id est, vt iudicium seu iustitiam exerceam in eos. vel vt iustam ultionem sumam de eis. proinde quidam reddunt: & super populum, quem ultioni meae deuoti. id est, super omnes alios excidio destinatos.

VERS. 6.

GLADIUS DOMINI REPLETUS EST SANGVINE. ] Notant esse alteram descriptionem iudiciorum Dei; qua ostendit quam gratum sibi futurum est, quum inimicos Ecclesiae profligabit, à similitudine sacrificiorum, quae ipsi odora fuerunt olim in Ecclesia per Christum.

REPLETUS EST SANGVINE. ] Alij: implebitur sanguine, &c. quasi dicat, consumam eos plane: nam sanguis & adeps in sacrificiis (quibuscum improbi comparantur) solebant consumi Iehouae, Leuit. 3. v. 16. & 17.

INCRASSATUS EST ADIPE. ] verbum הודדאשנה *huddaschenah*, irregulare esse notant, & compositum ex Hophal & Hithpahal Hebraei volunt: forte ad indicandum quam grauis & extra ordinem futura esset ultio, & sacrificium illud cruentum in Idumaeos.

IN BOSRA. ] Hebr. in *Bot Zah*, Non est haec quam *Bostram* dixere posteriores, vide Genes. 36. v. 33. Deuter. 3. v. 43.

VERS. 7.

ET DESCENDENT VNICORNES CVM EIS, &c. ] Quidam hunc versum ita ex Hebr. reddunt: *Descendent quoque unicornes cum eis, & iuueni cum robustis-tauris.* id est, etiam indomiti, & potentissimi quique potentia Dei deiciuntur, & mittentur sub iugum: nam unicornium natura indomita esse dicitur, vt Iob 39. vers. 12. & sequentibus: & tauri robusti ferocia difficile iugum subit. adeo vt inebrietur terra eorum sanguine, & puluis eorum adipe pinguescat. Hyperbole vt supra vers. 3. & 4. id est copiose perfundatur.

VERS. 8.

QVIA DIES VLTIONIS DOMINI, &c. ] Alij: *Quum dies ultionis Iehouae, annus retributionum ob causam Tzisionis erit.* id est, propter Ecclesiam. Vlciscitur enim Deus hostes, & eis malum rependit, in gratiam Tzisionis, vt Ecclesiam suam ab illorum impressione seruet. Nonnulli: *Nam dies est ultionis Domino, annus repensionum ad iudicium Tzisionis.* vel *rixa cum Tzisione.* id est, eorum qui contenderint cum Ecclesia. quasi dicat. Veniet tempus, quum Dominus vlciscetur se de improbis, sumetque poenas de his, qui iniuste contenderint cum Ecclesia. Nos reddidimus: *Quia dies vindictae ipsi Iehouae: annus pacificationum liti, seu controuersiae Tzisionis.* id est, tempus, quo lites, controuersiae, iurgia, bella hostium contra Tzisionem pacificari & extinguere debeant. *ריב, lis, rixa, controuersia, contentio, causa iudicialis.* Hispanicus Interpres: *año de pagamentos en el pleito de Tzision.*

VERS. 9.

ET CONVERTENTVR TORRENTES EIVS IN PICEM. ] Pronomen eius, quod ter hoc versu ponitur, quidam non satis apte ad Tzisionem materialem referunt, quae tandem ob infidelitatem in Christum fuerat igne absumenda. Rectius alij, vel singulariter de regione seu prouincia Idumaeae, vel de terra improborum hostium Ecclesiae accipiunt: vnde

versum reddunt: *Itaque mutabuntur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur: eritque terra eius pro pice ardenti.* Altera pars narrationis, vt diximus in versum 2. de effectis Dei terrificis, quorum duo in vniuersum ponuntur capita: vnum fore terras incendio absumendas, duobus versibus; alterum fore horridas, desertas, & solitariis tantum bestiis habitabiles, quinque aliis sequentibus.

ET ERIT TERRA EIVS IN PICEM ARDENTEM. ] vel *pax ardens.* Exponunt quidam: id est, regio Idumaeorum tam sicca reddetur, vt ignem facile concipere possit potius quam semen, non aliter quam sulphur aut pax ardens.

IN SAECULA SAECULORVM. ] Hebr. in *victoriam victoriarum.* Alij: *in aternitatem aternitatum.* quod aternitas sit victoria temporis. vel *in perpetuitatem perpetuitatum.* hoc est, in omnem aternitatem, in perennem aternitatem. seu in omnimodam & perpetuam aternitatem, prorsus in sempiternum.

ONOCROTALVS. ] *קאח kaath*, alij, pelicanum, alij, plateam reddunt. vide Leu. 11. vers. 18.

ERICIVS. ] nos *cypselum* vertimus, vt supra cap. 14. v. 23. vide ibi.

IBIS. ] Nos *vespertilionem* diximus, vt Leuit. 11. v. 17. vide ibi.

ET EXTENDET VR SVPER EAM MENSURA, VT REDIGATVR IN NIHILVM. Alij: 1. & *extendet super eam funiculum inanitatis.* Est autem, inquit, in prophetis obseruandum, quod duplicem ponant funiculum, vnum ad aedificandum, alterum in malum ad destruendum, vt 2. Reg. 21. vers. 13. Lamentation. 2. vers. 7. & hic. 2. *Lineam desolationis, seu inordinationis.* id est, desolabit eam & euertet ad lineam, funiculum, & filum, hoc est, summo iudicio, & quam regulatissimè. Nonnulli tamen hic de funiculo aedificationis accipiunt. 3. & *extendet super eam lineam deformationis, seu inanitatis.* quasi dicat, architecti frustra laborabunt eam instaurare, & in ea aedes aedificare: quisquis instaurare conabitur, inaniter consumet operam: ita Deus materiam & rationem adimet aedificandi, & res aedificatas destruet, Malac. 1. vers. 4.

ET PERPENDICVLVM IN DESOLATIONEM. ] Hebr. & *lapides vacuitatis.* Pleque de materia aedificiorum accipiunt, quasi dicat, in vacuum ac frustra congerent lapides aedificio construendo. Alij, lapillos & ponduscula intelligunt, quae filo pendent, instrumentumque conficiunt, quo fabri lignarij, & cementarij vtuntur: est autem duplex, alterum quo iacentia aequabiliter iacere deprehendunt, aut inaequabiliter: alterum quo rectitudinem, vel tortuositatem murorum percipiunt. Nam Lapidem Hebraeis pro pondere sumi certum est, vt Deuteronom. 25. vers. 13. Prouerb. 20. vers. 10. 2. Samuel. 14. vers. 26. Leuit. 19. vers. 36. Zachar. 4. vers. 10. Hic de perpendiculo seu lapillo primi generis sumunt, quo iacentia complanantur: vnde reddunt: & *lapillos enacnationis.* id est, perpendiculo aedificia

VERS. 10.

VERS. 11.

ædificia solo complanabit, vt æqualis penitus sit area demoliti ædificij, euacuato prorsus seu destructo ædificio. Alij: & perpendiculara inanitatis. id est, inaniter & frustra adhibebit quisque perpendiculara instaurando ædificio, nunquam enim id fiet. Hispanicus Interpres: *T estenderse ha sobre ella cordel de nada, y niueles de vanidad.* id est, *sera assollada y desierta.*

**VERS. 12.** NOBILES EIUS NON ERUNT IBI, REGEM POTIVS INVOCABVNT. ] Alij ex Hebr. 1. *Principes eius, & non ibi ad regnum vocabunt.* 2. inuerso ordine: *Vocabunt principes illius ad regnum, & illic nulli erunt.* id est, etiam aliqui vocauerint principes illius ad regnum suscipiendum, nulli erunt, qui adire audeant, aut possint dignitatem regiam. 3. *Nobiles eius vocabunt, & non erit ibi regnum.* 4. *Nobiles eius absque regno ibi vocabuntur.* id est, adeo destruentur, vt nulli ibi sint futuri principes, nullum regnum. 5. *Principes clamabunt: Non est ibi regnum.* id est, alta voce dicent, nullum ibi futurum regnum, quia nulli erunt subditi. 6. *Clarissimos eius ad regnum vocabunt, sed nemo erit ibi.* id est, non poterunt instaurare regnum amissis regibus & principibus, hoc versu: neque domos suas de integro extruere, tribus sequentibus. verborum autem emploton quæ versu hoc Hebraicè inest, ad euidenciam ita transposuerunt. Hispanicus Interpres: *Lamaran asus principes, principes sin reyno.* חורין *chorin, clari, ingenui, candidati.* vide in Genes. 14. vers. 6.

ERVNT IN NIHILVM. *עפס ephes, defectus cessatio, terminus, finis, nihil, id est, deficient cessabunt, finientur, erunt nihil, non extabunt.*

**VERS. 13.** ET ORIENTVR IN DOMIBVS EIUS SPINÆ. ] Alij: *Et scandet palatia eius spina.* Distributiue, vnaquæque spinarum. 2. *Et succrescent in palatiis eius spina.* 3. *Et assurget in palatiis eius spinarum multitudo*

VRTICÆ. ] קמח *kimmofch, vrticæ speciem esse aiunt. Alij, paliurum: alij, carduum, vel chameleonem cardui speciem, vide Notas in Prouerb. 24. v. 31.*

ET PALIR.VS. ] חוא *choach, spinam fere omnes interpretantur: paucissimi, carduum. Alij, vepres, vel vepretum.*

ET ERIT CVBILE. ] Heb. *nomus, pascuum caulu, habitaculum.*

DRACONVM. ] חנימ *thannim, proptie est singulare, nam plurale est חנימים thanninim; sed plerique collectiue pro plurali capiunt: vide supra cap. 23. v. 22.*

STRUTHIONVM. ] Heb. *filiabus struthionis.* vide supra cap. 13. v. 21. Quidam hic reddunt *atrium volularum pullis.* חצר *chatzir* hic significare aiunt, locum superne apertum sub dio, in quo crescit fœnum, siue intra ciuitatem sit circa ædificia, siue in agro, nempe villam seu prædium, septo tantum circumdatum: vide in Genes 25. v. 15.

DÆMONIA. ] ציץ *Tzizim:* vide supra cap.

**VERS. 14.** 13. v. 21.

ONOCENTAVRIS. ] עין *ijim, formidabile, seu, terrificum animal.* vide supra cap. 13. v. 22.

ET PILOSVS. ] vide supra cap. 13. v. 21.

*Maluenda, lib. Isaia.*

IBI CVBAVIT LAMIA. ] verbo *צבא ragabh* contraria significata adscribunt, subito commoueri, & concitari: & quiescere, quod significatum plerique hic potius probant, ex sequente nomine: vnde reddunt: *quin etiam ibi quiescit, vel requiem sibi qua fuit:* nam verbum est ex Hiphil. Quidam veruntamen ibi *resoluita est.* Alij, *tantum ibi residet.* Nonnulli: *quin riguit, obriguit, ibi,* id est, rigorem & furorem seu seuitatem suam exercuit. Possit retineri prior significatus: *veruntamen ibi concitata est.* Nam fera animalia facile in iram concitantur.

LAMIA. ] לילית *lilith, semel hic tantum in Scriptura legitur: à nocte nomen habere non est dubium: aiunt esse noctuam vel nycticoracem seu nocturnum quoddam animal, quod noctu versatur & vlulat. Alij, lamiam, seu strigem, vel furiam, aut nocturnum demonium esse malum. Doctores Hebræorum sic vocant demonem, aut larem familiarem, Lemures, & huiusmodi spectra noctu maxime terrorem afferentia, vide de lilith portentosa apud Eliam in Thilbi, & Pentaglotton Schindleri. Fiuolum est, quod nonnulli Hebræorum somniant esse chameleonem animal quod vento viuit. Hispanicæ vetustæ ex Hebræo Translationes, cuculum reddunt. De strigibus Plinius lib. 11. cap. 29. extremo: [ *Fabulosum enim arbitror de strigibus vbera eas infantium labris immulgere: esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit, sed qua sit animum, constare non arbitror.* ] Sed esse aues fabulosas poetis celebratas constat: Lucanus 6. Phalariz.*

*Quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur.*

Eas describit Ouidius 6. Fastorum: & Srenus capitè de pueris Dentientibus &c.

Lamias vero tradunt esse fabulosas quædam feras, Libycas, quas in hunc modum describit Dion Chrysostomus Oratione 5. quæ in scribitur Fabulæ Lybicæ: [ *Natura autem corporis ipsarum & forma talis est: facies est muliebris, & qualis speciosissima mulieris esse potest: mamilla autem & pectora & colla pulcherrima. qualia nulla virgo mortalis habere possit, neque adulta Nympha, neque fingens, neque pingens quisquam possit exprimere. Cutis niior clarissimus est, & hilaritas ex oculis, & desiderium animis incidit simul ac eas quis aspexerit. Reliquum autem corpus durum & infractum squamis & omne, quod deorsum vergit, serpens est. Extremam autem caput serpentis, valde impudens. Ipsa autem bestia non dicuntur nasci alata, quemadmodum sphinges neque colloqui posse, vt illa, neque aliam emittere vocem: sed sibilare tantum, vt dracones acutissime. Esse autem omnium pedestrium vel ocissimas, vt nemo fere queat eas effugere: & alia quidem animalia robore vincere, hominem autem deceptione, ostendentes pectora & papillas, simulque aspicientes. Incantare autem & uehementes eas coitus iniicere desiderium: & nonnullos accedere ad eas tanquam ad mulieres: illas autem subsistere quiete, & sepe in terram oculos deicere, inuitantes mulierem honestam. Propinquum autem iam factum corripere. Habere*

& belluinas manus, quas abscondant interea. Serpens igitur confestim mordens, occidit veneno: cadaver autem deuorant simul & serpens, & altera bestia. ] Hæc Dion. Philostratus lib. 4. vitæ Apollonij, cap. 8. [Bona hæc sponsa una est ex empusis, quas lamias, & mormolycias, id est, Lemures, laruas, spectra, multi appellant.] Hinc factum est, vt veneficas mulierculas, quæ infantes exugunt & interficiunt, Striges & lamias vocent, Hispanicè Bruxas, sic Apuleius duas sagas seu veneficas, lamias appellat, lib. 1. Asini. De lamiis vide Appendicem Theauri Henriciani, colum. 1344. & 1345.

ERICIVS. ] קִיפּוֹז kippoz notant eiusdem esse significationis cum קִיפּוּד kippud, quod cypselum vertimus supra vers. 11. quod littera Daleth, & zaiin sint affines & commutabiles, præsertim quum Hæbræa transeunt in Chaldæa: nam Chaldæus hîc habet קִיפּוּד koppedah. Buxtorfius kippoz putat esse merulam, auem, quæ saltuarim incedit, à verbo קִיפּוּ kaphaz, quod Rabbinis & Chaldæis. est subsilire. Sequutus est Tremellium & Iunium, qui hîc exponunt: Ibi nidificabit merula, auis solitaria (vnde merulam dictam volunt grammatici, quod mera volet) assultim incedens, qui saliendi vsus apud Hebræos aui nomen dedit. Nonnulli vulturem. Alij testudinem. Hispanicus Interpres, cuculum, interpretantur.

ET ENVTRIVIT CATVLOS. ] Verbum מָלַט malat, varie reddunt: & euadere-fecit. 2. & projecit. scilicet fœtum, vt infra cap. 66. v. 7. 3. & posuit. oua. 4. & eripuit. id est, peperit oua. 5. & conseruauit partum. 6. & edidit oua sua. Hispanicus Interpres: conseruara sus buenos.

ET CIRCVMFODIT. ] Heb. & discedet. vel diffindet dissecat. Alij: 5. rumpetque oua: id est, ruptis ouis excludet fœtum.

ET FOVIT IN VMBRA EIVS. ] Forsterus: & perfodiet in umbra eius, id est, pariet oua. Duo hæc verba idem Forsterus ita exponit: & excludet vbi incubauit in umbra eius. Vel potius sua. Nam affixum est fœmineum, & referendum ad קִיפּוֹז, quod est fœmineum, Pagninus: & scindet oua postquam collegerit in umbra eius. Vel sua, id est, excludet pullos postquam oua fouerit umbra sua. Varablus: & franget oua sua, vbi fouerit illa in umbra sua, id est, ruptis ouis postquam ea fouerit, excludet pullos suos. Leo Iudas: in umbra sua fouebit oua, & excludet. Auenarius & excludet & colliget, seu congregabit pullos, sub umbra sua. Tremellius & Iunius: quumque eruperit, id est, exclusa fuerit pullities, quæ per ellipsin hoc loco intelligitur: colliget ad vmbra suam, id est, fouebit & incubabit, alis vel corpore. Hispanicus Interpres: y saccara sus pollos, y luntarlos ha debaxo de sus alas.

MILVI. ] מִלְוִי dajioth, milui, seu vultur-

aquila. Vide in Deuteronom. 14. & Leu. 11. vers. 14.

REQUIRE DILIGENTER IN LIBRO DOMINI. ] Alij ex Heb. Quarite ex libro lebona. vel consilite, sciscitami, ex libro lebona. Confirmatio superiorum denuntiationum ab euentu, quo veritatem sermonum suorum examinandam & probandam Deus exhibet, vt Deuteron. 18. v. 22.

Ex libro lebona. id est, libro prophetiarum, quas Iehoua edit per prophetas suos actos ipsius spiritu.

ALTER ALTERVM NON QVÆSIVIT. ] Verbum פָּקַד pakad ponitur hîc in præterito plurali Kal. quod tamen volunt habere significationem intransitiuam, vt in Niphal, quod sane est præter morem: vnde variè reddunt: 1. mulier cum socia sua non deficient. 2. mulier socia sua non desiderata sunt. 3. vnumquodque cum socio suo non defuerunt. 4. vnum cum sodali suo non deuistabantur, siue derecensebantur. id est, deerant, seu nulla defuerunt. Alij verò transitiuam significationem retinent. 5. alterum, alterum, vel vnum alterum non visitauerunt, vel requisierunt, aut desiderauerunt. Hoc quidam accipiunt de animalibus supra commemoratis: alij rectius de his, quæ scripta sunt in libro IHVH.

QVIA QVOD EX ORE MEO PROCEdit, ILLE MANDAVIT. ] Heb. quia os meum ipsum præcepit. ipsum, potest jungi cum os meum, ipsum os meum, vel cum præcepit, os meum præcepit istud. Alij: quia os meum. id est, quod dico metonymia: ipse præcepit. Quidam: nam quod dico ipse præcipit. id est, dixi, & præstabit dictum verbo suo potentissimo.

EL SPIRITVS EIVS IPSE CONGREGAVIT EA. ] Rectius vertes: & spiritu suo ipse congregauit ea. Nam ipse non recte coheret cum spiritu qui est fœmineum: sed cum Iehouah, id est, ipse. Iehouah spiritu suo seu potenti iussu, impulsu: in statu congregabit ea animalia, vt vers. 15.

ET IPSIE MSIT EIS SORTEM, & C. ] Quidam ita hunc versum ex Heb. reddunt: Nam quum proiecerit illis sortem, & manu sua distribuierit illis ad amissim vsque in sæculum hereditario iure possidebunt illam, per generationem quamque habitabunt in illa, id est, ex quo semel Deus regiones istas feris habitandas assignauerit, nunquam desinet maledictio eis regionibus pronuntiata: assignationem autem propheta figurat duobus modis, sorte & funibus, qui modi tunc in vsu erant: vt terra tribubus, sorte, & agri funibus in familias distributi sunt, Numer. 26. v. 55. & Iosue 18.


IN MENSVRAM. ] בָּקָר bakau in linea, funiculo, filo, regula, amissi. vt solent scilicet distribui possessiones: Vide Psalm. 15. vers. 5.



CAPVT XXV.

De futura consolatione, letitia, securitate, & felicitate perpetua eorum qui in Christum sunt credituri.

Vulg.

**I**  Etabitur deserta & in-  
usa, & exultabit solitudo,  
& florebit quasi lilium.

2 *Germinans, germinabit, & exulta-  
bit letabunda & laudans: gloria Liba-  
Carni data est ei: decor meli, & Saron,  
ipsi videbunt gloriam Domini, & deco-  
rem Dei nostri.*

3 *Confortate manus dissolutas, & ge-  
nua debilia roborate.*

4 *Dicite pusillanimis: Confortamini,  
& nolite timere: ecce Deus vester ultio-  
nem adducet retributionis: Deus ipse ve-  
niet, & saluabit vos.*

5 *Cunc aperientur oculi eorum &  
aures surdorum patebunt.*

6 *Tunc saliet sicut ceruus claudus, &  
& aperta erit lingua mutorum: quia  
scissa sunt in deserto aqua, & torren-  
tes in solitudine.*


7 *Et qua erat arida, erit in stagnum,  
& sitiens in fontes aquarum. In cubili-  
bus, in quibus prius dracones habitabant,  
oriatur viror calami & iunci.*

8 *Et erit ibi semita & via, & via  
sancta vocabitur: non transibit per eam  
pollutus, & hac erit vobis directa via, ita  
ut stulti non errent per eam.*

9 *Non erit ibi leo, & mala bestia non  
ascendet per eam, nec inuenietur ibi: &  
ambulabunt qui liberati fuerint.*

10 *Et redempti a Domino conuertentur,  
& venient in Sion cum laude: &  
letitia sempiterna super caput eorum:  
gaudium & letitiam obtinebunt, & fu-  
giet dolor & gemitus.*

Malu.

**I**  Audebunt desertum,  
& siccitas: & <sup>a</sup> exulta-  
uit campestris, & <sup>b</sup> ef-  
floruit sicut rosa

2 Efflorescere efflo-  
rescet, & exultauit etiam exultatione  
& gratulatorie-acclamare; <sup>c</sup> grauitas  
Libani data-fuit ei; <sup>d</sup> decor Carmeli &  
Saronis: ipsi videbunt grauitatem  
IHVH, decorem ELOHIM nostri.

3 Obtinete manus remissas, & ge-  
nua impingetia surrigite.

4 Dicite festinatis cordis: Obtinete,  
non timebitis, ecce ELOHIM vester,  
vindicta veniet, retributio ELOHIM:  
ipse veniet, <sup>e</sup> & saluauit vos.

5 Tunc aperientur oculi eorum;  
& aures surdorum aperientur.

6 Tunc <sup>f</sup> transiliet sicut ceruus &  
trasaltator; & gratulatorie-acclamauit  
lingua muti: quia discissae fuerunt in  
deserto aquae, & torrentes in campe-  
stri.

7 Et erit aductio <sup>h</sup> stagno, & sicis <sup>i</sup>  
scaturiginibus aquarum: in nomo dra-  
conis accubitus eius atrium cannae &  
iunco.

8 Et erit ibi strata & via, & via san-  
ctitatis vocabitur eis: non transibit eam  
taminatus, & haec eis: ambulans via, &  
<sup>k</sup> ar deliones non errabant.

9 Non erit ibi leo, & irruptor fera-  
rum nequaquam ascendet eam; non in-  
uenietur ibi: & ambulabunt redempti.

10 Et redemptiones IHVH reuertentur,  
& venient Tziionem in acclama-  
tione-gratulatoria; & letitia <sup>l</sup> aeternita-  
tis super caput eorum: gaudium & lae-  
titiā <sup>m</sup> attingent; & fugient <sup>n</sup> mæror  
& <sup>o</sup> gemitus.

<sup>a</sup> gemitus  
gaudio, tibi-  
pudauit.  
sic v. 2.

<sup>b</sup> germina-  
uit, pulluta-  
uit, gemmas  
uit sic v. 2.

<sup>c</sup> gloria ho-  
no: splendor,  
claritas, digni-  
tatis, excel-  
lencia, ma-  
jestas. sic  
statis.

<sup>d</sup> ornatus,  
magnificen-  
tia. vi mox


<sup>e</sup> vt saluet

<sup>f</sup> saluabit  
& transiliet  
tor, claudus,

<sup>h</sup> id est in  
stagnum  
<sup>i</sup> id est in  
scaturigas

<sup>k</sup> vide Iob 4  
v. 2.

<sup>l</sup> aeterni, scilicet  
culi olim  
<sup>m</sup> appre-  
hendent,  
assequentur  
<sup>n</sup> dolor, an-  
gor  
<sup>o</sup> suspirium



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



**L**ÆTABITVR. ] *לעשב* *iesusum*. Plerique Hebræorum volunt Mem hic esse affixum, Gaudebunt ea. vel gaudebunt in eis. vel cum eis. Alij notant irregulariter scriptum pro IESVSVM cum Nun paragogico, ad indicandam magnitudinem & exuberantiam gaudij. Quidam reddunt: *Lætatur de his*. nempe, cum liberatione bonorum, cap. 33. tum iudicii in hostes Ecclesiæ, cap. 34. Notant hoc capite esse conclusionem totius concionis, vt dictum est supra cap. 33. vers. 1. qua propheta partim hyperbolicis orationibus, partim pariter atque simplicibus præstantiam illius regni explicat, quod consummatur in Christo. Sunt autem hyperbolæ duorum generum: prius est de rebus creatis rationis expertibus; posterius de hominibus. Cæteris rebus creatis tribuuntur duo hyperbolicè: vnum est sensus cum effectis suis; alterum est sermo ad homines habitus, quatuor versibus primis: q. d. gestient quodammodo omnia, & gloriam Dei prædicabunt in Christo.

**DESERTA.** ] Hebr. *desertum*. id est, etiam loca, quæ videntur omnium ineptissima, vt frequentibus.

**ET IN VIA.** ] Hebr. *& siccitas*, vel *siccum*. Quidam: *& solitarius locus*.

**VT LILIVM.** ] Alij: *tanquam rosa*. *חבצלת* *chabetzeteleth*, vide Canticor. 2. v. 1.

VERS. 2.

**GERMINANS GERMINABIT.** ] Hebr. *Florendo florebit*. id est, abundantissime florebit. Alij: 1. *Magis ac magis florebit*. 2. *Florebit amœnissime*.

**ET EXULTABIT LÆTABVNDATA ET LAUDANS.** ] Alij ex Hebr. 1. *& exultabit etiam exultatione & orando seu laudando*. 2. *& exultabit etiam exultatione sua, & cantu*. 3. *exultabit magis ac magis atque iubilabit*.

**GLORIA LIBANI DATA EST EI.** ] id est, replebitur pulcherrimis & procerissimis cedris, aliisque præstantissimis arboribus.

**DECOR CARMELI.** ] Quidam: *decor arui*. vt supra cap. 33. v. 9.

**ET SARON.** ] vide ibidem.

**IPSI VIDEBUNT, &c.** ] Aliqui reddunt: *ista*, nempe desertum, siccitas, & campestris, videbunt gloriam lebonæ in Christo, & decorem Dei nostri. id est, Christi, qui est Deus noster: & dicent.

VERS. 3.

**CONFORTATE MANVS DISSOLVTAS.** ] Hebr. *Obrinete, fortificate, corroborate, confirmate, valide-apprehendite, manus remissas. seu languidas*. Sic versu sequente.

**ET GENVA DEBILIA.** ] *כושלות* *chosheleth*, omnia ista complectitur, *labantia, nutantia, impingentia, offendentia, offensa, labentia, corruentia*.

**ROBORATE.** ] proprie, *surrigite: erigite: strenua-facite: confirmate*. Quidam hunc ver-

sum ita exponunt: *confirmate manus remissas, & genua labantia fortificate*. id est, alij alios docete, iubete bono animo esse, & salutari-bus monitis adiuuate: metaphoræ, vt Iob 4. vers. 3. & 4. quæ versu sequente exponuntur.

**DICITE PVSILLANIMIS.** ] Hebr. *Dicite festinis, acceleratis, præcipitibus corde*. Quidam: *in consideratis*. id est, leuibus, & inconstantibus animo; vel pusillanimis, & qui facile terrentur & commouentur ad desperationem in tribulatione, non considerantes promissiones Dei. Vide supra cap. 32. vers. 4. vel *festinis corde*. id est, quibus cor palpitat, quod meticulosorum est.

**ECCE DEVS VESTER, &c.** ] Alij hoc hemistichium ita conuertunt: 1. *ecce Deus noster cum ultione veniet, cum retributione Dei: ipse veniet, & saluos faciet vos*. 2. *ecce Deus vester, ultio ad venit, retributio Dei; ipse aduenit seruaturus vos*. id est, quum venerit sumet pœnas de improbis, & iustis bona re-pendet, *retributio Dei*. potest exponi. id est, magna & copiosa, vt nomen Dei solet adiungi ad incrementum sententiæ, vt Genes. 1. vers. 1.

**TUNC APERIENTVR OCULI CÆCORVM.** ] Alij: *Tunc aperient se oculi cæcorum, &c.* alterum genus hyperboles: quod tamen ex parte, quoties visum est, in corporibus præstabat Christus, & in animis suorum quotidie præstat.

**CÆCORVM.** ] vt Matth. 9. vers. 27. & 11. vers. 5. & 12. v. 21. & 20. v. 30. & 21. v. 14. & Ioann. 9.

**ET AVRES SVRDORVM PATEBUNT.** ] vel *patescent*, aut *aperientur*. vt Matth. 11. v. 5. Marci 7. v. 32.

**TUNC SALIET SICVT CERVVS, CLAVDVS.** ] vel *tunc saliet claudus velut ceruus*. vt Matth. 11. v. 5. & 15. v. 30. & 21. v. 14. Ioann. 5. & Actor. 3. vers. 2. & 8. vers. 7. & 14. vers. 8.

**ET APERTA ERIT LINGVA MVTORVM.** ] Hebr. *& laudabit, predicabit, ouabit, iubilabit, præconia-dicet, cantabit, gratulatorie-acclamabit lingua muti*. Matth. 9. vers. 32. & 12. v. 22. & 15. v. 30.

**QVIA SCISSÆ SVNT IN DESERTO AQVÆ.** ] Hebr. *quia discissa, diffissa, dissectæ sunt*, vel *disciderunt-se, eruperunt in deserto aquæ, &c.* id est, tunc terra affatim donis spiritus Sancti perfundetur & affluet. Quidam præcedentibus iungunt, ac reddunt: *& cantabit lingua muti, erupisse in deserto aquas, & torrentes in solitudine*. Argumenta cantus fidelium, omnia instaurata & restituta esse in Christo: quod figurate hoc & sequente versu exponitur.

**ET QVÆ ERAT ARIDA.** ] Nomen substantiuum *שרב* *scharab*, variè exponunt: *& erit adustio, æstus, torridus, aridus locus*, proprie ex calore solis.

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

IN CUBILIBVS, IN QUIBUS PRIVS HABITABANT DRACONES, ORIETVR VIROR CALAMI ET IVNCI.] Variè alij ex Hebr. 1. in habitaculo draconum, in accubitu seu cubili eius, locus erit calamo & iunco. id est, loca prius arida, quibus gaudent dracones, erunt humida: iunci enim & arundines humida loca amant. Sed affixum eius cum sit fœmineum non rectè aptari potest draconi, qui est masculinum. 2. in pascuo draconum, cubile eius, fœnum pro arundine & iunco. 3. in pascuo, in quo cubant dracones, fœnum pro arundine & iunco. id est, erit fœnum loco arundinis & iunci. 4. in habitaculo draconum accubitus eius, atrium calamo & iunco. Mihi difficultatem ingerit, quò referendum sit pronomen illud fœmineum, eius. fortalsè ad draconem fœminam, quæ magis delidere videtur in cubili propter educationem catulorum: forte ad Ecclesiam per ellipsin, quæ inter feras & barbaras gentes fundata est. Leo Iudas hunc versum ita exposuit: Redigeturque torrida terra in stagnum, & terra situculosa in scaturiginem aquarum: in eo domicilio, ubi dracones cubabant, erit herba virens calami & iunci. Tremellius & Iunius: Abiisse torridum locum in stagnum, & situculosum in scaturigines aquarum: in caula draconum, cubili cuiusque: id est, in locis etiam abditissimis & incultissimis: sic accipiendum esse hunc locum Hebraicæ distinctiones docent: gramen esse cum arundine & iunco. id est, locum qui fuerat aridissimus (qualem dracones expetunt) vli-ginosum effectum esse.

VIROR CALAMI ET IVNCI.] חציר chatzir hîc plerique cum Nostro pro herba-virente, fœno, gramine, accipiunt. Alij, pro atrio, siue loco, corte, villa, prædio, ubi crescit fœnum, vel gramen, vt supra cap. 34. vers. 13. nam fœni vel graminis, aut herbæ significatio non ita huic loco quadrare videtur.

VERS. 8.

ET ERIT IBI.] scilicet, in Ecclesia, obseruant, esse secundam partem conclusionis, qua cum Ecclesiæ accessus, duobus versibus; tum fructus, versu ultimo exponuntur: sumpta allegoria à constitutione prisca illius Ecclesiæ quæ erat Tzijone.

SEMITA ET VIA.] Hebr. strata publica, regia, vt supra cap. II. vers. 16. & via. Hispanicè, calçada y camino. Quidam: agger & via. id est, aggesta & excelsa via: hypallage, siue potius figura endiadis, vt grammatici vocant, qua sæpe Virgilius vtitur.

NON TRANSIBIT PER EAM POLLVTVS.] id est, infidelis, aut sceleratus vltus.

ET HÆC ERIT VOBIS DIRECTA VIA, &c.] Alij ex Hebr. 1. & ea erit illis, qui ambulat per vias, & stulti non errabunt: quasi dicat, tam certa erit via, quæ per Christum ad Deum ducet, vt etiam viarum impe-

riti errare non possint. Periti itinerum & imperiti eam viam ingressi, non errabunt. 2. & ipse cum eis incedens in via, vt stulti non possint errare. q. d. præbit suis. 3. & hæc erit ipsis: tam assuetus ambulare per viam, quam stultus non errabunt in ea. 4. & hæc erit ipsis: ambulans per viam, & stulti non errabunt in ea. 5. sed erit istorum: nimirum, quorum oculi & aures aperta, crura correctæ, & linguæ explicata fuerint beneficio Christi, ad prædicandum Deum; id est, quos ille vindicauerit atque redemerit, vt sequentia docent: Viator, nec stulti quidem poterunt deerrare. Hispanicus Interpres: y aura para ellos en el scilicet, camino, quien vaya camino, de tal manera que los insensatos no Terren. id est, siempre aura compañía, sera camino muy cursado.

NON ERIT IBI LEO.] id est, inimicus vllus Dei aut Ecclesiæ damnosus. VERS. 9.

ET MALA BESTIA.] Variè alij ex Hebr. 1. & ladens inter bestias. 2. & violenta ferarum. seu & violenta, seu saua vlla fera. 3. & effractor ferarum. 4. neque irruptio ferarum. Proprie, & raptor, irruptor-violentus, latro ferarum. id est, quæquæ ex violentissimis feris.

ET AMBVLABVNT QUI LIBERATI FVERINT.] Hebr. & ambulabunt redempti. Alij: 1. incedent autem per eam redempti. 2. Sed redempti in ea proficiscuntur. 3. sed ambulabunt ea vindicati, seu asserti.

ET REDEMPTI A DOMINO CONVERTENTVR.] Hebr. potest esse Pahul, & redempti, liberati Iehouæ. & potest esse nomen substantiuum, & redemptiones, id est, redempti, Iehouæ. quod abstractum maiorem vim habet; reuertentur. VERS. 10.

ET VENIENT IN SION.] Alij: peruenientque Tzijonem. id est, recipientur in Ecclesiam & ingredientur in ea.

CVM LAVDE.] ברנה berinnah, in-ouatione, iubilo, præconio. Quidam: cum cantu seu acclamatione-gratulatoria. vt solebant, qui festis anniuertariis proficiscerantur Ieruschalaima, vt annotauimus supra cap. 30. vers. 19.

ET LÆTITIA SEMPITERNA SUPER CAPVT FORVM.] Alij: & lætitia perpetua super caput suum. ac proinde illam prisca Ecclesiæ lætitiâ, quæ tantum temporaria fuit, modis omnibus superante super caput suum. id est, quæ totos perfundat, ac etiam super caput exuberet: vel quæ eos ceu diademâ & coronamentum exornet.

ET FVGIET DOLOR ET GEMITVS.] Hebr. fugientque moror & gemitus. id est, & quidem constantissimum assequentur gaudium, nulloque pacto mutabile. Vide hunc eundem versum infra cap. 51. v. 11.

## CAPVT XXXVI.

Sennacherib captis ciuitatibus Iudæ munitis, mittit Rabsacen ad capiendam Ierusalem, qui variis in Ezechiam iactatis conuitiis & blasphemis in Deum Ierosolymitas ad deditiōem exhortatur.

Vulg.

Malu.

4. Reg. 18.  
c. 13.  
2. Par. 32.  
a. 1.



**F**actum est in quatuordecimo anno regis Ezechia, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iudæ munitas, & cepit eas.

1 Et cepit eas.

2 Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aqueductu piscine superioris in via agri fullois.

3 Et egressus est ad eum Eliakim filius Heleia, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioabe filius Asaph à commentariis.

4 Et dixit ad eos Rabsaces: Dicit Ezechia: Hac dicit rex magnus, rex Assyriorum: Qua est ista fiducia, qua confidis.

5 Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?

6 Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharaon rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo.

7 Quid si responderis mihi: in Domino Deo nostro confidimus; nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ, & Ierusalem: Coram altari isto adorabitis?

8 Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia equorum. nec poteris ex te prabere ascensores eorum.

9 Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnus loci ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Ægypto, in quadrigis, & in equitibus: &



**F**uit in quatuordecimo anno regi Chizkiahu descendit Sennacherib rex Assur super omnes vrbes Iudæ munitas, & cepit eas.

2 Et misit rex Assur Rabsaceh de Lachis in Ierusalaim, ad regem Chizkiahu in strenuitate graui: & stetit in ascensione piscine superioris, in strata-uia agri lauantis.

3 Et exiuit ad eum Eliakim filius Chizkiahu, qui super domum: & Sebna numerans, & Ioach filius Asaph recordari-faciens.

4 Et dixit ad eos Rabsaceh: Dicit, obsecro, ad Chizkiahu: Sic dixit rex grandis rex Assur: Quid confidentia ista, qua confisus fuisti?

5 Dixi, veruntamen verbum labiorum; consilium & præalescentia cæioni: nunc super quem confisus fuisti, quia defecisti in me?

6 Ecce confisus fuisti super sustentaculum cannæ concussum istud, super Ægyptum, quod sustinebitur vir super illud, & veniet in vola eius, & excauabit eam: sic Pharghoh rex Ægypti omnibus confidentibus super eum.

7 Et quia dices ad me: Ad I H V H ELOHIM nostrum confisi fuimus: an non ipse cuius discedere fecit Chizkiahu excelsa eius, & altaria eius; & dixit Iehudah & Ierusalaim: Facies altaris istius procumbere - vos facietis.

8 Et nunc miscere-te-fac, obsecro, ad sustentatorem meum regem Assur: & dabo tibi duo mille equos, si poteris ad dare tibi vehentes super eos.

9 Et quomodo reuertere-facies præsidis vnus seruorum sustentatoris mei paruorum: & confisus fuisti tibi super Ægyptum, currui & equitibus?

a Assyria, sic deinceps.

b prehendi-

c virtute, robore, copijs, exercitu

d multo, nu-

merofo

e ascensu,

gradus, qua-

ductu, can-

nali

fisteria,

nataria

g aggere,

via, regia,

actu

h lotoris

condidato-

ris, fullonis

i præerat

domui, præ-

fectus

domui

x notarius,

scriba: vide

in 2. Samuel.

8. v. 17

l vide in 2.

Samuel. 8.

v. 16.

m eoge, eja

jam, nunc

n fortitudo,

potentia

o ad bellum,

prælium,

pugnam

p rebellam

uisti, descis

uisti

q baculum,

fulcrum,

scipionem

r conuassa-

tum, contri-

tū, collisum

s sustentabi-

tur, falcie-

tur, nitetur

t cauitate.

palma,

manu

u transiget,

perforabit

x datini.

y vt v. 4

z columen,

herum, do-

minum

a equitates,

infidentes,

seffores

b ducis: vide

in 1. Reg. 10.

v. 15.

c vt v. 8.

d curatura.

vel propter

curas &

equites, sen

pro curribus

& equicibus

10 nunc numquid sine Domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperse eam.

11 Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioabe ad Rabfacem: Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui est super murum.

12 Et dixit ad eos Rabfacer: Numquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, ut loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros, qui sedent in muro; ut comedant stercorem suum, & bibant urinam pedum suorum vobiscum.

13 Et stetit Rabfacer, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

14 Hac dicit rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos.

15 Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum.

16 Nolite audire Ezechiam: hac enim dicit rex Assyriorum. Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam: & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ.

17 donec veniam, & tollam vos ad terram, qua est ut terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.

18 Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum?

19 Vbi est deus Emath, & Arphad? vbi est deus Sepharuaim? numquid liberauerunt Samariam de manu mea?

20 Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea ut eruat Dominus Ierusalem de manu mea?

21 Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim rex, dicens, Ne respondeatis ei.

22 Et ingressus est Eliacim filius Helcia, qui erat super domum, & Sobna scriba: & Ioabe filius Asaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabfacis.

10 Et nunc an de nequaquam vsque ad Ierusalem ascendi super terram istam ad funditus perdere eam: Ierusalem dixit ad me: Ascende ad terram istam, & funditus perde eam.

11 Et dixit Eliakim, & Sebna, & Ioach ad Rabfacer: Loquere, obsecro, ad seruos tuos Aramicè, quia & audientes nos: & non loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui super murum.

12 Et dixit Rabfacer: An ad sustentatores tuos, & ad te misit me sustentator meus ad loqui verba ista? an non super homines habitantes super murum, ad comedere foramina sua, & ad bibere urinas suas vobiscum?

13 Et stetit Rabfacer, & vocauit in voce grandi Iudaicè: & dixit, Audite verba regis grandis, regis Asur.

14 Sic dixit rex: Non seducet vobis Chizkiahu, quia non poterit ad eripere vos.

15 Et non confidere faciet vos Chizkiahu ad Ierusalem, ad dicere: Eripere eripiet nos Ierusalem: non dabitur vrbs ista in manu regis Asur.

16 Non audietis ad Chizkiahu: quia sic dixit rex Asur: Facite ad me benedictionem, & exite ad me; & comedetis vir vitem suam, & vir ficum suam; & bibetis vir aquas cisternæ suæ.

17 Vsque ad venire meum, & accipiam vos ad terram secundum terram vestram: terram frumenti, & musti, terram panis, & vinearum.

18 Ne quando eleuabit Chizkiahu, ad dicere: Ierusalem eripiet nos: an eripuerunt dii gentium vir terram suam de manu regis Asur?

19 Vbi dii Chamath, & Arphad? vbi dii Sepharuaim? & quia eripuerunt Someron de manu mea?

20 Quis in omnibus diis terrarum istarum, qui eripuerunt terram suam de manu mea? quia eripiet Ierusalem Ierusalem de manu mea?

21 Et cessauerunt, & non responderunt ad eum verbum: quia præceptum regis ipsum, ad dicere: Non respondebitis.

22 Et venit Eliakim filius Chizkiahu, qui super domum, & Sebna numerans, & Ioach filius Asaph recordari faciens ad Chizkiahu disrupti vestimentorum, & annuntiauerunt ei verba Rabfacis.

neutiquam non omnino

f Syriacè g percipientes, intelligentes, calentes

h audientè populo i ut v. 8. sic mox.

k miseriosos istos mortales

l sedentes, mandentes m stercorem, excrementa: metonymia

n micturas, lotia o clamauit p decipiet imponet: vide Genes 3. v. 13.

q eruere, liberare: sic postea: r ut v. 14.

certissime, omnino eripiet

s quisque e fructum vitis suæ: metonymia.


u foueæ, putei x me

y sicut, similem terræ vestræ

z vini noui, recentis a incitabit: vide 2. Sam. 24. v. 1.

b siluerunt, tacuerunt

c ut v. 30. d ut v. 30. e ut v. 30.



## COMMENTARIA.

VERS. 1.



T FACTVM EST IN QUARTO-DECIMO ANNO, &c. ] Notant, hoc caput, & tria sequentia in hunc locum inserta esse ex 2. libro Regum, non tantum ad lucem superioribus prophetiis inferendam, vt à Isaiâ conscripta sunt; verum quia commodè ad proxime præcedentis prophetiæ interpretationem pertinent. Nam hac historia gesta, & mirifica liberatione accepta diuinitus, occasio prophetæ data est prophetandi de regno Christi, & ex gloria Ezechia ac totius regni, amplificandi gloriam Christi & Ecclesiæ, quæ tribus præcedentibus capitibus fuit explicata. Sunt autem omnino eodem argumento, & prope eisdem verbis cum his quæ 2. Reg. sunt descripta: vnde Com. inde accipienda sunt.

VERS. 2.

AVT QVO CONSILIO VET FORTITVDINE REBELLARE DISPONIS? ] Hoc hemistichium nos ex Heb. verbatim reddimus: alij: 1. Dixi, fortassis verbum labiorum, consilium & fortitudo ad bellum? q. d. dux: Ego apud me dicebam, essentne verba, quæ ore exeunt, &

in aëra euanescent, consilium, & fortitudo ad bellum gerendum: (his enim duobus optime bellum geritur) quod si verba sunt fortitudo & consilium, bene res vestrae habent; nam non vobis desunt: dicitis enim magnifica verba, quod Iehoua liberabit vos, quod Ægyptus aderit vobis, &c. at si nihil minus est consilium & fortitudo, quam verba; vosque nihil aliud quam verba habetis; quæ est vestra fiducia? 2. Puto sane verbum labiorum est fiducia tua: sed consilium & robur necessarium est. Ita, inquit, existimo apud me, te collocere fiduciam in oratione: sed falleris: nam ad bellum consilio & viribus opus est, non oratione. verbum labiorum, precationem vocat, quod oratio fiat motu labiorum. 3. Dixero (veruntamen verba futilia) adesse consilium & fortitudinem ad bellum. Concessio ironica. q. d. Vt dem te virum esse valentem valentem consilio & fortitudine, certum est tamen te vnum nihil præstare contra regem tam potentem posse. Hinc conficitur altera pars orationis; cui ergo confidis? an Ægyptio? an Deo? sequentibus.

## CAPVT XXXVII.

Consternatus Ezechias propter blasphemias tum Rabfacis tum Sennacherib, mittit ad Isaiam vt Dominum deprecetur, qui ipsum confortans diuinum promittit auxilium & caso per Angelum exercitu Sennacherib, etiam ipse à filiis suis interimitur.

Vulg.

1



T factum est, cum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini.

2 Et misit Eliacim, qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus, opertos saccis, ad Isaiam filium Amos prophetam,

3 & dixerunt ad eum: Hac dicit Ezechias: dies tribulationis, & correptionis, & blasphemie, dies hæc: quia venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendo.

4 Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabfacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Deum viuentem, & exprobrandum

Malu.



T fuit secundum audire rex Ghizkiahu, & dirupit vestimenta sua; & cooperire-se - fecit in sacco, & venit domum IHVH.

2 Et misit Eliakim, qui super domum, & Sebna numerantem, & senes sacerdotum, cooperire-se-facientes in saccis ad Iesaghiahu filium Amotz prophetam.

3 Et dixerunt ad eum: Sic dixit Chizkiahu: dies coangustationis, & argutionis, & incessionis dies ista: quia venerunt filij vsque ad fracturam, & virtus non partui.

4 Si forsan audiet IHVH ELOHIM tuus verba Rabfakch, quem misit cum rex Assur sustentatores eius, ad perfodere ELOHIM viuentem; & arguet in verbis,

a discidium  
b laceravit  
c cilicio  
d præerat-  
e domui, præ-  
fectum do-  
mus  
d vt cap. 36.  
v. 30  
e coarctationis, con-  
clusionis,  
constric-  
tionis  
f oburgationis, casti-  
gationis  
g in secta-  
tionis  
h vis, robur  
i ad Parere  
k Assyriae.  
l sic deinceps  
m domini,  
heri  
n cõuicijs,  
& probris  
proscindere  
o viuam

sermonibus, quos audiuit Dominus Deus tuus; leua ergo orationem pro reliquiis, quæ reperta sunt.

5 Et venerunt serui regis Ezechia ad Isaiam.

6 & dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis domino vestro: Hæc dicit dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.

7 Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corrumpere eum faciam gladio in terra sua.

8 Reuersus est autem Rabfacs, & inuenit regem Assyriorum praliantem aduersus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis,

9 & audiuit de Tharacarege Æthiopia, dicentes: Egressus est ut pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens.

10 Hæc dicetis Ezechia regi Iudæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: non dabitur Ierusalem in manu regis Assyriorum.

11 Ecce tu audisti omnia, quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari?

12 Numquid eruerunt eos dii Gentium, quos subuerterunt patres mei, Gozam, & Haram, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar?

13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sepharuaim, Ana, & Aua?

14 Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino.

15 Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens:

16 Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terra, tu fecisti calum & terram.

17 Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum uiuentem.

18 Verè enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum.

19 Et dederunt deos earum igni: non enim erant dii, sed opera manuum hominum.

Maluenda, In libr. Isaiæ.

verbis, quæ audiuit IHVH ELOHIM tuus: & leuabis orationem in usque ad per reliquionem in rem tam.

5 Et venerunt serui regis Chizkiahu ad Iesaghiahu.

6 Et dixit ad eos Iesaghiahu: sic dicetis ad sustentatores vestros: sic dixit IHVH. Non timebis de faciebus verborum, quæ audiisti, quibus probris affecerunt excussi regis Asur me.

7 Ecce ego dans in eo spiritum, & audiet auditionem, & reuertetur ad terram suam: & cadere faciam eum in gladio in terra sua.

8 Et reuersus fuit Rabfackeh, & inuenit regem Asur cædentem super Libnah: quia audiuit, quia mouit de Lachis.

9 Et audiuit super Thirhakah regem Chus, ad dicere: Exiit ad cædere ad te: & audiuit, & misit legatos ad Chizkiahu, ad dicere.

10 Sic dicetis ad Chizkiahu regem Iehudah, ad dicere: Non seducet te ELOHIM tuus, quo tu confidens in eo, ad dicere: Non dabitur Ierusalaim in manu regis Asur.

11 Ecce tu audiisti, quod fecerunt reges Asur omnibus terris ad anathematizare eas: & tu eripieris?

12 An eripuerunt eas dii gentium, quas funditus perdididerunt patres mei, Gozam, & Charan, & Retzeph, & filios Gheden, qui in Thelasar?

13 Vbi est rex Chamath, & rex Arphad, & rex urbi Sepharuaim? Henagh, & Chiuah?

14 Et accepit Chizkiahu libros de manu legatorum, & vocauit eum: & ascendit domum IHVH, & expandit eum Chizkiahu faciebus IHVH.

15 Et interpellare se fecit Chizkiahu IHVH, ad dicere.

16 IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israel, sedens Cherubim: tu ipse ELOHIM ad solum te omnibus regnis terra: tu fecisti cælos & terram:

17 Extende, IHVH, aurem tuam, & audi omnia verba Sancheribi, qui misit ad perfodere ELOHIM uiuentem.

18 Fideliter, IHVH, exsiccauerunt reges Asur omnes terras, & terram eorum.

19 Et dabunt deos earum in igne: quia non ELOHIM ij, quia si factura manuum

o oratione,  
p precatioe,  
p reliquiam,  
residuum:  
vide Genes.  
45. v. 7.  
q repertam,  
extrantem,  
manentem,  
superessentē  
i ut v. 4.  
f vituperauerunt  
v pueri, fecerunt  
i, ministri:  
sic Exod. 33.  
v. 11.  
u f. mam, tumorem

x in cidentem praliantem, beligerantem  
y profectus fuit  
z Æthiopia  
a ad belligerandum tecum.  
v. v. 8.  
b nuntios, oratores:  
sic v. 14.  
c ut c. 26.  
v. 14.

d intermitioni deuouere  
e erueris, liberaberis  
euaades

f libellos, litteras, epistolas.  
g legit, pronuntiauit, proclamauit, promulgauit: sic 10. sue 8. v. 4.  
h vnumquemque eorum. sic statim  
i ad facies  
k infidens,  
manens, habitans  
l solitatio  
m datiuus. in ad, per omnia regna  
n v. v. 4.  
o viuunt  
p vide Ruth. 3. v. 12.  
q vide 2. Reg. 3. v. 23  
r omnes gentes illas, & regionem illarum.  
mersonyria



minum, lignum & lapis: & comminuerunt eos.

20 Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

21 Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hec dicit Dominus Deus Israel: Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum.

22 hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post te caput mouit filia Ierusalem.

23 Cur exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorum! Ad sanctum Israel.

24 In manu seruatorum tuorum exprobrasti Domino: & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius.

25 Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum.

26 Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi: & factum est in eradicatione collium compugnantium, & ciuitatum munitarum.

27 Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt; facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.

28 Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me.

29 Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.

30 Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminare, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31 Et mittet id, quod saluatum fuerit

etura manum hominis, lignum & lapis & abstulerunt eos.

20 Et nunc, IHVH ELOHIM noster, salua nos de manu eius: & cognouerunt omnia regna terræ, quia tu IHVH ad solum te.

21 Et misit Iesaghiahū filius Amoz ad Chizkiahū, ad dicere: sic dixit IHVH ELOHIM Israelis: Quod interpellare te fecisti ad me, ad Sancheribum regem Asur.

22 Istud verbum, quod loquutus fuit IHVH super eum: Spreuit tibi, subsannauit tibi virgo filia Tziionis, post te caput mouere fecit, filia Ierusalem.

23 Quem perfodisti, & probris afficies, & super quem eleuare fecisti vocem? & leuauisti eleuationem, oculos tuos ad sanctum Israël?

24 In manu seruatorum tuorum perfodisti ADONAI, & dixisti: In multitudine currus mei ego ascendi eleuationem montium, femora Libani: & excidi surrecturam cedrorum eius, electionem fraxinorum eius; & veni eleuationem extremitatis, siluam Carmeli eius.

25 Ego uenam effodi, & bibam aquas: & exsiccabo in uolam ictuum meorum omnes riuos coangustationis.

26 An non audiui ad de longinquo eam feci, de diebus anterioritatis, & formabo eam? nunc venire feci eam, & fuit ad obruere conuolutiones inuolantes, vrbes munitas.

27 Et habitantes earum decurtati manus, consternati fuerunt, & pudescient: fuerunt herba agri, & variorum pro germinationis: viriditas tectorum, & vredo faciebus stantis-segetis.

28 Et sedere tuum, & exire tuum, & venire tuum cognoui: & commouere te facere tuum ad me.

29 Correspondentia commouere te facere tui ad me, & obruitio tua ascendit in auribus meis; & ponam spinam meam in naso tuo, & frenum meum in labiis tuis; & reuertere faciam te in via, qua venisti in ea.

30 Et istud tibi signum: Comedere anno deciduum, & in anno secundo sponte renatum: & in anno tertio seminare, & decurtare, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31 Et addet euasio domus Iehudah relicta

f disperdi-  
derunt  
s vt cognof-  
cant  
u vt v. 16.  
x irrisit,  
illufit  
y vt v. 4.  
z vt v. 6.  
a excelsita-  
tem, altitu-  
nem, subli-  
mitatem: sic  
Iudic. 5.  
v. 18.  
b vt v. 4.  
c vehiculo,  
vel vehete,  
equitante  
d curraturæ  
mez. vel  
curru meo  
e vt v. 23.  
sic statim.  
f latera, juga  
g staturam  
altitudinem,  
proceritatē  
h lectiffimas  
fraxinos  
i vide 2. Sa-  
muel. 6. v. 5.  
k cauau,  
perfodi, fo-  
raminaui  
l cauitate,  
planta  
m percuffio-  
num, pulsa-  
tionē, inces-  
sum, passuū  
vestigiorū.  
pedum. vide  
Iudic. 5.  
v. 28.  
n flumina,  
fluos  
o vide Gen-  
es. 1. v. 12.  
p viriditas,  
olus, olera-  
cea herba-  
tenera  
q herbæ tes-  
neri: vide Jim  
Genes. 1. v. 11.  
r gramen  
s fœnum: vide  
1. Reg. 18.  
v. 5.  
t daciuis. ad  
facies, ante  
culmum,  
antequam  
in culmum  
assurgat  
s habitare,  
manere  
u comoue-  
ri, furere, ir-  
ritari tuum  
x te sic, v.  
sequente.  
y vel. tram-  
quillitas  
z vide  
Exod. 35.  
v. 22.  
a Comedo.  
in finitum  
pro impera-  
tino.

b cadium, sponte natum: vide in Leuit. 25. vers. 5.

c metite d liberatio, effugium, sic v. 32.



de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum sursum.  
32 quia de Ierusalem exibunt reliquia, & saluatio de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet istud.

33 Propterea hac dicit Dominus de rege Assyriorum: Non intrabit ciuitatem hanc: & non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem.

34 In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus:

35 & protegam ciuitatem istam, ut saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum.

36 Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes, cadauera mortuorum.

37 Et egressus est, & abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Ninue.

48 Et factum est, cum adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio: fugeruntque in Terram Ararat, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

relicta radicem<sup>f</sup> deorsum: & faciet fructum<sup>g</sup> ad supra.

32. Quia de Ierusalaim exhibit<sup>h</sup> relictio, & euasio de monte Tziionis: zelus IHVH TZEBAOTH faciet istud.

33 Ad sic, sic dixit IHVH ad regem Asur. Non veniet ad urbem istam & non iaculabitur ibi sagittam: & non<sup>i</sup> anteriorabit eam<sup>k</sup> circummunimento, & non<sup>l</sup> effundet super eam aggerem.

34 In via, qua venit in ea reuertetur: & ad urbem istam non veniet,<sup>m</sup> Fidelis sermo IHVH.

35 Et circummuniam super urbem istam, ad saluare eam: <sup>n</sup> correspondentiæ Dauidis serui mei.

36 Et exiuit angelus IHVH, & percussit in<sup>o</sup> defidentia Asur centum & octoginta & quinque mille: & <sup>p</sup> manucauerunt in mane, & ecce <sup>q</sup> omne eorum cadauera mortua.

37 Et<sup>r</sup> mouit, & ambulauit, & reuersus fuit Sancherib rex Asur: & <sup>s</sup> habitauit in Nineueh.

38 Et fuit ipse procumbere-fese-faciens domo Nisroch deorum suorum, & Adramelech, & Saretzer filij eius percusserunt eum in gladio: & ij<sup>t</sup> euaserunt-salui terra Ararat: & regnauit Esar-chadon filius eius<sup>u</sup> sub eo.

<sup>e</sup> reliqua: residua  
<sup>f</sup> infra, inferne, infime, in decliue.

<sup>g</sup> superne, sursum verus  
<sup>h</sup> recluditas reliquia

<sup>i</sup> auteuertet; preocupabit, praeueniet: vide Deuteron.

23. 4. <sup>k</sup> scuto, clypeo. vel

<sup>l</sup> vide 2. Sam. 20. 15. <sup>m</sup> vide Genes. 22. 16.

<sup>n</sup> datus. propter correspondentiæ meam. sic statim

<sup>o</sup> castrametatione  
<sup>p</sup> diluculauerunt  
<sup>q</sup> omnes ipsi

<sup>r</sup> profectus est  
<sup>s</sup> mansit, defecit

<sup>t</sup> protipuerunt se  
<sup>u</sup> pro

CAPVT XXXVIII.

Ezechias à morte filij per Isaiam comminata liberatus, signo in horologio Achaz accepto, & promissa de manu Assyriorum liberatione, additisque ei ad uitam quindecim annis, canticum hoc gratiarum actionis Deo cecinit.

Vulg.

Malu.

**I**N diebus illis agrotauit Ezechias usque ad mortem: & introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hac dicit Dominus: dispone domui tuae, quia morieris tu, & non uiues.

2 Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum.

3 & dixit: Obsecro Domine, memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod

**I**N diebus iis agrotabit Chizkiah ad mortem: & uenit ad eum Iesaghiahu filius Amoz propheta, & dixit ad eum: Sic dixit IHVH: Præcipe domui tuae, quia<sup>a</sup> moriens tu, & non uiues.

2 Et circumgyrauit Chizkiah facies suas ad<sup>b</sup> parietem: & interpellare-fese fecit ad IHVH.

3 Et dixit: obsecro IHVH, recordare, obsecro, quod ambulare-me-feci<sup>c</sup> faciebus tuis in<sup>d</sup> fide, & in corde<sup>e</sup> pacifico;

<sup>a</sup> mortuus

<sup>b</sup> murum

<sup>c</sup> ad facies tuas

<sup>d</sup> ueritate,

constantia fideliter

<sup>e</sup> integro, perfecto

bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.

4 Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens:

5 Vade, & dic Ezechia: Hec dicit Dominus, Deus David patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos.

6 & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam.

7 Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est:

8 Ecce ego reuerti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis, Et reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.

9 Scriptura Ezechia regis Iuda cum agrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.

10 Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quasi residuum annorum meorum.

11 dixi: Non videbo dominum Deum in terra viuentium

Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.

12 Generatio mea ablata est; & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordiret, succidit me: de manè vsque ad vespèram finies me.

13 Sperabam vsque ad manè, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De manè vsque ad vespèram finies me.

14 sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsam.

Domine vim patior, responde pro me.

15 Quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea.

16 Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

17 Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

fico; & <sup>f</sup> bonum in oculis tuis feci. Et lacrymatus - fuit Chizkiahu lacrymationem grandem. <sup>f</sup> quod bonum, videtur in &c.

4 Et fuit verbum IHVH ad Iesaghiahu, ad dicere.

5 Ambula, & dices ad Chizkiahu: sic dixit IHVH ELOHIM Davidis patris tui: Audiui & interpellationem tuam, vidi lacrymam tuam: ecce ego addens super dies tuos quinque decem<sup>h</sup> annum. <sup>g</sup> oratione, <sup>depreca-</sup> <sup>tionem</sup> <sup>h</sup> annos <sup>i</sup> cavitare, <sup>palma,</sup> <sup>manu</sup> <sup>k</sup> eruam, <sup>li-</sup> <sup>berabo</sup>

6 Et de <sup>i</sup> vola regis Asur <sup>k</sup> eripiam te, & urbem istam: & circummuniam super urbem istam:

7 Et istud tibi signum de ad IHVH, quod faciet IHVH verbum istud, quod loquutus - fuit.

8 Ecce ego reuertere - faciens umbram <sup>l</sup> ascensionum, <sup>m</sup> quibus descendit in ascensionibus Achazi in sole retrorsum decem ascensiones: & reuersus fuit sol decem ascensiones: in ascensionibus, quibus descendit. <sup>l</sup> graduum. <sup>sc</sup> deinceps. <sup>m</sup> vel quæ

9 Scriptura <sup>n</sup> Chitzkijahu regi Iehudah, in ægrotare eum, & vixit de ægrotatione sua: <sup>n</sup> datius.

10 Ego dixi: In silentio dierum meorum ambulabo in portis inferni: visitatus - fui <sup>o</sup> super relictione annorum meorum. <sup>o</sup> restante

11 Dixi: Non videbo IAH IAH in terra <sup>p</sup> viuentium: non respiciam hominem <sup>q</sup> adhuc cum habitantibus curricula - vitæ. <sup>p</sup> viuorum <sup>q</sup> vitæ <sup>deinceps</sup>

12 Generatio mea mota - fuit, & deuoluetur de me sicut tentorium pastoris: abrui sicut texens vitas meas; de exhaustione auarizabit me; de die vsque ad noctem pacificabis me.

13 <sup>t</sup> Adæquavi vsque ad manè, sicut Leo sic confringet omnia ossa mea: de die vsque ad noctem pacificabis me. <sup>t</sup> cõplanauit

14 Sicut grus, <sup>f</sup> hirundo sic <sup>t</sup> garriam, meditabor sicut columba, exhausti fuerunt oculi mei eleuationi: IHVH defraudatio mihi, recipe in - tuam - fidem me. <sup>f</sup> & auferus <sup>t</sup> stridèbo: <sup>v</sup> vide supra <sup>c.</sup> 8. v. 19.

15 Quid loquar? Et dicet mihi; & ipse fecit: <sup>u</sup> deducere me - faciam omnibus annis meis super amaritudinem animæ meæ. <sup>u</sup> incedere <sup>faciam</sup>

16 <sup>x</sup> ADONAI super eos viuent: & <sup>y</sup> omnibus in eis <sup>z</sup> vitæ spiritus mei: & somnare fecisti me, & viuifica me. <sup>x</sup> vide in Genes 15. v. 2. <sup>y</sup> datius. <sup>z</sup> plurale.

17 Ecce paci amaritudo mihi <sup>a</sup> amara: & tu <sup>b</sup> complicauisti animam meam <sup>b</sup> implicuisti <sup>de</sup>

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, proiecasti post tergum tuum omnia peccata mea.

18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

19 Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20 Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostrae in domo Domini.

21 Et insit Isaias ut tollorent massam de ficis, & cataplasma rent super vulnus, & sanaretur.

22 Et dixit Ezechias: Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

de c perditione vetustatis: quia deiecasti post d corpus tuum omnia e errata mea.

18 Quia non infernus f confitebitur te, mors g extollet te: non h intuebuntur descendentes i cisternae ad fidem tuam.

19 Viuens viuens ipse k confitebitur te, sicut ego l die: pater filiis cognoscere-faciet m ad fidem tuam.

20 IHVH ad saluare me, & neghnoth meas pulsabimus omnibus diebus vitae nostrae super domum IHVH.

21 Et dixit Iesaghiahu: Leuabunt o palatham ficum, & contuderunt super vlcus, & vixit.

22 Et dixit Chizkiahu: Quid signum, quia ascendam domum IHVH.

c foues, fossa, sepulcro d tergum, v. 1. Reg. 14. v. 9. e delicta, peccata f celebrabit g euehet-laudibus h intenti erunt, spectabunt i infoueam, sepulcrum k vt v. 18. l hodie m super, de fide tua n pulsationes masticas vide in Psal. 4. v. 1. o vide 2. Reg. 20. v. 7. & 1. Sam. mul. 25. v. 18.



COMMENTARIA.

VERS. 8.



CCE EGO REVERTI-FACIAM VMBRAM LINEARVM, PER QVAS DESCENDERAT IN HOROLOGIO ACHAZ IN SOLE, RETRORSVM DECEM LINEIS.] Alij ex Hebr. i. Ecce ego reuerti-facio vmbra graduum, quibus descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem gradibus. 2. Ecce ego reduco vmbra graduum, quos descenderat, in gradibus Achaz, in sole retrorsum decem gradibus. 3. Ecce ego reducturus sum vmbra graduum illorum, quae descendit gradibus Achazi solaribus, id est, qui gradus descripti sunt in horologio solatio Achazi.

Retrorsum decem gradibus. vide in 2. Reg. 20. v. 9. 10. & 11.

Per quas descenderat. Hebr. quibus descendit. Alij: quae descendit. Hebraice vmbra est masculinum, descendit foemineum. vnde non apte construitur cum vmbra: aptius cum sole, qui est interdum foeminei generis, & subaudiendus ex verbis proximè sequentibus.

VERS. 9.

SCRIPTURA EZECHIAE REGIS.] Hebr. in datiuo. Scriptum, id est, psalmus, canticum ipsi, Chizkija regi. id est, quod conscripsit, seu composuit rex Chizkija.

ET CONVALVISSET.] Hebr. & vixit. id est, reuixit, reualuit, vt Numeror. 21. vers. 8. Hac inscriptio; vt notant, argumentum sequentis Cantici exponit: primum enim docet Chizkija; quid secum Deus egerit, & ipse cum Deo quo tempore decumbebat, vsque ad vers. 15. deinde sanitatem à Deo receptam narrat, fidemque in ipsum, & immortales gratias profitetur, ad finem vsque Cantici.

VERS. 10.

EGO DIXI.] Alij: Ego dicebam. Id est, sic statuebam apud me, seu cum animo meo. obseruant priorem hanc narrationis partem exponere cum expostulationem Chizkijae cum

animo suo, qua intempestiuam esse mortem sentiebat, apud se, & habendae prolis desiderio ex promissione Dei tenebatur, quatuor versibus; deinde postulatam à Deo. vers. 14.

IN DIMIDIO DIERVM MEORVM.] Vocem דמי demi, variè exponunt: in excisione, rescissione, silentio, quiete, cessatione, praecisione dierum meorum. id est, quum viderem praescindi, rescindi, decurtari, cessare dies meos. Quidam reddunt, in dormitura dierum meorum. id est, quum domantur & contunduntur, vel conciduntur dies mei. Alij: rescissis diebus meis. Hispanicus Interpres: en el cortamiento de mis dias. id est, quum audiui actum esse de me, & finem vitae mihi adesse, id mihi ex ore Dei renuntiante propheta. Excisionem dierum vocat mortem illam immaturam, quae scilicet accidit ante periodum naturalis vitae: quasi dicat, in silentium redactus fuisset, perissem in flore aetatis meae, nisi misertus fuisset mihi Deus.

VADAM AD PORTAS INFERI.] Alij: aditurus sum portas sepulcri. id est, si res ita se habet, vt propheta denuntiauit, praepropere me oportet mori: periphrasis mortis: quasi dicat, Effera in florente aetate, nimirum triginta nouem annorum.

QVAESIVI RESIDVVM ANNORVM MEORVM.] Alij ex Hebr. 1. Priuatus sum, vel carebo, seu priuabor, residuo annorum meorum. 2. Recensitus sum in residuo annorum meorum. id est, census actus est de me, & iussus sum pendere residuum vitae meae. 3. Priuatus sum, vel subtractus sum residuo annorum meorum. id est, subtractum est mihi residuum tempus vitae meae. 4. De visitatus sum, de recensitus sum residuo annorum meorum. id est, detractum est, derecensitum est mihi, è censu ex punctum est mihi residuum, &c. 5. Deesse mihi sensi residuum annorum meorum. 6. Visi-

uatus

tatus sum, id est, ad mortem vocatus, vel plaga lethali affectus quum adhuc superessent anni mei. id est ante tempus naturale mortis.  
7. *Prinor residuo annorum meorum.* id est, annis qui mihi supererant agendi ex naturæ lege, & promissione Dei: Hispanicus Interpres: *Prinado soy del resto de mis años.* Hebræorum nonnulli exponunt: *Defectus sum residuo.* vel *defecit, defuit mihi residuum annorum meorum.*

**VERS. II.** DIXI, NON VIDEBO DOMINVM DEVM IN TERRA VIVENTIUM.] Alij: *dicebam, Non sum visurus Iah, Iah in terra viventium.* quasi dicat, Ego cum à fructu præsentia Dei aspectabilis in populo suo, tum à communione Ecclesiæ viventium subtrahar: quæ duo efficiunt vt vita mihi iucunda sit. De nomine Dei יְהוָה *iah* vide Exod. 15. vers. 2. & in Psalm. 67. vers. 5. Geminatur autem hic ad maius sententiæ incrementum: Non videbo Iah, ipsum, inquam, Iah in terra viventium. id est, in ipsa Ecclesia militante, ostendentem præsentiam suam in templo, sacrificiis, & admirandis suis operibus aduersus populum suum.

ET HABITATOREM QUIETIS.] Hebr. cum habitatoribus חֶדֶל *chedel*, quam vocem diuersimodè interpretantur, *mundi, saculi, temporis, aui, atatis, curriculi-vitæ, deficientis, desinentis & instabilis.* Forsterus annotat: [*Vt גְּבוּל ghebul non solum limitem seu terminum sed etiam spatium & regionem significat, quousque protenditur; ita hoc nomen CHEDEL, non tantum terminum vitæ humanæ, verum etiam totum vitæ curriculum notat, seu tempus determinatum humanæ vitæ, quod cito deficit & cessat.*] vide in Iob II. v. 17. Quidam reddunt: *non inuebor hominem inter habitatores mundi, vel saculi-deficientis.*

**VERS. 12.** HABITATIO MEA ABLATA EST, ET CONVOLVTA EST A ME QVASI TABERNACVLVM PASTORVM.] variè alij ex Hebr. 1. *Habitatio mea recessit, & migravit à me velut tabernaculum pastoris.* id est, alio mihi dimigrandum est, vt solet pastor transferre casam suam. 2. *Ætas mea translata est & ablata est à me velut tentorium pastoris.* 3. *series vitæ meæ recessit, & euauit à me velut tabernaculum pastoris.* 4. *vitæ meæ translata est, & convoluta est à me instar tentorij pastoralis.* 5. *habitare meum, vel habitatio mea transfertur & transportatur à me tanquam tentorium pastorale, &c.* id est, vitæ mihi adimitur: quod comparatione figuratur hoc versu, tentorij, seu tugurij pastoralis, & telæ. Hispanicus Interpres: *mi morada,* id est, corpus meum, *ha sido mouida, y transpassada de mi, como tienda de pastor.* 6. *incolatus meus profectus est & migravit à me velut tentorium pastoris.*

PRÆCISA EST VELVT A TEXENTE VITA MEA.] Hebr. *Præcidi, vel abrui sicut texens vitas meas.* Quidam: *Ad excidium perduxit, vt textor stamen vitæ meæ.* id est, quemadmodum textor eousque perducit telam, donec sit tempus staminis præcidiendi, quod inuolutum est iugo, sic ego pertexui vitæ meam. Alij exponunt, vt textor aliquan-

do concidit telam antequam absoluta sit: sic ego fui in causâ mortis meæ.

DVM ADHVC ORDINER, SVCCIDIT ME.] Diuersimodè alij ex Hebr. 1. *agriuidine Deus concidet me.* 2. *præ macie, vel præ morbo succidet me.* 3. *Propter tenuitatem, id est, infirmitatem, concidet me.* 4. Forsterus: *præ tenuitate exhaustit me, siue exhauriendo conficiet me.* vel à *tenuitate auarificauit, seu auarificabit, me, id est, auide abripuit me.* Hoc sequutus est Forerius. 5. Auenarius: *præ tenuitate corradet, obradet me.* id est, tanquam tenue quoddam facile eradet me. 6. Leo Iudas: *à fastigio incidit me.* 7. Tremellius, Iunius, & Buxtorfius: *à peniculis refecturus est me.* Sic pergit Chizkija in textoris similitudine: quum pertexuerim, inquit, vitæ meam, iam aduenit tempus, quò Deus à peniculis siue peniculamento suo dissecturus est telam vitæ meæ, id est, finem illius effecturus: sunt enim peniculi, siue peniculamenta telæ extrema stamina, seu tenuia fila, quæ textor circumuoluit iugo, nec potest cum reliqua tela propter breuitatem staminis reliqui percurrere, ac propterea ab ea solet refecare. Hebræum autem vocabulum דָּלָה *dallah* ita accipimus adducti simili loco Canticor. 7. vers. 5. vbi accipitur pro vitta siue loro cincinnos capitis discriminante, ad quam rationem peniculi telæ textoribus componi solent.

DE MANE VSQVE AD VESPERAM FINIES ME.] Hebr. à die vsque ad noctem *pacificabis me.* Alij: *consummabis, complebis, perficies, conficies, consumes, absumes me.* Nonnulli reddunt: *à die vsque ad noctem absoluturus, seu perempturus es me.* id est, hoc ipso die antequam nox aduenerit: vt versu sequente: apostrophe ad Deum. Illud *pacificabis me.* tantumdem valet, ac integrè, plenariè, perfectè me conficies. vel in pacem & requiem, quam defunctis precantur, deduces me. Hebr. potest etiam accipi tertia persona fœminea: *conficiet me.* vt ad DALLAH, exhaustionem, seu agriuidinem referatur.

SPERABAM VSQVE AD MANE.] Verbum שָׁחַוָּה *schauah* hic in Pihel variè exponunt, 1. *Tunc posui vitæ meam vsque ad mane.* 2. *Constitui tempus, vel terminum meum, id est, vitæ meæ vsque ad manè.* id est dixi me forsitan victurum vsque mane. 3. *Aquani pedes meos cubando vsque in mane.* 4. *Supputabam perugil in lecto horas, vt solent agrotantes, vsque ad mane.* 5. *Conferebam in corde meo vsque ad mane.* id est, noctem ducebam in somnem, & mente tota nocte voluebam, quid hoc rei esset, quod veluti leo sic confringeret Deus vniuersa ossa ac membra mea, & quod tam breui tempore vitæ meam absumeres. Notant verbum שָׁחַוָּה in Pihel propriè esse, *adæquare,* vt supra cap. 28. vers. 25. transferrique ad animum, quando mente res conferimus ad inuicem, & veluti adæquamus & complanamus: quod verbum putant à Luca 2. vers. 19. expositum per [*Conferens in corde suo.*] Aliqui hunc versum ita explanant: *Proponebam dum mane erat, id est, ipso die, quemadmodum interpretantur sequentia, tanquam leonem, ita freturum*

**VERS. 13.**

fracturum esse Deum omnia ossa mea; à die usque ad noctem te perempturum esse me.

VERS. 14.

SICVT PVLVS.] *סוס* sus, aiunt esse nomen auis, proceritate, statura, voce similis equo, quam nos *gruem* vocamus: vnde reddunt: *sicut grus*. Reuchlinus, *hirundinem*, reddit: Auenarius, *anserem-siluestrem* ac *ferum*.

HIRVNDINIS.] *גבגב* ghabbur, inquit Forsterus, nomen auis, quam aliqui *gruem*, alij *hirundinem*, ego vero *anserem ferum* esse arbitror: & hoc nomen ei inditum à stridore, quem propensum *grui* similem habet. Moses huius auis non meminit in lege. Certum est ex earum numero esse, quæ statim temporibus migrant, *Ierem. 8. v. 7.* Nonnulli Hebræorum, *picam*, seu *variã* esse volunt, quæ Italicè dicitur *agassa*. Auenarius *gruem* esse putat, non nihil consentiente voce: quod etiam Reuchlinus probat. Plerique tamen *hirundinem* cum nostro exponunt.

SIC CLAMABO, MEDITABOR VT COLUMBA.] Totum hoc hemistichium quidam ita reddunt: *Vt grus aut hirundo, uã pipiebam, seu garriebam, gemebam vt columba, dicens: & cetera*. Hic versus constitutionem animi postulantis exponit similitudinibus, & postulati summam: nimirum ita corpore & animo infirmatum fuisse Chizkijam vt vix posset proloqui, ac proinde supplicat se paucis.

ATTENVATI SVNT OCULI MEI SVSPICIENTES IN EXCELSVM.] Alij ex Hebr. 1. *elevati erant oculi mei ad excelsum*. vel *elevantur oculi mei in excelsum*. 2. *tendebant oculi mei in sublime*. 3. *exhauriuntur oculi mei spectantes in sublime*.

DOMINE VIM PATIOR, RESPONDE PRO ME.] Rectè monent, Nostrum sponde forsan scripsisse, quod Hebræo magis congruit. Alij ex Hebr. reddunt: 1. *Iehoua, infirmitas, morbus, vim-facit mihi, quiescere-fac me*. vel *iucunda me*, vel *dirige me*. 2. *Iehoua, fraus-facta est mihi, vel calumnia intenta est mihi, recipe me in tuam fidem*. 3. *ò Iehoua, defraudatio seu vis mihi fit, fideiube pro me*. 4. Tremellius & Iunius: *Iehoua, oppressio-fit mihi, pertexe me*. id est, hîc morbus me conficit, & intempestiuè opprimit, antequam decurrerim stadium vitæ meæ (quæ adhuc superest pertexenda) vt nequeat perfici: quamobrè tu ipse pertexe me, id est, effice vt iustum vitæ spatium percurrã fretus potentia tua. Hæc ita accipienda esse, ostendit series allegoriz. Verbum autem Hebræum *גבר* gharab, quod alij interpretantur *fideiubere*, alij *dirigere*, alij *recreare*, nos *peritexendi* significatione accipimus, à coniugato nomine *גבר* ghereb, subregmen, siue tramam significante *Leuit. 13. v. 5.* & sequentibus. 5. *Iehouah, dura & acerba exactio mihi, pignora me*. id est, pignus & fidem à me cape mutationis & pœnitentiæ in eo cuius causa vexor.

VIM PATIOR.] *גשקה* ghaschekah, potest esse tertia persona fœminea præteriti, *defraudauit, oppressit, vim-iniulit, acerbe exegit*. scilicet, *exhaustio, vel infirmitas*, è versu 12. & potest esse nomen substantiuum, *scophantia, defraudatio, fraus, fraudulencia, oppressio, mihi*.

Maluenda, In libr. Isaia.

fit scilicet. Nonnulli Hebræorum volunt esse imperatium, & in significatione Chaldaica reddunt: *adiunge, adde mihi*. scilicet, annos vitæ.

QVID DICAM? AVT QVID RESPONDEBIT MIHI, CVM IPSE FECERIT?] Alij ex Hebr. 1. *Quid loquar? vel quid plura?* quasi dicat, Beneficium Dei narrare verbis non possem: & *dixit mihi, & is idem fecit*. vel *vt promissu mihi*, per Isaia, *sic ipse fecit*. id est, pristinam valetudinem, quam promiserat, restituit. 2. *Quod eloquebar, statim prædixit mihi, idemque fecit*. Altera pars narrationis continens professionem beneficij à Deo accepti, tribus versibus: & gratiarum actionem ad gloriam Dei, tribus reliquis. Ait ergo, *Quod eloquebar*, id est precabar à Deo, *statim prædixit mihi*, Ieschahiam nondum egressum ex atrio mediano præmittens ad me 2. Reg. 20. vers. 4. qui & sanitatem per eundem mihi contulit. 3. *Quid loquar? & quid dicet mihi? & ipse fecit*. ac si diceret: *Quid opus est verbis? quid de morbo conqueror? quid loquar Domino meo? & is, quid mihi respondebit, cum morbum ipse immiserit? sed priores explanationes præstant.*

RECOGITABO OMNES ANNOS MEOS IN AMARITVDINE ANIMÆ MEÆ.] Alij ex Hebr. 1. *Leniter, vel pedetentim, in cedam omnibus annis meis propter amaritudinem animæ meæ*. Chaldæus, & aliqui Hebræorum exponunt: *propter liberationem ab amaritudine animæ meæ*. more scilicet eorum, qui mæore affecti sunt, meminerunt calamitatis & afflictionis præteritæ. 2. *Per ambulabo omnes annos meos super amaritudine animæ meæ*. id est, oppressus hoc morbo molestissimo, mente voluam quod annos vixerim, eosque etiam atque etiam numerando percurrã, coramemorabo, & Deo dicam: *Domine ultra hos annos plerique homines viuere solent, & c.* 3. *Faciã me frequentare omnibus annis meis propter amaritudinem animæ meæ*. id est, singulis annis frequentabo domum Dei cum pompa solemnè procedens ob liberationem ab amarissimo morbo isto. sic sumitur id verbum *Psalm. 45. v. 5.* 4. *Leniter incedam omnibus annis meis, ob agritudinem animæ meæ*. q. d. quoties memor ero grauitatis morbi mei, in cedam leniter more eorum, qui morbo graui laborant: quoad viuam, memor ero morbi mei. 5. *Commovebo me omni tempore vitæ meæ super hac amaritudine animæ meæ*. id est, dum eius recordabor, concutiar. 6. *Mouitudo caput, concutiendo corpus meditabor omnibus annis meis de amaritudine hac animæ meæ*. 7. Hispanicus Interpres: *andare-temblando contodemi animados los dias demi vida*. nimirum, præteriti huius ingentis mali recordatione. 8. *Progredior omnibus annis vitæ meæ ultra amaritudinem animæ meæ*. id est, nunc superiuo amaritudini isti meæ. De verbo *דדב* dadab vide in *Psalm. 41. v. 5.*

DOMINE SI SIC VIVITVR, & C.] Hunc VERS. 15: versum multifariam ex Hebr. explanant. 1. *Domine, ultra eos viuent, & in omnibus, quod in eis est, vita spiritus mei & sanabis me, & viuifi-*

k k cabis

*cabis me.* 2. Domine, ultra eos uiuent, & omnibus dicam, quod ipsis est vita spiritus mei: itaque sana me, vel impingua, robora, confirma me, & uiuifica me. 3. Domine, ultra eos uiuent, & omnibus hominibus narrabo quod in ipsis annis habeam vitam spiritus mei, & quod tu me dormire feceris, atque uiuificaueris me. id est, iam cognoui quod ultra eos vitæ meæ præscriptos annos homines vivere possunt, si tu uolueris; id quod in me experior, qui in superadditis annis fruor gratissima vita spiritus mei, id quod aliis narrare soleo. 4. Domine ultra annos suos uiuent; pij, & omnibus dicam, In illis est vita spiritus mei: itaque serua me in columem ac uiuifica me. q. d. Simile beneficium, quod ego consequutus sum, consequentur, qui reuertentur ad te toto corde, victuri nempe diutius: & post hac dicam omnibus, In annis beneficio Dei spatio vitæ additus uiuo. 5. Inuerso paululû ordine Hebræic. uerborû: *Etiã omnibus, qui ultra eos uiuent, vita spiritus mei in illis nota erit, & quod me dormire feceris, & uiuificaueris me.* id est, quicumque ultra istos annos uiuent, illis etiã spiritus mei vita nota erit. Subauditur relatiuum, *qui*: sed pronomen illis quod fœmineum, non satis aptatur cum hominibus: sed cum *annis*, qui Heb. fœmineè efferuntur. 6. Domine, ultra istos uiuunt, id est, Mi Domine, ultra hos triginta nouem annos meos plerique uiuere solent: & ad omnia inter ipsos vita spiritus mei. hoc est, per omnia omnino inter eos nêpe, qui plures annos quam triginta nouè uiuunt, posset quidem adhuc spiritus meus vitam ducere, & inter quinquagenarios aut sexagenarios agere: *somniare-me facies, & uiuificabis me.* id est, facies, ut ægritudo hæc ueluti somnium transeat, & dissoluatur, ac euanescat, & tandem sanitati restituar. vel *dormire me-facies, ac sanabis me.* non enim nocte somnum capiebat: & somnus reficit vires, & restituit sanitati. 7. Domine, apud eos, qui deinceps uiuent, ad omnia & omnibus erit mihi spiritalis vita; nam, in Domino, quasi somniare-facturus uiuificasti me. 8. Ultra eos uiuent, Domine, subaudi, annos vitæ suæ. id est, qui tibi fisci fuerint, uiuent ultra suos annos: & idem beneficium sentient, quod ego: & omnibus in eis vita spiritus mei. id est, & omnibus hominibus dicam, quod in illis annis vitæ meæ additis est vita spiritus mei: tu me somno degrauas, & rursum uiuificas. Forte etiã lethargo laborauerat. 9. Hispanicus Interpres: *Señor, aun à todos los que uiuiran sobre ellos, scilicet. los quinze años añadidos à mi vida, anunciare: la vida de mi espíritu en ellos: y como me hiziste dormir, id est, me llegaste al punto de la muerte y despues me has dado vida.* 10. Domine, apostrophe ad Deum, qua Chizkija thesin siue propositionem vniuersalem de virtute uerbi operumque Dei (ex quibus vita constat hominibus) accommodat suæ hypothesi: *per hæc uiuunt*, Heb. *uiuunt*; impersonaliter. id est, per hæc quæ dicis & facis: *etiã iis singulis inest vita spiritus mei.* id est, non aliunde uiuo quam ex uerbo procedente ab ore tuo. Deuteronom. 8. v. 3. *his facis ut reualescam, & uiuum conseruas me.*

CORRIPIES ME.] *וְהַחַלִּי מִנִּי* *vehachali-menu* Futurum secundæ personæ masculinæ Hiphil, quod varie reddunt: 1. & in crassabis, in grossabis, impinguabis me, aut impinguare-facies me. Forte quod vi morbi perductus esset ad summam maciem. 2. & reualescere-conualescere-facies me. vel sanum reddes me. Sic uerbum CHALAM sumi uolunt Iob 39. v. 7. quasi dicat. in columem reddes me. 3. & somniare-facies me. id est, facies ut hic lethifer morbus, abeat tanquam somnium. vel facies ut hæc sanitas tanquam per somnium aduenisse uideatur, tam erat præter omnem spem. 4. & dormire-facies me. id est, ut essem uicinus morti. quæ sacris & profanis auctoribus solet appellari dormitio, seu somnus. vel quum infomnio laborarem vi morbi, restituiti mihi somnum, & cum eo sanitatem. Potest etiã esse tertia persona fœminea: & dormire-me fecit ægritudo, è uers. 12. q. d. propemodum ad somnum mortis deduxerat.

ET VIVIFICABIS ME.] *וְחַיֵּיתִי* *uehachaje ni*, imperatiuus, & uiuifica me, seu conserua me in uita, fac ut reualescam ut supra uers. 9. Alij infinitiuum esse putant: & uiuificando, seu conseruando me, pro futuro & conseruabis me.

ECCE IN PACE AMARITUDO MEA VERS. 17.  
AMARISSIMA.] Alij ex Heb. 1. *Ecce dum essem in pace.* id est, prosperitate, *amaritudo mihi amara.* id est, superuenit mihi ægritudo amara. 2. *Ecce pro pace.* id est, ualitudine, seu incolumitate recuperanda, fuit mihi amara amaritudo, hoc est amare fleui. 3. *Ecce in incolumitatem amaritudo mea,* quæ ualde mihi amara erat, subito uersa est. 4. *Ecce ad incolumitatem cedit mihi amara hæc amaritudo.* 5. *Sane propter pacem amissam amaritudo mihi amara fuit,* id est, ob ualitudinem amissam eram in summa tristitia. 6. *Sane in pace,* id est, in flore ætatis, quo tempore homines sani & incolumes esse solent, contigit mihi amaritudo hæc amara. id est, grauissimus morbus. 7. *Ecce ad pacem aduenit amara mihi amaritudo.* id est, postquam mihi & toti regno meo pacem tribueras ab Assyrio, & omnibus inimicis meis, statim in morbum desperatissimum incidi.

TV AVTEM ERVISTI ANIMAM MEAM UT NON PERIRET.] Alij ex Heb. 1. *Tu autem desiderasti eruere animam meam à fouea consumptionis, vel corruptionis.* id est, de sepulcro, in quo corpora consumuntur. 2. *Et tu suscepisti animam meam ex fouea putrefactionis.* 3. *Et tu cupinisti,* vel ex amore acceptasti animam meam ex fouea uetustatis, antiquitatis, seu per metalepsin, corruptionis, putrefactionis, quæ uetustatem sequitur. 4. *Et tibi placuit eruere animam meam à fouea corruptionis, seu putredinis.* 5. *Et tu amplexus es amore animam meam à fouea abolitionis.* 6. *Et tu dilexisti,* seu optauisti animam meam, ut eam erueres à fouea nihili. 7. *Et tu amplexatus es,* seu complexus es ex amore animam meam à fouea corruptionis. 8. *Sed tu propensus amore eduxisti animam meam à fouea consumptionis, siue exedente & consuente.* De notione uerbi *וְחַיֵּיתִי* *uehachajebak* uide in Genes. 34. v. 8. Forsterus



ta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

3 Introiuit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4 Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia qua in domo mea sunt viderunt: non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis.

5 Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum.

6 Ecce dies venient, & auferentur omnia, qua in domo tua sunt, & qua thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

7 Et de filiis tuis, qui exhibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

8 Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini quod loquutus est. Et dixit: Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.

ne, quod inuentum - fuit in thesauris suis, non fuit verbum, quod non videre - fecit eos Chizkiiahu in domo sua, & in omni<sup>f</sup> dominatione sua.

3 Et dixit Iesaghiahu propheta ad eum: Quid dixerunt homines isti? & de vbi venient ad te?

Et dixit Chizkiiahu: De terra longinqua venerunt ad me de Babele.

4 Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Chizkiiahu: Omne, quod in domo mea, viderunt, non fuit verbum, quod non videre - feci eos in thesauris meis.

5 Et dixit Iesaghiahu ad Chizkiiahu: Audi verbum IHVH TZEBAOTH.

6 Ecce dies venientes, & leuabitur omne, quod in domo tua, & quod thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem istam, Babelem: non super relictum - erit verbum, dicit IHVH

7 Et de filiis tuis, qui exhibunt de te, quos generabis, accipient, & erunt eunuchi in<sup>h</sup> basilica regis Babelis.

8 Et dixit Chizkiiahu ad Iesaghiahu: Bonum verbum IHVH, quod loquutus fuisti: Et dixit: Quia erit<sup>i</sup> pax &<sup>k</sup> fides in diebus meis.


<sup>f</sup> domina-  
tu, dominio,  
dicatione

<sup>g</sup> vide in  
Genes. 37.  
v. 36.  
<sup>h</sup> palatio,  
aula, regia  
<sup>i</sup> incolumi-  
tas, prospere-  
ritas  
<sup>k</sup> constantia,  
stabilitas

## CAPVT XL.

Consolatio & salus Ierusalem per Christum futura: Ioannis Baptista predicatio: fragilitas hominis, & perpetuitas verbi diuini: Christi in carnem aduentus, ipsiusque gloria, potestas & retributio palam annuntianda, contra idololatrias Deum sculptilibus assimilantes, incomparabilem Dei potentiam ac sapientiam commendat: quodque sperantes in Domino mutent fortitudinem.

### Vulg.

1  onsolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester.


2 Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

3 Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Matt. 3. a. 3.  
Mar. 1. a. 3.  
Luc. 3. a. 4.  
Ioan. 1. c. 23.

### Malu.

1  onsolamini consolamini populum meum: dicit ELOHIM vester.

2 Loquimini super cor Ierusalaim, & vocate ad eam; quia impleta - fuit malitia eius, quia<sup>a</sup> accepta - fuit<sup>b</sup> prauitas eius: quia accepit de manu IHVH duplicia in omnibus<sup>c</sup> erratis suis.

3 Vox<sup>d</sup> clamans, In deserto faciate viam IHVH: rectificate in<sup>e</sup> campestri<sup>f</sup> stratam - viam ELOHIM nostro.

4 Omnis vallis leuabitur, & omnis mons, & collis humiliabuntur: & erit calcatu - asperum<sup>g</sup> & rectitudini, & eleuationes<sup>h</sup> valli.

<sup>a</sup> beneplacita  
<sup>b</sup> curitas, distortio, pueritas  
<sup>c</sup> delictis, peccatis  
<sup>d</sup> vocans, predicans, vel predicantis  
<sup>e</sup> solitudine  
<sup>f</sup> regiam - via, actum  
<sup>g</sup> in planitiem: vide Deuteronom. 3. v. 10.  
<sup>h</sup> in vallem, conuallem, planitiem: vide in Genes. 11. v. 2.

5 Et



5 Et reuelabitur gloria Domini, & videbitis omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

6 Vox dicentis: Clama. & dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri.

7 Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus:

8 exsiccatum est fœnum, & cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9 Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta noli timere. Dic civitatibus Iuda: Ecce Deus vester:

10 ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.

11 Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.

12 Quis mensus est pugillo aquas, & calos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes & colles in statera!

13 Quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

14 Cum quo inuit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

15 Ecce gentes quasi stilla situla, & quasi momentum statera reputata sunt: ecce insula quasi puluis exiguus.

16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

17 Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputata sunt ei.

18 Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

19 Numquid sculptile constauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius?

20 Forè lignum, & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuatur simulachrum, quod non moueatur.

21 Numquid non scitis? nanquid non

5 Et reuelabitur grauitas IHVH: & videbunt omnis caro vnità: quia os IHVH loquutum fuit.

6 Vox dicens Clama. Et dicet, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis benignitas eius sicut flos agri.

7 Exsiccatum fuit fœnum, defluxit flos, quia spiritus IHVH flauit in eo: profecto fœnum populus.

18 Exsiccatum fuit fœnum, defluxit flos: & verbum ELOHIM nostri surget æterno.

9 Super montem excelsum ascende tibi, euangelizans Tziion; eleua in virtute vocem tuam euangelizans Ierusalem: eleua, non timebis; dic vrribus Iehudah: Ecce Deus vester.

10 Ecce ADONAI IHVH in obtentione veniet, & brachium eius dominans sibi: ecce merces eius ad eum, & operatio eius faciebus eius.

11 Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos; & in sinu suo leuabit: ascendentes ad ducet.

12 Quis mensurauit in pugillo suo aquas? & cælos in palmo certo-metitus fuit? & vniuersitabit in ternario puluerem terræ? & librauit in libra montes, & colles in bilancibus?

13 Quis certo-metitus fuit spiritum IHVH? & vir consilium eius cognosce-faciet eum?

14 Ad quem consiliatus fuit & intelligere fecit eum? & docuit eum in semita iudicij? & docuit eum cognitionem, & viam intelligentiarum cognoscere-faciet eum?

15 En gentes sicut gutta de haustro, & sicut leuitas bilancium excogitata fuerunt: en insulas sicut tenue protelabit.

16 Et Libanus non sufficientia depascere: & fera eius non sufficientia ascensionis.

17 Omnes gentes sicut non præsentia eius: de defectu, & inordinatione excogitata fuerunt ei.

18 Et ad quem assimilabitis EL? & quid assimilationis ordinabitis ei?

19 An dedolatum fudit artifex, & vrens in auro expandet illud? & claufuras argenti vrens?

20 An penuriosus elenationem lignum non putrescet, eliget? artificem sapientem quæret ei ad apparare de dolatum non amouebitur.

21 An non cognoscetis? an non au-

gloria, splendor, honor, maiestas, claritas, dignitas, excellentia  
x pariter, simul, vna  
7 voca, prædica, sic statim.  
m gramen, herba, sic v. 7. & 8.  
n certe, vcre, vtique: vt Genes. 28. v. 16.  
a datus, in æternum, in seculum, in olim  
p viribus, robore, potentia, vigore, strea nitate  
q ei  
r datus, ad facies  
s factas, paratu-leuatas, lactentes: vide in Genes. 33. v. 13.  
r ducet leniter, & commodè  
u pöderabit  
x regula, trutina, statera: vide Proverb. 26 v. 11.  
y ibidem: sic infra v. 15.  
z cuium  
  
a situla, vt ceo Hispanice acetres: vide Numer. 4. 7.  
b æstimate, reputata. sic v. 17.  
c Libano  
d accendere, comburere  
e fe. g. animalis  
f holocausti  
g nihil.  
h præ  
i Fortissimè  
Deum  
k sculptile: vide in Exod. 20. v. 4 sic infra vers. 20.  
l leuandam, oblationem quod non in industriū, peritum  
o sibi  
p quod non nutabit, vacillabit, labetur

Eccle. 14. c. 18.  
Iac. 1. b. 10.  
1. Pet. 1. d. 24.

Idan. 10. b. 11.  
Ezech. 34. f. 25. & 37. f. 24.

Rom. 11. d. 34.  
1. Cor. 3. d. 16. cap. 9. c. 13.

AA 17. f. 29.

audistis? numquid non annunciatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

22 Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

23 Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, Iudices terræ velut inane fecit

24 & quidem neque plantatus, neque satus, neque radicans in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus?

26 Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit.

17 Quare dicis Iacob, & loqueris Israel: Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiit.

28 Numquid nescis aut non audisti? Deus semper æternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientia eius.

29 Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30 Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

31 Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquile, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

dietis? an non <sup>q</sup> annunciatum - fuit de capite vobis? an non intellexistis fundamenta terræ?

22 <sup>r</sup> Sedens super <sup>f</sup> circinum terræ; & habitantes eius sicut <sup>t</sup> cicadæ: extendens sicut tenue cælos, & aperiendo <sup>u</sup> expandit eos sicut tentorium ad habitare.

23 Dans <sup>x</sup> secretarios in non: iudices terræ sicut in ordinationem fecit.

24 Etiam nequaquam plantati - fuerunt, etiam nequaquam seminati - fuerunt, etiam nequaquam radicans in terra <sup>y</sup> truncus eorum: & etiam flauit in eis, & exsiccati - fuerunt, & <sup>z</sup> horribilis tempestas sicut quisquiliam leuabit eos.

25 Et ad quem assimilabitis me, <sup>a</sup> & ad æquatus fui dicit Sanctus.

26 Leuate eleuationem oculos vestros, & videte quis creauit ista, exirefaciens in numero militiam eorum: omni eorum in nomine vocabit; de multitudine concupiscentiarum, & surrectus virtutis, vir non <sup>b</sup> de congregatus - fuit.

27 Ad quid dices Iaghakob, & loqueris Israel: Abscondita - fuit via mea de IHVH, & de ELOHIM <sup>c</sup> meis iudicium meum transibit.

28 An non cognouisti? Si non audisti? ELOHIM <sup>d</sup> æterni IHVH creans extremitates terræ; non <sup>e</sup> defatigabitur, & non laborabit: non perscrutatio <sup>f</sup> intelligentiæ eius.

29 Dans <sup>g</sup> defatigato virtutem: & non concupiscentiis ossamentum multiplicabit.

30 Et <sup>h</sup> defatigati - fuerunt <sup>i</sup> excussi, & laborauerunt: & electi impingere impingent.

31 Et expectantes <sup>k</sup> IHVH mutabunt virtutem, ascendent <sup>l</sup> penna sicut aquilæ: current, & non laborabunt, ambulabunt, & non <sup>m</sup> de fatigabuntur.

<sup>q</sup> annūtiariū factum - fuit

<sup>r</sup> Infidens, manens, habitans / circulum, ambitum, circitū, gyrum, sphaerā: vt Iob. 22.

14. <sup>r</sup> locustæ, bruchi

<sup>u</sup> extendit, explicuit, protraxit

<sup>x</sup> vide in Psalm. 2. v. 2. Iudic. 5. 3.

<sup>y</sup> vide c. 11. v. 1.

<sup>z</sup> turbo, procella <sup>a</sup> vt æqualis sim

<sup>b</sup> defuit, desideratus est, detractus est

<sup>c</sup> meo

<sup>d</sup> seculi, olim, æternitatis <sup>e</sup> lassabitur, defatigabitur <sup>f</sup> datiuus


<sup>g</sup> lasso, defesso, defatigato

<sup>h</sup> vt v. 28. <sup>i</sup> pueri, adulescentes

<sup>k</sup> Genitiuus

<sup>l</sup> ala, pluma

<sup>m</sup> vt v. 28.



## COMMENTARIA.

VERS. I.



CONSOLAMINI, CONSOLAMINI POPVLE MEVS.] Heb. *Consolamini, consolamini populum meum.* subaudi cum Chaldæo & ferè omnibus, ò vos propheta: siquidem verbum **נחם** *nicham* in *Pihel*, vt hic ponitur, semper in Scriptura actiue sumitur. Notant, horum duorum capitum, quæ coniungunt, vnicam concionem esse, vt

ipsa argumentorum series ostendit manifestissimè. Sunt autem, inquit, huius concionis quatuor præcipuæ partes: prima est, propositio beneficij Euangelici, vsque ad vers. 12. secunda est, confirmatio promissionum Euangelicarum luculentissima, vsque ad vers. 10. sequentis capituli: cui adhæret repetitio & exornatio eorundem promissionum, inde vsque ad vers. 21. tertia est, confutatio idololatrarum, & eorum omnium,

omnium qui non acquiescunt Deo, vers. 21. & quatuor sequentibus : postrema est conclusio de integro asserens promissiones Dei, à versu 26. ad finem vsque capitis 42. Propositionis verò pars est proleptica, vniuersè Euangelij beneficia prænuntians, duobus primis versibus; pars verò distinctè prædicationem Euangelij accommodat primum Ioanni Baptistæ præcuratori Christi, vers. 3. & duobus sequentibus; deinde apostolis omnibus & ministris Euangelij, à vers. 6. ad 12. Quæ omnia cum ad consolationem Ecclesiæ olim labefactatæ, & iacentis pertinuerint, & misericentissime à Deo vno impetu præter expectationem omnium fuerint præstita, propterea Deus vehementiam ac celeritatē facti ex abrupto indicat per repetitionem, *Consolamini, consolamini, &c.* cuius repetitionis in Scriptura vsus, vide Genes. 41. vers. 32. Nonnulli volunt repetitionem hinc indicare, non qualemcunque consolationem, sed plenam, absolutam, diuinam bonorum omnium, quæ Euangelium attulit. Obseruant, iam hinc incipere apertiora oracula de redemptione per Christum, vt deinceps non tam propheta videatur Isaia, quam Euangelista.

VERS. 2.

LOQUIMINI AD COR, vel super cor, IERUSALEM.] vide Genes. 34. vers. 3. Quidam hinc reddunt: 1. *Loquimini blandè ipsi Ierusalaim.* 2. *Loquimini, quæ grata sunt futura ipsi Ierusalaim.* 3. *Verbis blandis & suauibus lenite mœstitiã Ierusalaim.* 4. *Loquimini, quæ sunt cordi urbi Ierusalaimorum.*

ET ADVOCATE EAM.] ad pœnitentiam, & ad recipiendum Euangelium. Hebr. & vocate, seu clamate ad eam. id est, clara voce annuntiate ei, prædicate ei, nimirum hæc sequentia, *quod completa sit militia eius, & cætera.*

QUONIAM COMPLETA EST MILITIA EIVS.] sic enim legendum in Nostro, & non, *malitia*, consentiunt eruditi quique. מצבא *tzeba*, militia propriè, seu exercitus: & sic perpetuo etiam à Nostro reddi consuevit. Forsterus annotat, hinc sumi pro tempore certo & ad rem aliquam perficiendam constituto, vt Iob 7. vers. 1. & hunc Isaia locum Marci 1. vers. 14. explicari: [*Impletum est tempus, instatque regnum Dei, &c.*] vbi de tempore cultus & ministerij Leuitici est dictum. quasi dicat, impletum est tempus militiae Leuiticæ & legalis, consummatum est totum illud ministerium Leuiticum, iam non amplius militandum est in tabernaculo seu templo, noua Euangelij militia est exercenda, de qua Paulus 1. Timoth. 1. vers. 18. [*Vt milites pulchram militiam.*] Nam תצבא, militia, seu stationem militarem, quæ certo tempore & ordine decenter in Ecclesia constituitur & administratur, significare, pluribus nobis annotatum est in Exod. 38. vers. 8. & Numer. 4. vers. 3. Nonnulli hinc vertunt: & prædicate ei, *completum esse tempus præfinitum eius.* Quidam exponunt, absolutum esse tempus afflictionis & laborum eius. Alij aduenisse tempus visitationis & auxilij, quo acceptura est consolationem. Sed aptius ad sequentia referatur, adesse tempus eius, quo dimissa est iniquitas illius,

& cætera. Alij tempus definitum à Patre. Galat. 4. vers. 4.

DIMISSA EST INIQUITAS ILLIVS.] Verbum מצבא *raizab*, in Niphal diuersimodè hic explanant, 1. *quia perfecta est, vel completa est iniquitas eius.* id est, pœna iniquitatis eius, vt Genes. 15. vers. 16. & alibi passim. 2. *quia placabilis facta est iniquitas eius.* id est, iam Deus placatur iniquitati eius, seu parcit, aut propitiatur, expiabilis, vel expiata est iniquitas eius. 3. *exolutam esse iniquitatem eius.* 4. *quod sumpta est pœna iniquitatis ipsius.* 5. Forsterus, Mercerus, Forerius: *quod accepta, grata, est iniquitas eius.* id est, pœna iniquitatis. qua animi pœnitentia ducti, agnitione iniquitatis afficiuntur, ea approbatur, accepta & grata est, & habent in pœna pœnitentiæ bonam voluntatem, & complacentiam. Simili phrasi legitur in voce actiua Leuit. 26. vers. 41. ex quo loco propheta eam desumpsit: vide Comm. in eum locum.

SUSCEPIT DE MANU DOMINI DUPLICA PRO OMNIBVS PECCATIS SVIS.] Quidam in bonum istud accipiunt: numerus, inquit, finitus pro infinito, ac si dicat: Conferet illi Dominus multa beneficia loco pœnarum quas meritò & iustè datura erat pro peccatis suis: tantum abest, vt puniatur sit eam pro ratione delictorum. Alij in malum, eam accepisse de manu Iehouæ duplum pro omnibus peccatis suis. id est, plus satis pœnas luisse, satis superque castigatam fuisse, ad Dei iudicium, vt infra cap. 61. vers. 7. & Ierem. 16. vers. 18. & Apoc. 16. vers. 6. Deum non amplius meritas ab illa pœnas reposcere, atque ita contentum esse iis, quas Christus vas & sponsor Ecclesiæ pertulit, quasi Ecclesia ipsa lisset pœnarum duplum, remissionis peccatorum, & reconciliationis cum Deo nomine: atque hæc duo sunt officia promissionum Euangelij, remissio peccatorum & reconciliatio in Christo, quæ sequentibus versibus circumscribuntur prædicatione Ioannis Baptistæ, & sequentium seruatorum Dei.

VOX CLAMANTIS IN DESERTO: PARATE VIAM DOMINI.] Hebr. potest reddi, *vox clamans, & vox clamantis in deserto.* quasi dicat, Videor mihi audire vocem quandam clamantem, & vocem cuiusdam clamantis. Nonnulli istud de restitutione ab exilio Babylonico accipiunt, quod tempore Cyri, ad eius imperium facta fuerit præconis vox, vt per deserta quæuis loca pateret via Israëlitis redeuntibus: vnde sumpta occasione in Christum rapitur propheta: vide Ierem. 31. vers. 2. Cæterum prophetiam esse de Ioanne Baptista præcuratore Christi, disertissime sacri Euangelistæ testantur, Matth. 3. vers. 3. Marc. 1. vers. 3. Luc. 3. vers. 4. & ipsemet Ioannes de se affirmat, Ioan. 1. vers. 23. Ambiguum est autem an Ioannes dicatur esse ipsa vox clamans, seu clamantis: vel intelligatur esse ille, cuius vox clamans vel cuius clamantis vox, hinc describitur à propheta. Primo modo plerique accipiunt, quod Ioannes dicatur vox, quia ex se nihil dicebat, sed quæ audierat à Deo. Sed secundus sensus est aptior. Tremellius & Iunius reddunt: *Vox clamantis, In deserto parate viam Iehouæ,*

VERS. 3.

et c. [Hæc verba auctore Christo, & Evangelistis omnibus de Ioanne Baptista accipienda sunt, cuius exponitur primum prædicationis summa, hoc versu; deinde effecta, versu sequente; ac postremo finis summus, versu 5. Nam quod aliis placet ad reuersionem ex deportatione pertinere, minime probatur nobis, cum propter auctoritatem eorum, quos modo diximus; tum etiam propter verborum proprietatem, quæ non nisi coactè ad reditum populi possunt accommodari, cum potius respiciant aduentum Deum. Ergo quod ait, vox clamantis, vel voce clamantis, idem est ac si dicat: Hoc est exordium consolationis, remissionis peccatorum, reconciliationis in Christo, demum Evangelij, prædicationis Ioannis: In deserto parate viam Iehouæ. Hoc, inquit, ita distinguendum esse, ostendit Hebræa distinctio, & comparatio sequentis membri: neque dubitamus quin eadem distinctio seruanda fuerit in Novo Testamento: sunt autem hæc allegoricè dicta de fide in aduentantem Christum, & de penitentia in remissionem peccatorum.] Sanè vt prædicationis Ioannis in deserto communem illam & receptam distinctionem exposcere videatur: hanc tamen Hebraicam esse aptiorem contextui hîc & ibi, negare non possumus.

PARATE VIAM.] Verbum פּנּח pinnah in Pihel multifariam hîc reddunt: 1. repurgate viam. 2. auertite, amouete, viam. id est, quæcunque impedimenta viæ. 3. complanate viam. 4. scopate viam. Italice, sgombrate. 5. expedite viam. Notant, id verbum in ea coniugatione idem esse ac faciem reddere, vel dare, seu facere quod res habeat faciem, neque aliquid habeat aut sordidum, aut inæqualitatis, seu asperitatis, vel indecentiæ, quod dignum sit remoueri à conspectu seu loco, seu via. Facile reddiderim: *Faciate viam ipsius Iehouæ*, id est faciem, decorem, ornatum date ei, ornate, apparate, conspicuam facite, aptate, viam Iehouæ. vide in Genes. 24. vers. 31. & Leuit. 14. vers. 36.

RECTAS - FACITE IN SOLITVDINE SEMITAS DEI NOSTRI.] Alij ex Hebr. 1. in solitudine planam - facite semitam Deo nostro. 2. adequate in solitudine aggerem Deo nostro.

VERS. 4.

OMNIS VALLIS EXALTABITVR; &c.] Hunc versum quidam ex Hebr. ita conuertunt: *Omnis vallis attolletur, & omnis mons, collisque deprimentur: & abibit, quod curuum est, in planum, & salebrosa in conuallem.* id est ex omni hominum genere multos conuertet Ioannes ad Dominum Deum ipsorum, &c. vt paret Domino populum constructum, qui cum agro, aut itinere comparari solet: vide Lucæ 1. vers. 16. & 17. & 76. & cap. 3. vers. 3. & sequentibus.

PRAVA.] עקוב ghakob, singulare aiunt esse calcatu asperum, indomitum, quod calcatum ruere facit, & quod non satis vestigia sinat fir, mare. Alij, supplantatorium. plerique curuum, prauum, distortum, obtortum, tortuosum, obliquum, inæquale, peruersum. Nonnulli fraudulentum, deceptorium. vt sunt loca in viis, quæ in speciem plana & secuta videntur, sed abditis voraginibus & hiatibus facile viatores

decipiunt & hauriunt. Aliqui hîc reddunt: *& erit asperitas in planitiem.* vide in Jerem. 17. vers. 9.

ET ASPERA.] רחסימ rechasim, eleuationes, excelsa, elata hinc inde, salebrosa. vide Psalm. 30. vers. 21.

ET REVELABITVR GLORIA DOMINI.] Quidam: *Et conspicua erit gloria Iehouæ.* id est, Christi, Ioan. 1. v. 14.

QVOD OS DOMINI LOQVVTVM EST.] Hebr. quia os Iehouæ loquutum fuit, videbunt omnes homines Christum æterni Patris Filium prædicantem, & annuntiantem suum Euangelium. Aliqui hunc versum ita conuertunt: *vt reueletur gloria Iehouæ; & videat omnis caro pariter, os Iehouæ loquutum esse.* quasi dicat, finis summus prædicationis Ioannis est, vt ipso indice & prodromo gloria Christi manifestaretur mundo, & omnes agnoscerent Agnum Dei tollentem peccata mundi, & prædicantem Euangelium.

VOX DICENTIS, CLAMA.] Alij: *Vox dicens, Prædica, &c.* Altera pars prædicationis, vt dictum est in vers. 1. qua exponuntur, primum vocatio apostolorum, ministrorumque Dei, ab ipso: secundò, donum, quod nunquam à vocatione diuellit Deus; tertio, summa prædicationis, vt de Ioanne Baptista dictum est. Continet autem prædicationis Evangelica primum doctrinam penitentia, qua homo totus prosternitur, vt salutem non à se, sed à Deo quærat, tribus versibus; dein de doctrinam fidei in Christum, & promissiones eius tribus versibus alteris.

Vox dicentis, Clama. Et dixi. Hebr. Et dixi, seu potius dicet. scilicet vox, vel ille, qui vocem emittebat. *Quid clamabo?* videtur esse dialogismus inter Deum instituentem apostolos, & ministros Euangelij, & inter ipsos prædicatores: quo Deus informat prædicatores de suo munere, vt initium suæ prædicationis sumant à penitentia, quæ potissimum consistit in agnitione sui & prostratione coram Deo, &c. Quidam hunc versum reddunt: *Vox dicens, Prædica, etiam dicit, quid prædicaturus sim.* id est, mandatum Dei, quod me vocat ad Euangelij ministerium, etiam tribuit mihi donum ministerij, docens me, quæ prædicaturus sum: *Omnem carnem esse gramen, etiam omnem benignitatem eius similem esse flori agri.* id est, quidquid benignissimè in eam contulit Deus ad naturæ ornamentum & bonum. Nam hæc verba hominem animale spectant, prout in se ipso est; ac non regnitum Spiritu sanctificationis in Christo.

ET OMNIS GLORIA EIVS.] חסד chesed, pietas, misericordia, clementia, benignitas, beneficentia, gratia, bonitas. LXX, Noster, & Petrus 1. cap. 1. v. 24. gloria. Putant nomine CHESD hîc significasse prophetam, quidquid in homine est præstabilissimum ex naturæ, morumque donis, absque gratia sanctificante.

EXSICCATVM EST FVNVM, &c.] Alij ex Heb. 1. *Aruit gramen, emarcuit flos, quia Spiritus Iehouæ flauit in illum.* 2. *Exarscit gramen, decidit flos, quum Spiritus Iehouæ perfluit ipsum.* Sic versu sequente,

Spiritus Domini. vel ventus validus: vel iussio,

VERS. 8.

iussio & impulsus Iehouah : vt Genes. 1. v. 1. VERBUM AUTEM DEI NOSTRI MANET IN AETERNUM. ] קִיִּם *in* surget ; *stabit* ; *consistet* , *confirmabitur* , *stabilietur* ; *subsistet* ratum , *firmum* , *constans*. Quidam : *at verbum Dei nostri permanet in seculum* q. d. hoc vnum semen incorruptum est & immortale ; quod potest seruare animas hominum , vt dicitur 1. Petri , 1. v. 23. & Iacob. 1. v. 21. sic comparatur transitus ad sequentem locum de fide in Christum , & in verbum eius. Itaque verbum hoc , ipsum Euangelium accipiunt. Sane Petrus hunc locum ita interpretatur : *[Renati non ex semine corruptibili , sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in aeternum. Quia omnis caro vt fœnum , & omnis gloria hominis vt flos fœni. exaruit fœnum , & flos eius decidit : at verbum Domini manet in aeternum. Hoc autem est verbum quod euangelizatum est in vos.]* Nonnulli hîc ipsam aeterni Filij Dei personam in substantia accipiunt , qui Verbum est Patris , è Ioann. 12. v. 34. *[Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in aeternum.]* Sed id non satis congruit cum interpretatione Petri.

VERS. 9.

SUPER MONTEM EXCELSVM ASCENDE TV. ] Hebr. *ascende tibi*. Pronomen *tibi*. est fœmineum , vt de fœmina videatur loqui. Hispanicè eleganter dicimus : *Subete*. vide in Genes. 12. v. 1.

QUI EVANGELIZAS SION. ] מְבַשֶּׁרֶת *mebassereth* , participium fœmineum , *euangelizatrix* , *annuntiatrix* , Hispanicè voce consona , *embaxadora*. Tzizon , potest esse vocandi casus , è Tzizon *euangelizatrix*. id est , quæ prima annuntiabit euangelium , supra cap. 2. vers. 3. & potest esse secundi vel tertij casus , *euangelizatrix Tzizonis* , vel *Tzizoni*. vt ipsa Ecclesia intelligatur euangelizate Tzizoni , hoc est , Synagogæ. sic quoque in sequente membro ; *euangelizatrix Ierusalaim*. Quidam reddunt : *Montem altum conscende* , è *quæ euangelizas Tzizoni* , *auolle in potentia* ; seu *potenter vocem tuam* , *quæ euangelizas Ierusalaimis* , &c. Adhortatio ad Ecclesiam , vt palam , intrepidè , & cum libertate summa promulget aduentum Christi , doctrinamque fidei. Noster sequutus LXX. *in* culceæ reddidit , *tu qui euangelizas Tzizoni*. vt ad prophetam , seu quemuis apostolum , & prædicatorem Euangelij referatur.

ECCE DEVS VESTER : ] Christus adueniens , qui versu sequente dicitur : *Sustentator Iehouah*.

VERS. 10.

ECCE DOMINVS DEVS IN FORTITVDINE VENIET , ET BRACHIVM EIVS DOMINABITVR. ] Varie ex Heb. reddunt : *Ecce Dominus Iehoua cum forti veniet* ; id est , cum forti & valido exercitu , & *brachium eius dominium dabit ei*. vel *dominans* , seu *dominatur ei* ; vel *in ipso* , vel *ex se* , seu *sibi*. 2. *Ecce sustentator Iehoua in impetu veniet* , & *brachium eius dominatur ex se*. 3. *Ecce Dominus Iehoua cum firmitudine veniet* , & *brachium eius potestatem sibi vendicans*. id est , veniet obfirmato animo , quasi omnem difficultatem euicturus , & omnem potestatem extollentem se deiecturus , vt reducat inobedientes ad obedientiam fidei , & debellet vniuersam *Maluenda* , in libr. *Isaia*.

tyrannorum potentiam ; & brachio suo sibi imperium peperit , & præminentiam sibi vindicauit. 4. *Ecce Dominus Iehoua veniet in robore & brachium suum dominabitur per sese* ex se se potens erit , q. d. propria virtute sua pariet sibi ac nanciscetur dominium , potestatem , ac imperium. 5. *Ecce Dominus Iehoua contra robustum venturus est* , & *brachium eius dominaturum est in illum*. Promissionum in aduentu Christi , quas pij amplectuntur fide , partes exponuntur duæ , vna potentissima operatio in aduersarios , & hostes Euangelij ; hoc versu ; altera lenissimus piorum ductus , cura & administratio , versu sequente.

*Dominus Deus*. ADONAI IHVH quidam legunt , *Iehoua*. cuius nominis rationem ac vim expositam habes in Notis ad Genes. 2. v. 4. & in Cap. 15. v. 2.

*in fortitudine*. פִּיִּן *chazak* ; cum duplici *ca-meiz* , plerumque est adiectiuum : vnde hîc reddunt : *in* , *cum* ; *forti* ; *robusto* , *intenso* , *vehementi* , *pertinaci* , *impetuoso*. scilicet , exercitu veniet : vel *aduersus fortem* , *robustum* , &c. videlicet aduersarium , seu tyrannum , veniet. Alij notant hîc semel cum Beth ab initio BECHAZAK in abstracto sumi , *cum* vel *in robore* , *impetu* , *vehementia* , &c. veniet.

ECCE MERCES EIVS CVM EO , ET OPVS ILLIVS CORAM ILL O. ] Notant idem bis dici , nam *opus* hîc sumi pro mercede operis : vide in Deuteronom. 19. vers. 13. bifariam accipiunt , 1. passiuè , q. d. Christus gnauiter & strenue incubuit operi redemptionis , quia præmium & mercedem magnam inde reportauit , Hebræor. 12. vers. 2. & Philip. 2. vers. 8. & 9. 2. actiue , q. d. Christus omnibus laborantibus in Euangelio promptam , paratam , expeditam mercedem & præmium offert. Nonnulli *mercedem & opus eius* , exponunt ipsos fideles , qui merces laboris & mortis Christi fuerunt , quos semper Christus præ se habet , ac ducit , fouetque , vt versu sequente dicitur. Quidam , ita accipiunt : *ecce merces illius robusti* , seu *aduersarii apud ipsum Deum est* , & *opus illius coram ipso*. id est , proculdubio rependet peccata eius , quæ omnia sunt exposita in oculis Dei.

SICVT PASTOR GRËGEM SVVM PASCET , &c. ] Alij : *Velut pastor gregem suum pascet* , *in brachium suum congregabit agnellos* , & *in sinu suo portabit* , *facias ducet commode* seu *suauiter*. commendat maxime hîc locus charitatem & mansuetudinem Christi qui fideles suos paruos & magnos , validos & inuvalidos cura verè pastorali regit , ducit , fouet , & conferuat.

QVIS MENSVS EST PVGILLO A QVAS ? &c. ] Confirmatio , inquit , promissionum proxime præcedentium , vt dictum est in vers. 1. petitur à duobus locis , nimirum à comparatione rerum creaturarum cum ipso creatore , quarum natura , vis , opus , efficacitas , &c. demonstrantur nihil ad Deum accedere , vsque ad vers. 18. vnde eruuntur certi doctrinæ loci vsque ad finem capituli : deinde ab enartatione operum singularium Dei , in Abrahânum & Ecclesiam totam capite sequente vsque ad vers. 10. ex qua narratione nascitur repetitio earundem promissionum.

& amplificationis, eodem capite vsque ad v. 21. sunt autem comparationis argumenta tria: primum est ab omnipotentia Dei in creatione & sustentatione rerum omnium demonstrata, hoc versu: secundum, ab omnimoda sapientia duobus sequentibus: tertium à maiestate infinita, vers. 15. 16. & 17.

PUGILLO A QVAS? ] Heb. in pugillo suo aquas? Hac voce inquit, & sequentibus aliis exponit propheta quā sit facile Deo res omnes creatas sustentare & regere, ut quaecunque promisit nullo negotio & rebus omnibus sibi ministrantibus exequatur. q. d. quemadmodum res minimas his exiguis modis & instrumentis homines capiunt, tractant & appendunt; ita Deo tam facile adeoque facilius est hanc vniuersitatem rerum & singulas eius partes minimò negotio regere arbitratu suo.

PONDERAVIT? Alij ex Heb. 1. palmo direxit? 2. mensus est? vel dimittendo concinnauit? 3. perpendit, aestimauit. 6. fabricauit. De notatione verbi תכנן *thiccen* vide in Psal. 74. v. 4.

QUIS APPENDIT TRIBVS DIGITIS MOLEM TERRÆ? Alij ex Heb. 1. & mensus est mensura ternaria, seu magna puluerem terræ? 2. & consummauit in ternario, puluerem terræ? 3. & sustinuit, vel sustentauit ternario puluerem terræ, 4. aut complexus est orientali puluerem terræ. 5. aut continuit, totum comprehendit ternario, seu tribus digitis puluerem terræ? Verbum כול *cul* hac omnia complectitur, posuit, sustinuit, sustentauit, consummauit, vniuersitauit, id est, vniuerse in totum cepit, comprehendit, propriè, calculauit. Vide Genes. 45. v. 11. De שליש *schalisch* mensura diximus in Psalm. 79. v. 6.

VERS. 13. QVIS ADIUVIT SPIRITVM DOMINI? idem verbum תכנן, quod superiore versu Noster ponderante reddidit: hinc variè recipiunt: 1. Quis direxit, id est, instruxit, vel erudiuit. 2. Quis mensurauit, mensus est. 3. Quis parauit, aptauit, disposuit. 4. Quis fabricauit. 5. Quis expendit, perpendit, aestimauit spiritum Iehouæ: quasi omnibus suis dimensibus perspectum habuit, expendit, pensitauit, accurate perpendit, certo-mensus est & explorauit. Obseruant Paulum Romanor. 11. v. 34. & 1. Corinth. 2. v. 16. reddidisse hunc locum. [ Quis cognouit mentem Domini? ] securum nimirum LXX.

AVT QVIS CONSILIARIVS EIVS FUIT, ET OSTENDIT ILLI. ] Alij ex Heb. 1. & quis vir consilij eius, indicauitque illi. 2. ut vir à consilijs ei, docuit eum?

VERS. 14. CVM QVO INIIT CONSILIVM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Cum quo iniit consilium, qui eum erudiret? quis docuit eum in semita iudicij id est, dispositionis orbis: quis docuit eum scientiam? & iter intelligentiarum intelligere fecit illum? id est, quis declarauit ei rationem, qua quid agendum esset, intelligeret. 2. cum quo communicauit consilium ut instrueret se, doceret que se iter iudicij: doceret, inquam, se scientiam & viam prudentiarum, seu summa prudentia notam faceret sibi.

VERS. 15. ET QVASI MOMENTVM STATERÆ REPUTATÆ SVNT. ] Alij ex Heb. 1. Et ut momentum, quod bilancem propendet, reputantur?

2. Et sicut leuitas, vel tenuitas, bilancium reputata sunt. id est, ut leuissimus puluis qui incidit in lances, nullius est ponderis. 3. Et tanquam flos puluisculi in lancibus reputantur, id est, minutissimum illud, quod lancibus hærere solet præ tenuitate sua, adeo leue est natura sua.

ECCE INSVLÆ QVASI PVLVIS EXIGVVS. ] Alij ex Heb. 1. En insulas velut tenuie proiciet, vel transferet alio. 2. Ecce insulas ut tenuie, subtile, minutum quid protelabit. à טליל *natal*, vel טיל *til*, deducunt. 3. Ecce insulas quasi tenuie operiet, obteget. טליל *à talal*, id est, facile est Deo insulas quasi tenui nebula operire & obtegere, atque submergere. 4. טליל *jitol* Futurum ex Niphal faciunt, verbi טיל: ecce insula, vel insularum multitudo, seu vnaquaque ex insulis, ut puluis tenuis exonerabitur. hoc est, diffabitur, dissipabitur. 5. ecce insulas tanquam tenuie sublaturus est, seu ablaturus, lenaturus. 6. En insulas ut rem minutissimam dispositurus esset. nimirum si placeret, tanta est maiestatis ipsius amplitudo, quod duo sequentes versus amplificant.

ET LIBANVS NON SVFFICIENT AD SVCCENDENDVM. ] Alij: 1. Et Libanus non satis esset ad incendendum ignem. 2. Et iam Libanus non sufficeret ad comburendum. 3. Et Libanus non sufficientia incendi.]

ET ANIMALIA EIVS NON SVFFICIENT AD HOLOCAVSTVM. ] Heb. & bestia, animalis, fera, vini, eius non sufficientia holocausti, vel holocausto, siue ad holocaustum. De voce חיה *chiai*, quam animal hinc reddunt, vide in Genes. 1. v. 24. Sensus huius versus ita concipiunt: Nec ligna Libani satis essent ad comburendum holocausta, nec animalia montis eius sufficerent holocaustis, videlicet si litandum esset ipsi pro amplitudine maiestatis eius.

OMNES GENTES QVASI NON SVNT, &c.] Hunc versum alij ex Heb. ita conuertunt, 1. omnes gentes tanquam nihilum sunt coram eo, seu respectu illius: minus quam nihilum & inane reputantur præ ipso. vel ipsi. id est, si conferantur cum eo. 2. omnes gentes è regione eius tanquam nihil sunt, & res inanes atque friuola reputantur illi comparata. 3. omnes gentes velut nihili sunt coram eo, minus nihilo & inanitate, vel plusquam nihilum & inane reputantur ei.

CVI ERGO SIMILEM FECISTIS DEVM, &c. Hunc versum variè alij ex Heb. exponunt: 1. Cui igitur assimilabitis Deum? & quam similitudinem disponetis ei? Vel ordinabitis, seu equabitis, aut equiparabitis illi? id est, adscribetis & accommodabitis illi. Vide Actor. 17. v. 29. 2. Cui ergo similem facietis Deum? aut quodnam simulacrum adornabitis ei. 3. Cui ego assimilabitis Deum fortem, & quam similitudinem comparabitis ei? Præcedenti confirmationis loco, ut diximus in vers. 12. subiiciuntur documenta duo prout legitima concionis forma postulat: prius documentum pertinet ad idololatrias, positum partim in reprehensione studij quo Deum idolis suis conantur effingere [frustra, tribus versibus; partim in redargutione inscientiæ ipsorum, quinque aliis versibus: partim in hortatione ad veram cognitionem Dei, versu 26: posterius

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18.

sterius vero documentum ad Ecclesiam pertinet, in quo partim reprehenditur diffidentia vers. 27. partim ad certam fiduciam reuocatur, ad finem vsque capitis.

VERS. 19. NUMQUID SCULPTILE CONFLAVIT FABER? &c.] variè hunc versum ex Hebr. elucidant: 1. Nonne sculptile constat faber? & aurifaber ex auro expandit illud, vel dilatat illud. id est, laminis aureis tegit illud, catenasque argenteas constat pro eo aurifer. scilicet, vt imponat collo eius ornatus causa. 2. sine interrogatione, Simulacrum fudit artifex, & aurifusor diducit illud, & argenteis laminis fusor obducit. 3. Nunquid sculptile fudit faber, & restor in auro distendit illud, & ligamenta argentea vrit? id est, Nunquid dignum est vt sculptile fundat faber, &c. vel an si sculptile fundat faber in auro vel argento, Dei similitudinem expressisse putandus est? 4. Sculptile tegit artifex, pingendo suis coloribus, vestiendo, &c. vt materia incerta sit & superstitione magis afficiat animos: & aurifex auro obducit illud: & catenas argenteas constat. quibus vinctum idolum stare possit. 5. Hispanicus Interpres: *El artifice apareja la imagen de tallo: el platero le esfiende el oro: y el platero le funde cadenas de plata.* scilicet, para atarlo que no cayga.

Nunquid. ¶ ha, potest esse interrogatiuum, & notificatiuum, vnde & interrogatiue, & affirmatiue exponunt.

Faber. פורש charasch, artifex, opifex, faber, operi intentus, industrius, artifex, dictus à tacendo, & intendendo operi, quod artifices silendo operi mechanico intenti sint.

Aurifex צורף izoreph, participium, seu nomen participiale, vrens, vstor, excoctor, conflator, fusor, purificator, qui metalla igne exurit, & à scoriis repurgat, & examinat. Sic in fine versus.

Figurabit. proprie, expandet, extendet, distendet, continuabit, extendendo confirmabit, diducet, condensando quasi rem prius fluidam & raram in latum extendet, vt solet æs, argentum, & aurum, &c. fluidum, & liquefactum in latum distendi.

Et laminis. רתוקות rethukoth, ligamina, vincula, clausura, claustra, catena, funes. Fortè inuit claustra illa vel cancellòs seu clathra argentea, quibus gentiles imagines deorum includebant: aut alludit ad morem piiscum, quo statuis deorum vincula iniiciebant, de quo Pierius lib. 48. Hieroglyphicorum, in laqueo.

VERS. 20. FORTE LIGNVM, ET IMPVTRIBILE ELEGIT.] Diuersimodè hunc versum ex Hebr. accipiunt. 1. plerique Hebræorum: Nonne thesaurarius. vel praefectus, prapositus, super oblationem, lignum, quod non putrescat, eligit? intelligunt praefectum iis, quæ reponuntur in thesauro vt sint in munus seu oblationem, ex quibus fieret sculptile. 2. sine interrogatione: Qui est praefectus oblationi lignum, quod non putrescat, eligit. 3. Qui est assuetus & edoctus ac exercitatus in elevatione, seu separatione & delectu lignorum, lignum, quod non putrescat, eligit. 4. De pauperibus, seu pauperum oblationi, vel ad oblationem lignum, quod

Maluenda, libr. Isaia.

non putrescat, eligit, quasi dicat; Diues facit sculptile ex auro vel argento, vt versu præcedente dixerat: at pauper eligit lignum impu- tribile, quod offerat vt ex eo sculptile fiat, quia non est ei facultas ex auro & argento conflandi illud. Hispanicus Interpres: *El pobre escoge para ofrecerle maderas, que no se corrompa.* id est, el que nolo puede hazer de oro, ni de fundicion. 5. Ad paupertatem redactus, in oblatione. id est, dum curat construendum aliquod idolum, quod postea offerat, ac dicit: lignum, quod non putrescat, eligit. 6. Qui opibus destitutus est, vel qui ad censum. id est, paupertatem redactus est, vt & is offerat, lignum eligit, quod non putrescit. 7. Nonne aditius ob questum lignum impu- tribile eligit? 8. Marinus; Inops elevationem lignum, quod non putrescat, eligit. 9. Forerius: Nunquid penuriosus pro oblatione lignum quod non putrescat eligit? vel nunquid pauper leuandam lignum, quod non putrescat, eligit? id est, Nunquid si qui aurum & argentum non habet, lignum offerat, & Deo velit dicare, vt ex illo sapiens faber simulacrum constituat, &c. putabitur Dei imaginem vere expressisse? 1. Forsterus: Pauper pro leuanda, lignum, quod non putrescat, sibi eligit. vel penuriosi leuanda est lignum quod non putrescat. ii. Tremellius, Iunius, Buxtorfius, Schindlerus: Indignus oblationis constructa forma, vt in libris nostris manuscriptis legitur: vel qui ita indignus est, vt non habeat, quod offerat, lignum non putrescens eligit: artificem peritum querit sibi ad parandum sculptile, quod non dimoneatur. Amplificatio vanissimi illius studij idololatrici ab exemplo egentium, qui cum non habent, quod offerant, quo regant, aut ornent idola sua, lignum firmiter à carie eligit: atque hoc pacto euincuntur omnes vanitatis, quæ in idolis est, cum hinc superiorum (vtcunque compta, occulta fuerint) vanitatem & infirmitatem videat. illi vero, qui ditiores sunt, damnent tenuitatem huius, & suorum idolorum inanitatem pigmentis suis testatam faciant.

Fortè. Particula ¶ ha potest esse & nota interrogandi, & notificandi, vt versu superiore: מֶסֶק מֶסֶק mesuccan, quidam faciunt participium, præteritum, seu passiuum Pihel verbi מֶסֶק sachan, alij nomen participiale, ac variè exponunt, thesaurarium, consuetudinarium, praefectum, prapositum: vel assuetum, edoctum, exercitatum. Plerique per antithesin, depauperatum, inopem, indigum, ad censum & pauperiem redactum, quasi censuratum, censum, penuriosum, opibus destitutum. Forsterus ait: [MESVCCAN participium præteritum secundæ coniugationis, adcollectus, thesaurizatus, scilicet olim, sed iam non amplius: atque idem est, quod decongregatus, de collectus, de thesaurizatus, hoc est penuriosus, sine penu & facultatibus, qui nihil habet honorum ad se pertinens: & est nomen priuatiuum.] volunt idem esse quod מֶסֶק mesuccan, Hispanicè mesquino, de quo vide in Ecclesiast. 4. vers. 13. Tremellius & Iunius norant in manu scriptis exemplaribus legi MESVCCAN cum Pathach, forma regiminis, seu syntactica: cum passim excusa omnia habeant cum Camet. Noster tensum potius sequutus

LI 1 foris

forte dixit, id est, congruum, commodum, conueniens, quod vsui esset: id enim proprie significat verbum SACAN. De תרומה *therumah* vide Exodi 25. vers. 2. Hic passim pro munere, & oblatione eximia & selecta accipiunt. Nonnulli Hebræorum, pro separatione & delectu, nempe pro eo, quod ex cæteris vt præcipuum & optimum eximitur, vt supra vidimus in tertia explanatione.

**VERS. 21.** NVM QUID NON SCITIS? &c.] Alij hunc versum ita ex Hebr. reddunt: 1. *An horum rudes estis? vel nonne scitis? subaudi, conscientia magistra. an hac non audiuistis? an non à rerum primordio hoc nuntiatum est vobis? an non docti estis à iactis terræ fundamentis.* 2. *An non cognoscitis? an non auditis? an non indicatur à principio vobis? an non intelligitis inde à fundamentis terræ? id est, à conditu mundi. Redargutio elegantissima, vt diximus in vers. 18.*

NVM QUID NON INTELLEXISTIS.] Scilicet cum discrimine, & obseruauistis cum iudicio, dijudicauistis, deprehendistis, *fundamenta terræ?* Exponunt: ab ipso nimirum Deo iacta fuisse, neque alium fuisse auctorem & opificem orbis. Quidam hunc versum ita accipiunt: Ex tribus, inquit, istis errorem vestrum agnoscere deberetis: ex cognitione vestra naturali: aut ex audita librorum lectione; aut ex traditione, quæ ab antiquis & primis venit hominibus; vel saltem fundamenta terræ, id est quatuor elementa, inter quæ versamini, vos ducere debuerant in cognitionem vnius & veri Dei, qui iis præfidet; & ea pro voto suo gubernat: Nonnulli: *an non intelligentiam didicistis, seu percipistis, ex fundamentis terræ.*

**VERS. 22.** QUI SEDET SUPER GYRUM TERRÆ, ET HABITATORES EIVS SVNT QVASI LOCUSTÆ, &c.] Quidam antecedentibus iungunt, ac reddunt: *eum, qui insidet ambitui terræ, cui habitatores eius sunt velut locustæ, &c.* id est, Deum, periphrasticos: sed propterea circumlocutio adhibetur, & hanc congeriem operum mirabilium Dei necesse fuit exponere, vt plana essent huius redargutionis argumenta, cum ab ordinaria administratione, hoc versu: tum à singulari, quæ præter naturæ ordinem euenit, duobus sequentibus.

*Super gyrum terræ:* Alij: *super globum terræ.* Nonnulli: *super horizontem terræ.*

VELVT NIHILVM. קיד *dok*, proprie, *tenuë, subtile.* Alij, *pellem, cuius, seu membranam,* interpretantur à tenuitate sic dictam: alij *cortinam, conopaum, aulaum.* Nonnulli, *nebulam,* quod tenuis sit, Hebræi ajunt esse *cortinam,* seu *pellem* ex qua fiunt & constant tabernacula iuxta illud Psalm. 103. v. 2. [ *Extendens calos sicut cortinam.* ] Quidam reddunt: *sicut telam tenuissimam.*

**VERS. 23.** QUI DAT SECRETORVM SCRVTATORES, &c. Alij hunc versum ex Heb. 1. *Qui redigit potentes in nihilum, & reddit iudices terra vt sint inanes.* 2. *Qui disponit dominatores, seu gubernatores in nihilum, iudices terra sicut rem inanam efficit.*

**VERS. 24.** ET QVIDEM NEQVE PLANTATVS, &c.] Hunc versum ex Heb. reddunt: *etiam non sunt*

*plantati, neque sati sunt, neque etiam radices egit in terra truncus eorum: & etiam fiat in eos, & arescunt, turboque velut stipulam auferet eos.* 2. *Vt etiam de iis dicatur, Non fuerunt plantati: neque sati fuerunt, &c.* 3. *Perinde ac si non fuissent plantati, neque sati fuissent, neque etiam radices egisset truncus eorum: quin quum sufflat, in eos, arescunt, turboque, &c.* Comparat eos arboribus: q. d. ita abolerentur quasi nunquam fuissent plantati, aut sati, &c. 4. *quin vt neque plantentur, neque seminentur, neque radicem fundat in terra stirps eorum: ad hac, protinus vt in eos fiat, exarent, & turbo eos tollit vt stipulam.* 5. *neque plantantur, neque feruntur, neque radicatur in terra succisus truncus eorum: quin etiam sufflato eo in illos, exsiccantur, ac turbo quasi stipulam tollit eos.* Ergasia allegorica à plantarum & seminum similitudine, exponens id, quod modo propheta dixerat, Deum disponere in nihilum & sicut inanitatem efficere gubernatores, & principes. Etiam plantis, inquit, seminibusque, &c. à natura plus inest facultatis quam idolis omnibus. 6. *Necdum plantati, nequedum sati, nequedum radicatus in terra truncus eorum erat, quum subito flauit in eos, & aruerunt, & tempestas quasi quisquilias eleuauit eos.* id est, reges & tyrannos statim initio imperij aufert & de medio tollit, nulla relicta sobole, &c.

ET CUI ASSIMILASTIS ME, &c. Quidam: *Cui ergo assimilaretis me, vt equalis essem, ait Sanctus, Conclusio redargutionis, vt supra vers. 18.*

**VERS. 25.** LEVATE IN EXELSVM OCVLOS VESTROS.] Heb. sine præpositione. *leuate eleuationem, celsitudinem, sublimitatem oculos, &c.* Veleleuatione, celsitate, &c. id est, quam altissime, & sublimissime, quam maxime leuate. Quidam: *Attollite in sublime oculos vestros.* Hortatio didascalica, vt diximus in vers. 18. de agnoscendo Deo, cum ex creatione huius vniuersitatis, tum ex imperio summo.

**VERS. 26.** QUI EDUCIT IN NUMERO MILITIAM EORVM.] Alij: *producens numero suo exercitum ipsorum.* id est, qui omnia sidera educit & instruit per turmas & numeros vt imperator exercitum. vel qui suis quælibet astra temporibus oriri facit certa lege dierum, horarum, & momentorum numero seruato. Vide in Genes. 2. v. 1. & Psalm. 146. v. 4.

ET OMNES EX NOMINE VOCAT.] Heb. *omnibus eis in nomine vocabit.* Alij: 1. *omnibus illis nominatim acclamabit.* 2. *vocatque ea omnia sigillatim nominibus.* q. d. Deus. sideribus, stellis, astris, & omni cælorum exercitu utitur pro arbitrio suo, ac si quis seruis suis imperarer, nominatim ipsos ad se vocans. 3. *quis ista omnia vocet de nomine? id est, nominatim imperet, vt Psalm. 146 v. 4.*

PRÆ MULTITVDINE FORTITVDINIS, ET ROBORIS, VIRTVTISQVE EIVS, NEQVE VNVM RELIQVVM EVIT.] Hanc partem nostra Translatio verbatim ex Hebr. transfudit, diuersimodè alij: 1. *præ multa fortitudine, & forti potentia, subaudi hæc facit: ne unum quidem deest.* Commendat Dei potentiam. quali dicat, Adeo fortis & potens est Deus, vt simulatque aliquid manda-



uit, omnes siderum exercitus promptum ei obsequium præstent: nec vnum quidem desit, quod non mox pareat acclamanti & iubenti.

2. præ multa fortitudine & forti potentia, ne vnum quidem deficit. vt istud referatur ad stellas & totum cælorum exercitum. quasi dicat: Est vniuersus ille cælorum exercitus adeo multa fortitudine & robore præditus, vt nullum sidus aut astrum sua vi & fortitudine priuetur aut deficiat: sed omnia sua munia & officia perenni & continente vi indeficienter perpetuo obeant. Hispanicus Interpres: *ninguna estrella faltara por la multitud de sus fuerças, y por la fortaleza de la fuerça.* scilicet, *con que las rige.* 3. *vocatque ea omnia sigillatim nominibus iuxta multiplicem efficaciam & robur virtutis eorum, vt ne vnum desit, quod se ei non sistat aut non pareat imperanti.* 4. *præ multitudine virium, & robore virtutis, vt ne vnum quidem deesset.* 5. Forsterus: *à multitudine cupiditatum, & robore potentia, vel & surrectus virtute, vnum non decedet. vel non defuit.* 6. *præ multitudine virium & strenua virtute ne vnum quidem subtractum fuit.* 7. præcedentibus neclunt: *quis ista omnia vocet de nomine, præ amplitudine virium, prout fortis est robore, adeo vt quidquam non desit. quin sistat se coram vocante & ipsi pareat. Nos ita expressimus: præ multitudine concupiscentiarum, seu cupiditatum, & surrectus virtutis. vel & surrecta, strenua, virtute, vi, robore, potentia.*

*Vir.* id est, quique, aliquis, vel quidquam, aliquid, vnum, non defuit. hoc est, pro multiplici & omnifaria, atque infinita Dei voluntate, ac beneplacito, & quia strenuissima vi præditus est, nullum ex exercitu cælorum subtractum aut desideratum est, vel defuit aut defecit, à sua virtute & natura, munereque, vel à Dei obedientia & imperio.

*Fortitudinis* Hebr. pluraliter **וְיָמִין** *onim* exponunt, *fortitudinum, virium, roborum, potentiarum.* Aliqui, *concupiscentiarum.* vel *cupiditatum:* vide in Genes. 49. vers. 3. & quamuis hanc vocem sæpius in malum accipi notent, tamen hic & infra vers. 29. & Osee 12. vers. 3. in bonum sumi volunt.

VERS. 27.

QVARE DICIS IACOB, &c. ] Alij: *Quare diceres Iahakob, & loquereris Israël, &c.* Alter documentorum locus spectans ad Ecclesiam, vt in vers. 18. ostendimus.

ABSCONDATA EST VIA MEA A DOMINO, ET A DEO MEO IUDICIUM MEVM TRANSIVIT? ] Quidam: *Abscondita est via mea à Iehoua & à Deo meo causa mea prateris.* id est, Deus nullam amplius habet rationem mei, nec porro curat me. Sic anticipat propheta infidas populi querimonias, in quas plerique delapsi sunt ante aduentum

Christi propter diurnas & graues calamitates suas, quarum nomine dixerat vers. 1. *Consolamini, &c.*

NVMQVID NESCIS, AVT NON AUDISTI? &c. ] Alij hunc versum sic ex Hebr. elucidant: 1. *An non scis? an non audisti, seu percepisti, quod sempiternus Deus & Iehoua ille, qui extremitates orbis condidit, non laborat, seu fatigatur, nec lassitudine fatigatur, neque prudentia eius peruestigari potest?* 2. *An non nouisti? nonne auduisti Deum aeternum Iehouam, creatorem extremitatum terra, non defatisci, neque defatigari?* id est, quemadmodum non desinit gubernare extremitates terræ, ita non desinere ipsum aut cessare à curatione Ecclesiæ suæ: nulla est peruestigatio prudentia eius.

VERS. 28.

ET IIS QUI NON SVNT, FORTITVDINEM ET ROBUR MULTIPLICAT. ] Alij ex Hebr. 1. *& cui non sunt vires, robur multiplicabit.* 2. *& cui non sunt cupiditates, robur multiplicabit.* nam lassus, ac defessus caret cupiditatibus. 3. *& ei, quem vires deficiunt, robur abunde suppeditat.* 4. *& defecto viribus robur copiosè suppeditat.*

VERS. 29.

DEFICIENT PVERI, &c. ] Alij ex Hebr. 1. *Adolescentes fessi & anhelati redduntur: & iuuenes selectissimi omnino concidunt.* 2. *Defatiscuntur quidem pueri & defatigantur; & iuuenes prorsus impingunt.* Ergasia superioris dicti per antithesin luculentissimam: Ruunt quidem, inquit propheta, quicumque aut impudentia tanquam pueri non respiciunt ad Deum; aut præfidentia tanquam iuuenes feroces ipsum negligunt, sed bene est illis, qui expectant Deum.

VERS. 30.

MVTABVNT FORTITVDINEM. ] Alij: 1. *commutabunt, seu innouabunt, id est, recuperabunt robur.* 2. *mutant vires.* videlicet, in melius, id est, auferunt & confirmantur. 3. *novas subinde vires recipiunt.* seu *novum robur accipiunt.* Sic cap. 41. vers. 1.

VERS. 31.


ASSVMENT PENNAS SICVT AQVILÆ, &c. ] Hebr. *ascendunt penna pro pennis, velut aquila, &c.* id est, quam celerrimè ex difficultatibus euolant, & quemadmodum aquila contempto in cælum volatu superat omnes alites, ita omnia transcendunt freti benignitate Dei. Sic Iob 11. vers. 17. Recte Plinius lib. 10. cap. 3. [ *Ex his, quas nouimus, auibus, aquila maximus honos, maxima & vis.* ] Quidam transitiuè accipiunt quasi sit futurum Hiphil: *ascendere-facient pennas vt aquila.* seu *proferent, producent pennas.* renascentur illis pennæ vt aquilis. id est, renouabuntur vt aquilæ, sicut subinde iuniores renatis plumis, vt renouatur aquilæ iuuentus, Psalm. 102. vers. 5.

## CAPVT XLI.

Disceptat Dominus cum idololatrâ de potentia & variis magnisque beneficiis populo Iudaico exhibitis: quibus suam comprobât potentiam & benignitatem erga homines, ostendens simul & idolorum impotentiam & idololatrarum vanitatem.

## Vulg.

## Malu.

1  Aceant ad me insulae, & Gentes mutant fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

2 Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum, ut sequeretur se, dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.

3 Persequetur eos, transibit in pace: semita in pedibus eius non apparebit.

4 Quis haec operatus est, & fecit: vocans generationes ab exordio: Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum,

5 Viderunt insulae, & timuerunt, extrema terra obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.

6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare.

7 Confortauit faber ararius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est: & confortauit eum clavis, ut non moueretur.


8 Et tu Israel seruus meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei:

9 in quo apprehendi te ab extremis terra, & à longinquis eius vocari te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

10 Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.

11 Ecce confundentur & erubescunt omnes, qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi.

12 Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & veluti consumptio, homines bellantes aduersum te.

1  Effate ad me, insulae, & populi mutant virtutem: accedent, tunc loquentur; <sup>a</sup> vnité iudicio appropinquabimus.

2 Quis excitauit de ortu iustitiam, vocabit eum pedis eius: dabit <sup>b</sup> faciebus eius gentes, & regibus dominari faciet; dabit sicut puluerem gladium eius; sicut quisquiliam propulsam arcum eius.

3 Persequetur eos, transibit in pace: semita in pedibus eius non veniet.

4 Quis operatus fuit, & faciet vocans generationes de capite: ego IHVH primus, & <sup>c</sup> ad posteriores ego ipse.

5 Viderunt insulae, & timuerunt; extremitates terræ contremiscent: appropinquauerunt, & venerunt.

6 Vir ad <sup>d</sup> sodalem suum adiuuabunt, & fratri suo dicet, obtine.

7 Et obtinuit artifex vrentem; dispersiens <sup>e</sup> mallei contudentem incudis: dicens agglutinationi, Bona ipsa; & obtinuit eam in clavis, non amouebitur.

8 Et tu Israel seruus meus, Iacob quem elegi te: semen Abrahami amantissimus mei.

9 <sup>f</sup> Quem obtinui te de extremitatibus terræ; & de <sup>g</sup> cubitis eius vocaui te: & dixi tibi, seruus meus tu, elegi te, & non <sup>h</sup> fastidiui te.

10 Non timebis, quia tecum ego, non blande respicere te facies, quia ego ELOHIM tuus: <sup>i</sup> surrexi te, etiã adiuui te; etiã <sup>k</sup> sustinui te in dextera iustitiæ meæ.

11 En pudefient, & <sup>l</sup> ignominia affecti fuerunt omnes <sup>m</sup> incensi in te: erunt sicut non, & <sup>n</sup> ablati fuerunt homines litis tuæ.

12 Quæres eos, & non inuenies eos, homines inuolationum tuarum: erunt sicut non, & sicut defectus homines <sup>o</sup> caesuris tuæ.

<sup>a</sup> patietur, vnâ, simul

<sup>b</sup> ad facies

<sup>c</sup> cum postremis

<sup>d</sup> socium, proximum, familiarum

<sup>e</sup> malleo, vel malleum

<sup>f</sup> qui gaxillis

<sup>h</sup> reieci, spreui

<sup>i</sup> erexi, strenuum, feci  
<sup>k</sup> sustinui  
in rubore, pudore, probro  
<sup>m</sup> succensi, exarscentes

<sup>n</sup> disperierunt, vel tollentur à medio  
<sup>o</sup> belli, praesidij, pugnae

13 Quia

Inf. 44. a. c.  
21. 4. b. 12.  
12. & 22. c.  
13.

13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adiuui te.

14 Noli timere vermicibus Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus & redemptor tuus sanctus Israel.

15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi puluerem pones.

16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israel letaberis.

17 Egeni, & pauperes quarunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

18 Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

19 Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrthum, & lignum oliuae: ponam in deserto abietem, & ulmum, & buxum simul:

20 Ut videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud.

21 Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus: afferte, siquid sortè habetis, dixit rex Iacob.

22 Accedant, & nuntient nobis quaecumque ventura sunt: priora quae fuerunt nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quae ventura sunt indicare nobis.

23 Annuntiate quae ventura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos, bene quoque, aut malè, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul.

24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est: abominatio est qui elegit vos.

25 Suscitauit ab Aquilone, & veniet ab ortu solis: vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum.

26 Quis annuntiavit ab exordio ut sciamus, & à principio ut dicamus: Iustus es? non est neque annuntians, neque predicens, neque audiens sermones vestros,

13 Quia ego IHVH ELOHIM tuus obtinens dexteram tuam: dicens tibi, Non timebis, ego adiuui te.

14 Non timebis vermicule Iaghab, mortales Israelis, ego adiuui te, Fide-  
lis-sermo IHVH, & redemptor tuus Sanctus Israelis.

15 Ecce posui te <sup>9</sup> trahæ, tribulæ nouæ potienti duorum-orum: triturabis montes & attenuabis; & colles sicut <sup>r</sup> emunctionem pones.

16 <sup>s</sup> Disperges eos, & spiritus leuabit eos, & horribilis tempestas <sup>t</sup> disperget eos: & tu exultabis in IHVH, in Sancto Israelis extollere-tere-facies.

17 <sup>u</sup> Afflicti, & egeni quærentes aquas, & non; lingua eorum in siti <sup>x</sup> præcipitauit: ego IHVH <sup>y</sup> respondebo eos. ELOHIM Israelis non derelinquam eos.

18 Aperiam super prominentias flumina; & in medio <sup>z</sup> vallium fontes: ponam desertum <sup>a</sup> stagno aquarum; & terram siccitatis, <sup>b</sup> exitibus aquarum.

19 Dabo in deserto cedrum, <sup>c</sup> schitrah, & myrtum, & <sup>d</sup> lignum olei: ponam in campestri <sup>e</sup> fraxinum, tædam, & taxum <sup>f</sup> vnite.

20 <sup>g</sup> Correspondentiæ videbunt, & <sup>h</sup> cognouerunt, & posuerunt, & intellexerunt vnitè, quia manus IHVH fecit hoc, & Sanctus Israelis creauit illud.

21 Appropinquare-facite licem vestram, dicit IHVH; accedere-facite of-  
samenta vestra, dicit rex Iaghab.

22 Accedere-facient, <sup>i</sup> & annuntia-  
uetunt nobis, quæ occurrent: prima  
quid ipsa annuntiare, <sup>k</sup> & posuimus  
cor nostrum, & cognouimus post-  
mitatem eorum; aut venientia audire-  
facite nos.

23 Annuntiate venientia <sup>l</sup> posterio-  
ri, <sup>m</sup> & cognouimus quia ELOHIM vos:  
etiam benefacietis, & malefecistis, &  
blande-respicere-nos ipsos-fecimus,  
& vidimus <sup>n</sup> vnitè.

34 En vos <sup>o</sup> de non, & opus vestrum  
de vipera: abominatio eliget in vobis.

25 Excitauit de septentrione, & ve-  
nit; de ortu solis vocabit in nomine  
meo: & venit seganos sicut lutum, &  
sicut <sup>p</sup> formans calcabit <sup>q</sup> lutum.

26 Quis annuntiavit de capite, <sup>r</sup> &  
cognouimus; & de ad facies, <sup>s</sup> & di-  
ximus, <sup>t</sup> iustus? etiam non annuntians,  
etiam non audire-faciens, etiam non  
audiens dicta vestra.

p vide in  
Gen. 22.  
v. 16.

q datus:  
in trahæ-  
vide in 2.  
Samuel. 24.  
v. 22.

r emunctu-  
ram: vide in  
Psalm. 1.  
v. 4.

s sparsim-  
abicies;  
ventilabis  
t disperge-  
re faciet  
u pauperes  
oppressi  
x perit. de-  
fecit  
y exaudiam

x conual-  
lium, plani-  
ticium,  
camporum.  
vide Genes.  
11. 2.

a datus in  
stagnum  
b datus in  
processus,  
scaturigines  
c cedrè late,  
vel citrum.  
vide in  
Exod. 25. 5.

d arborem  
pinguedinis  
e buxum,  
abietem.  
vide 2. Sa-  
muel. 6. 5.

f vnà, pari-  
ter, simul.  
sic v. 20. 4  
g datus ad  
correspon-  
dentiam  
h vt cog-  
noscant, &  
ponant, &  
intelligant,  
pariter

i vt annun-  
tiant  
k vt pone-  
mus, & cog-  
noscamus  
l imposte-  
rum  
m vt cog-  
noscamus  
n vt v. 19.

o præ. sic  
statim.  
p plastes,  
formator  
q cœum  
r vt cog-  
noscamus  
s vt dicamus

27 Primus ad Sion dicet : Ecce adsum, & Ierusalem Euangelistam dabo.

28 Et vidi, & non erat, neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum.

29 Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum : ventus & inane simulachra eorum.

27 Primus Tziioni Ecce ecce ea, & Ierusalaimis euangelizantem dabo.

28 Et vidi & non vir; & de istis, & non consilians: & postulabo eos, & reuertere-fecerunt verbum.

29 En in omne eorum concupiscentia, defectus facturæ eorum: spiritus, & inordinatio fusiones eorum.

# confu-  
lens, con-  
sultans,  
consiliarius  
x nec retu-  
lerunt  
y omnes ipsi



## COMMENTARIA.

VERS. I.



ACEANT AD ME INSVLÆ.] Hebr. Imperatiuè, *Cessate, tace, silete ad me insulae.* seu *insulares.* id est, remotissimæ quæque gentes, ad quas non nisi per mare ibatur: & synecdochicè omnes in vniuersum gentes. Aiunt iudicij speciem describere Isaïam, quod Dominus cum omnibus gentibus subire non recusat: tantum postulat vt in causâ sua audiatur: ordo namque iudicij postulat vt quisque seorsim audiatur. Ait ergo: *Cessate ad me.* vel *silete ad me.* id est, silenter, & sine strepitu auscultate me, silenter attendite ad me. Hebraismus frequens cum vni verbo adscribitur alterius constructio, quod non exprimitur sed subauditur. Vide Forsterum in Præfatione Lexici. §. 52. Quidam exponunt: *Silentes accedite me, insulae, &c.* Secundus confirmationis locus, vt diximus supra in cap. 40. vers. 12. à singularibus Dei beneficiis in Abrahamum & Ecclesiam totam, nunc demum à propheta demonstratur, & præmunitur suo exordio. Primum enim Deus externos omnes populos contestatur, qui suo malo sæpius Dei fidem in Ecclesiam fuerant experti, hoc versu: deinde narrat sua beneficia in Abrahamum, vsque ad versum 4. itemque in Ecclesiam, vers. 4. & sequentibus ita expositis promissionum Euangelicarum argumentis ad eas explicandas propheta regreditur vers. 10. & sequentibus.

ET GENTES MUTENT FORTITVDINEM.] Alij: 1. & familia commutent fortitudinem, seu virtutem. id est, animum ac vires colligant, vt postquam audierint, fortiter deorum suorum causam agant. 2. resumant populi nonas vires. qui me relicto idola colunt inconrinenter. 3. & nationes mutent vires. id est, se confirmant quibuscunque modis poterunt vt fiat internus contestatio. Similis loquutio cap. 40. v. 31. Hispanicus Interpres: *Es fuercente los pueblos.*

VERS. 2.

QUIS SVSCITAVIT AB ORIENTE IUSTVM.] Heb. *Quis excitauit ab ortu iustitiam.* seu *virum iustitiae:* Abrahamum intelligunt, quem Deus à regionibus orientalibus Mesopotamiæ de Vr Chaldæorum excitauit, & adduxit in Chenahanæam. Haud satis aptè alij Cyrum regem Persarum accipiunt. Vocat autem ipsum Abrahamum, *iustitiam,* abstracte, quod exactissimè iustitiam coluerit, eiusque iustitiam mirificè prædicat Spiritus

Sanctus. Genes. 15. v. 6. Quidam vocem *iustitiam* sequentibus annectunt: 1. *Quis suscitauit ab oriente eum, qui iustitiam proclamabat, seu predicabat ad pedem suum.* id est, in omnibus locis, in quibus versatus est, seu quocunque veniebat, ad pedem ponebat. 2. *Quem excitauerat ab oriente Deus:* id est, Abrahamum, de cuius vocatione Genes. 11. v. 33. & Iosue 24. v. 3. *iustitiâ,* seu *iuste vocans eum ad vestigia sua.* id est, iustissimè & efficacissimè regens pro vocatione sua, cuius lex habetur Genes. 17. v. 1. [*Indefinenter ambula coram me, & esto integer.*

VOCAVIT EVM VT SEQUERETVR SE.] Rectè expressit Hebraismus, *vocauit eum ad pedem suum.* Alij: *predicabat eum quocunque veniebat.* nempe Abraham religionem & doctrinam Iehovæ disseminabat in omnes partes & loca, quo pedem inferebat.

DABIT IN CONSPECTV EIVS GENTES.] Heb. *dabit ad facies eius,* vel *coram eo gentes,* id est, subdidit ei gentes. Quidam *exposuit ei,* vel *coram eo...* vt Genes. 13. v. 9. *gentes.* de quibus Genes. 14.

ET REGES OBTINEBIT.] Verbum *radah* in Hiphil variè exponunt, 1. & *fecit vt in reges dominaretur.* 2. & *imperitare-faciebat eum regibus.* 3. & *reges subiiciet.* pro subiecit, de quibus Genes. 14.

*dabit eos, scilicet, quasi puluerem gladio eius, & sicut stipulam vento raptam arcui eius,]* Alij ex Heb. 1. *dabit eos veluti puluerem in gladium eius, sicut stipulam proiectam, seu propulsam, vel propulsatam in arcum eius.* 2. *vt daret eos vt puluerem gladio suo, & veluti stipulam impulsam arcui suo.* 3. *reddidit similes pulueri gladio eius, similes stipula impulsa arcui eius.* q. d. gladius eius dissipauit, dispersit eos vt puluerem; & arcus eius dispulit eos vt stipulam. Hispanicus Interpres: *como poluolos entrego asu espada, cy como hojarascas arabatadas a su arco.* Quidam exponunt: *dabat quasi puluerem gladius eius, & quasi quisquilias expulsas arcus eius.* id est, gladius eius scilicet Abrahami dedit gentes & reges quasi puluerem, id est, concidit & comminuit veluti puluerem; & arcus eius dedit eosdem quasi quisquilias vento expulsas. hoc est, prælio fudit exercitum, & minimo negotio sine suorum sanguine reges & gentes vicit: Vide Genes. 14. sed hæc interpretatio non rectè cohæret: nam Heb. verbum *dabit* est masculinum,

leum, gladius autem & arcus foeminea, illud semper, hoc sapius. Aliqui reddunt: dabit tanquam puluerem gladium eius, id est, efficiet vt gladius eius sit intar multorum vt puluis: sicut quisquiliam impulsam, arcum eius, id est, velocissimum, facilem, & sine sui damno.

VERS. 3.

PERSEQVETVR EOS, TRANSIBIT & C.] Alij ex Heb. 1. *Persequutus est illos, transiuit in pace per semitam, quam pedibus suis non ingressus fuerat.* 2. *Persequebatur eos, transibat incolumis viam, qua pedibus suis non veniebat.* 3. *Persequetur eos, transibit pax, seu integritas, id est, omnino integer, & incolumis euasit, nemine ex suis amisso: via, quam pedes eius nunquam ante fuerant, vel via, quam eedibus suis nunquam trauerat.* id est, via sibi ignota. 4. *Persequutus illos peruasit incolumis itinere, quo pedibus suis non venerat.* videlicet, Damalcum, vsque & Chobam, Genes. 4. v. 1. Hispanicus interpres: *Siquiolo, passo en par por camino por donde sus pies, nunca auian entrado,*

VERS. 4.

QVIS HÆC OPERATVS EST ET FECIT & C.] Alij hunc versum ex Heb. variè explanant. 1. *Quis operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio?* id est, *Quis præest læculis ac generationibus, singulitve hominum ætatibus, easque beneficiis afficit solo suo verbo?* *Ego Iehoua primus, & cum nouissimis ego sum.* id est, ego Iehoua, qui omnimodati & plenam æternitatem possideo, sum ipse, qui hæc omnia in Abrahamo designaui. 2. *Quis operatus est, & fecit hæc? ille, qui vocauit nationes ab initio.* id est, qui nouit homines multò ante quam gignantur aut nascantur. 3. *Quis operatus est & fecit hoc? vocans sacula ab initio?* vel nationes nascituras, id est, qui creaturus est homines post multa sæcula, eosque nouit: *nam ego Iehoua primus, & cum nouissimis ego ipse.* subaudi, futurus sum. q. d. primus sum qui omnia creauit; & post consummationem sæculi ero, sum æternus sine principio & fine: vide infra cap. 44. v. 6. & cap. 48. v. 12. Apocalypf. 1. v. 17. & cap. 22. v. 13. 4. *Qui operatus est, & fecit illud? quis vocat generationes, inde à principio?* id est, quis non dico Abrahamo tantum, sed omnibus in vniuersum imperat? sic enim accipitur vocandi verbum, vt supra cap. 40. v. 26. *Ego Iehoua primum etiam vltima ego idem operor.* q. d. totum est à me: nihil planè à principio ad finem vsque geritur sine me qui sensus vt planior sit, ecliptica verba ex hoc ipso versu expressimus. 5. *Quis operatus est, & fecit?* scilicet hæc omnia in Abrahamo respondet, ille nimirum, *qui vocat sacula ab initio, siue progenies ab exordio,* id est, qui est rex sæculorum, vt Paulus appellat, qui est auctor cunctorum & moderator, qui ab initio omnia creauit, & vniuersorum providentiam habet: quod si quæras, quis ille sit: ego Iehoua primus, & cum postremis ego sum. id est, qui ante omnia sum, & quem quando vltima venerint, in venient & postremis superero; à quo omnia, & per quem & in quem omnia & c.

quidam ex Heb. ita explicant: *Videntes insulam, extrema terra trepidant: exornatio beneficentissimæ administrationis Dei in Ecclesiam per antithesin, qua docet propheta, idololatrias operibus Dei consternari, induræque, nec ab iustis tamen iuari posse, tribus versibus; Ecclesiam verò operibus illius & sermone confirmari.* Vers. 5. 8. & 9. *appropinquant & conueniunt.* id est, magis ac magis alienati à Deo vero, confugiunt frequentes ad idola sua, hoc versu se obfirmant, sequente, versu; & studiosissime indies superstitiones nouas excogitant, vt à terroribus, quos Deus iniecit, liberentur terretorum suorum operâ. Alij exponunt: *Viderunt insula.* id est: longinquæ nationes, quæ gessit Deus in gratiam Abrahami: nam fama victoriæ, de quatuor regibus ad remotissimas gentes pervagata est, saltem ad illas eorum regum; & *timmerunt, extremi fines terra, expauerunt: accesserunt tamen & venerunt,* subaudi ad Abrahamum. prodiit enim Abrahamo obuiam rex Sodomorum, item Melchizedech rex Salem, Genes. 14. v. 17. & 18.

VERS. 6.

VNVSQVISQUE PROXIMO SVO AUXILIABITVR, & C.] Alij ex Heb. 1. *Quisque proximo suo opem tulit, & fratri suo dixit: Sis fortis.* q. d. Licet Sedomitæ, & alij idololatræ audiuissent, quæ præclare egisset Deus cum Abraham, qui reiectis patriæ suæ idolis Deum verum colebat, nihilominus idola fecerunt, & coluerunt illa, & mutuo sibi opem ferebant, & operam præstabant vt scilicet cultum illorum tuerentur. 2. *Quisque proximo suo auxiliatur, & fratri suo dicit. confirmare.* 3. *Quisque familiarem suum adiuuabat, vt facerent scilicet idola: & fratri suo dicebat, obfirmare. vel roborare, fortis, seu strenuus esto.*

VERS. 7.

CONFORTAVIT FABER ÆRARIVS, PERCVTIENS MALLEO.] Haud absurde quidam coniectantur, Nostrum quarto casu scripssisse, *ararium.*, quod Hebræa omnino postulate videntur. Sed totum versum obscurè in Hebræo conceptum variè elucidant: 1. Sanctes: *Confortauit etiam faber lignarius artificem mollicentem malleum ad percussorem bractearum super incudem, dicens: Coniunctio bractearum bona est, ad idolum scilicet compingendum: & firmavit idolum ipsum clavis, ne moueatur.* 2. Idem in Thesauro: *Et roborauit faber lignarius aurificem, mollicentem malleum cum percussione contritionis, vel percussione mallei, vel mollicentem malleum ad percussorem incudis, id est, ad percutiendum cum illo bractæas aut laminas super incudem: dicens coniunctio, seu conglutinationi, scilicet bractearum: Bona est: & roborauit, consolidauit, eum clavis, & non mouebitur.* 3. Vatablus: *Et confortauit faber aurificem, id est, cohortatus est vt esset animo bono & forti: polientem, seu lanigantem malleum ad percussorem incudis, seu diuidens, vel percutiens incudem malleo, contundentem vicissim.* subaudi, hortatur; dicens aurifici: *Ad coniunctionem bractearum bonum est, siue accommodum: & corroborauit illud sculptile, siue illam coniunctionem clavis ne moueatur.* 4. Leo Iudæ: *Faber lignarius confirmauit confortorem, qui expolis malleo, cum eo, qui erebris vi-*

VERS. 5.

VIDERVNT INSVLÆ & C. Hunc versum  
*Ad latendum, in libr. Isaia.*

cibus incidem percutit, & dicit: Bonum hoc erit ad plumbaturam, siue coagmentationem, vel, & dicit de coniunctione bractearum, Bonum est: firmavitque simulacrum hoc clavis, ne loco moueretur. Isidorus Clarius: Confortauit faber lignarius argentarium percutit malleo bracteam super incidem, dicens glutino, Bonum est: & confortauit eum clavis, ut non moueatur. Hoc est, nihil non egit, quo cito sculptile fabricaretur: faber lignarius parabat sculptam imaginem, aurifaber verò super incidem deducebat bracteam auream, quam deinde glutino affigebat imagini, & clavis firmavit. 6. Forsterus: Et confirmat faber lignarius conflatorem, expolientem malleo percussuram in incude, seu percussorem incidis, id est, rem cudentam in incude. Vel, & firmavit faber vstorem; dispertiens, vel dispertientem malleo, seu, qui expolit malleo laminam iclu, id est, qui diducit in partes, dicens adhaesioni, Bona est: & firmavit eam clavis ne moueatur. 7. Forerius: Et confirmabat faber conflatorem dispertiens malleator percipientem incidem, vel percipientem vicissim, id est, malleator exhortabatur eum, qui iteratis vicibus, vel eum, qui secum vicissim tundeat. dicitur autem dispertiens malleator, is, qui laminas diducit in partes, dicens adherenti sibi, id est, socio suo, affecla, qui lateri suo in opere assidet: Bonum est, vel bene est, id est, iam aptum est, & perfectum, nihil supra: & confirmabit illud opus vel idolum, clavis, ne moueatur. 8. Marinus: Et roborauit verbis artifex aurificem, fusorem, purificatorem, molientem-reddens, vel expolientem malleo percussorem, seu contusionem incidis, dicens coniunctioni, seu coniunctione bonum est, id est, bene compactum & coniunctum est: & firmavit illud in clavis. 9. Auenarius: Et confirmauit faber conflatorem dispertientem malleo iclum, vel blandam-reddens-laminam malleo super incidem, dicens de glutino, adhaesione, coherencia, iunctura, Bonum est, & firmavit illud simulacrum, seu sculptile, clavis ne moueretur loco. 10. Montanus: Et confortauit faber aurificem lanigantem malleum cum contusione incidis, dicens: Ad iuncturam bonum; & roborauit ipsum in clavis ne moueretur. 11. Schindlerus: Et roborauit faber conflatorem, seu aurifabrum lanigans malleo maiori, id est, qui malleo magno diducit laminas super incude: contusionem, percussorem rem contundendam, ferrum incidis, percussuram, mallei minoris, dicens ad adhaesorem, Bona est; & roborauit eam in clavis. 12. Tremellius & Iunius, ac Buxtorfius: Et confirmat faber lignarius aurifabrum, lanians, vel lanigans malleo, seu malleator eum, qui tundit incidem: dicit de ferrumine, Bonum est; & firmat illud clavis ut non moueatur. 13. Oleastrius: Confortauit fabricator, scilicet idolorum, aurificem, seu malleatorem diuidentem, seu malleantem, malleo & conferentem contritione: dixit coniungenti, id est, ei, qui metallum aut membra idoli coniungit, bonum ipsum, scilicet idolum, seu bene fabricatum est. & roborauit illud, scilicet, idolum, cum clavis: non mouebitur, id est ut non moueatur, vel postea, non mouebitur. 14. Hispanicus Interpres: El carpintero animo al platero: y el que alisa con martillo al que ba-

tia en la Yunque, diciendo: Buena es la soldadura. Y afirmolo, scilicet al idolo que hizieron; con clausos, pro que no se mouiesse. Nunc verba expendamus.

Erarius, vel ararium. צורף tzoreph: vide supra cap. 40. v. 19.

Percutiens. מַחֲלִיק machalik, participium Hiphil, hæc omnia complectitur: dispertiens, id est, diducens in partes, seu laminas, emolliens, mollificans, lenificans, expolientem, blandificans, blandum-faciens, lenians, lanigans. Non tam apte alij in accusandi casu: dispertientem, vel mollificantem, &c.

Malleo. מַטְּוֶה phattisch, malleus, scilicet magnus & ponderosus, quo aliquid conquassatur. Plerique in accusatiuò capiunt: mollificans malleum. Bonaventura Bertramus exponit: lenificans, seu leniter-demittens, malleum. Sed præstat in ablatiuo: mollificans, expolientem malleo.

Eum qui cudebat. הוֹלֵם holem, apte Noster pro participio accepit percipientem, contundentem, conquassantem: ut lenius & blandius sit expolire malleo, quod ante dixit, quam contundere in incude: & sic plerique accipiunt. Alij tamen sequuti passim Hebræos nomen substantiuum faciunt, percussorem, percussuram, tusionem, contusionem, rem cudentam, laminam, quæ super incude tunditur.

Tum temporis. פָּגַם phagham, aiunt esse, percussorem, percussuram, iclum, pulsam, seu impetum: item incidem, super quam metalla cudentur, sic dictam à tundendo, & concutiendo. vnde hîc quidam vertunt: percipientem vel contundentem incidem, alij: percussuram incidis, vel super incidem. Nec desunt, qui malleum, scilicet, minorem interpretentur, cum PATTISCH præcesserit, pro more artificum, qui operi primum maiorem, deinde minorem malleum adhibent. vicem quoque significare constat, è Genes. 18. vers. 32. Exod. 8. vers. 32. 2. Samuel. 23. vers. 8. & aduerbialiter hîc sumi quidam volunt: percipientem vice, seu vicissim, id est, eum, qui alternis vicibus tundeat, seu cudebat. Quo Noster respexisse videtur, reddens: tunc temporis, seu per vias, vicissim.

Dicens: Glutino bonum est. דֶּבֶק debek, propriè, adhesio, coherencia, iunctura, commissura, ferrumen, agglutinatio, coagmentatio, plumbatura, conferruminatio, glutinum. Quidam alijs punctis legunt. DABEK, adherens, coniunctus, affecla. variè distinguunt: 1. dicens: Glutino bonum est, vel ad glutinum bonum est. 2. dicens glutino, vel de glutino, Bonum est.

ET TV ISRAEL, &c.] Alij ex Hebr. **VERS. 8.**  
1. Tu autem, Israël, seruus meus es, & non idololatra: & tu Iahakob, quem elegi, vel elegi enim te, semen Abraha es amici mei. 2. At tu, Israël, serue mihi, tu Iahakob quem elegi, semen Abrahami amici mei. Apodosis antitheti, de quo diximus in vers. quintum, transitum, comparans ad sequentem narrationem promissionum Dei.

IN QVO APPREHENDI TE AB EXTREMIS TERRÆ.] Alij: Tu es, quem prehendit ab extremitatibus terræ, id est, ab extrema vsque Ægypto, ut narratur in libro Exodi. Nonnulli;

Nonnulli : *Qui apprehendi te ab extremitatibus terræ. Proprie, firmiter-arripui, confirmavi, tenui, obtinui, continui, corroboravi, instauro, adiuuavi. Sic infra vers. 13.*

ET A LONGINQVIS EIVS VOCAVI TE.] vocem אֲרִיזִים *arizim* variè hîc reddunt : 1. & à maioribus, seu principibus eius vocavi te. id est, à regibus, qui ibi in terra Ægypti dominabantur. 2. & ab eminentiis eius. terræ. id est, à regionibus, quæ præ aliis eminebant, & in pretio habebantur. 3. & à selectis eius euocavi te. id est, è potestate regum potentissimorum, qui tum in Ægypto fuerunt, euocatum eduxi te. 4. Nos diximus : & ex cubitis eius vocavi te. Figurate, ex optimatibus & magnatibus populi, quibus sustentatur & afferuatur, ac nititur respublica. vide in Exod. 24. vers. 11. Forerius : & à brachiis, seu cubitis, seu recessibus. Nam Hebraismus metaphoricè mari & terræ manus, brachia, cubitos attribuit, quod sinus recessusque habeant, ad quos se velut brachiis extendant. Credo esse, quas Latini voce consentiente, *axillas* vocant, & pro concauitatibus accipi hoc loco, id est, abstrusis locis, vnde videbatur mihi vix educi posse.

VERS. 10. NE TIMEAS, QVIA EGO TECUM SUM, &c.] vel *Ne timeto, quia tecum sum.* Hortatio, inquit, ad finem constantem à promissionibus Dei, quarum partes sunt duæ: prior est, præsentis, & virtutis Dei ad feruandum populum, hoc versu: posterior, omnipotentis ad perdendos aduersarios, duobus versibus: quæ duo prolepticè posita, deinde per hysterosin explicantur.

NE DECLINES.] Verbum שָׁבַח *schaghab* ponitur hîc, & infra vers. 23. in Hithpahel, contrariis significationibus, inquit Forsterus: hîc pro *auertere se: ne auertas te, seu diuertas.* Et vers. 23. pro *aduertere se, respicere, aspicere, animaduertere: & respiciemus, animaduertemus.* Sed hîc variè exponunt: 1. *ne paueas.* 2. *ne sis sicut cera,* quæ scilicet liquefit & soluitur ab igne. scilicet à nomine שָׁבַח *schaghab*, *cera*, Chaldaico, quod est ex hac radice. quasi dicat, ne liquefias aut soluaris animo. 3. *ne debiliteris.* vel *remissum te præbeas,* seu *ne mollescas.* 4. *ne desinas, cesses.* 5. *non circumspicetabis,* vel *ne circumspicetis.* 6. *ne superero.* 7. *ne terrearis.* Nos: non *blande aspicere te te facies:* more scilicet eorum, qui in magno periculo constituti hinc inde blandè circumspiciunt, quasi auxilium, & opem querentes & complorantes: vide de notione verbi, supra cap. 22. v. 4.

ET SVSCEPI TE DEXTERA IVSTI MEI.] Hebr. *etiam sustinui, vel sustentavi, sulcini te dextera iustitia mee.* Quidam: *etiam sustento te dextera iustitia mee.* vel *iusta mea.* id est, quæ iustitiæ tuæ vindex futura est, & vltrix illorum iniustitiæ.

VERS. 11. ECCE CONFVNDENTVR ET ERVBESCENT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. ita reddunt: 1. *Ecce pudore-afficientur, & erubescunt omnes, qui irascuntur contra te: erunt tanquam nihilum, & peribunt viri rixæ tuæ, siue litis & contentionis tuæ. seu viri contententes tecum.* 2. *Ecce verecundabuntur, & ignomi-*  
Makienda, In libr. Isaiaë.

nia-afficientur omnes, qui exardescunt in te: erunt quasi nihilum, & auferentur viri litis tuæ. 3. *Ecce pudescunt & ignominiosi erunt omnes, qui ira-succenduntur contra te: redigentur in nihilum, & peribunt viri, qui litem contra te suscipiunt.* 4. *En erubescunt, & ignominia perfundentur, quicumque exardescunt contra te: erunt tanquam nihil & peribunt homines contentionis tuæ, seu aduersarij tui.*

VIROS REBELLES TVOS.] vocem מַצִּיחִים *maizizuh* cuius hîc plurale ponitur, nam meliora exemplaria מַצִּיחִים *maizizuthecha* cum *iod* nota plurali habent; diuersimodè reddunt: *homines, litium, rixarum, pugnarum, velitationum, concertationum, contentionum tuarum, vel iurgiorum tuorum.* Alij singulariter exponunt: *homines concertationis tuæ.* id est, qui concertant & contendunt tecum. Proprie reddes: *homines inuolationum, irruptionum, irruptionum tuarum,* id est, qui in te inuolant, irruunt, irrumpunt.

ET VELVTI COMSVMPATIO HOMINES BELLANTES ADVERSVM TE.] Hebr. & *tanquam defectus, cessatio, finis, absumptio, nihilum, homines belli tui.* id est, qui tecum belligerantur, vel oppugnantes te, aut qui bellum contra te mouere audent.

QVIA EGO DOMINVS DEVS TVVS, &c.] Alij hunc versum ita ex Hebr. elucidant: *Cum ego Iehoua Deus tuusprehendam dexteram tuam, edicens tibi, Ne timeto, ego auxilior tibi.* Epexergasia præcedentis hortationis & promissionum Dei: hortationis quidem, duobus versibus; promissionum vero, sequentibus.

NOLI TIMERE VERMIS IACOB, QVI MORTVI ESTIS EX ISRAEL, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. elucidant. 1. *Ne formides, vermis Iacob, viri pauci Israël.* seu *exiguitas, paucitas, Israël, ego auxiliatus sum tibi, dixit Iehoua, & redemptor tuus Sanctus Israël.* 2. *Ne timeas tu, o Iacob vermicule,* id est, abiecte: vermem vocat rationem habens fortis, quæ seruiuit in Ægypto: o *Israël, qui paucus es numero, ego auxilium tibi feram, dicit Iehoua, & vindex tuus Sanctus Israël.* 3. *Ne timeto, vermicule Iacob, id est, qui in puluere prostratus iaces afflictionum grauitate,* vt *Psalm. 21. vers. 7. hominum Israël, seu Israëlitarum: ego auxilior tibi, dicit Iehoua, & redemptoris tui, sancti Israël.* 4. Forsterus: *Ne timeas, vermis, seu vermicule Iacob, pusille grex Israël.* quam phrasin nedum imitatus, verum etiam mutuatus est Christus, cum *Lucæ 12. vers. 32. discipulos suos iisdem verbis consolatur: [Nolite timere pusillus grex.]* vide *Genes. 34. vers. 30. ego adiunxi te, fidelis sermo Iehoua, redemptor enim tuus est Sanctus Israël.*

REDEMPTOR TVVS.] גְּבוֹל *gboel*, vide in *Genes. 48. vers. 16.*

PLAVSTRVM TRITVRANS.] Duæ voces Hebrææ מוֹרָגַת *moragh*, & *charutz*, *moragh*, aiunt esse *tribulam, vel iraham, vel plaustrum* vide in 2. *Samuel. 24. v. 22. De charutz, verò libet inferere quæ Lexicographi annotant. Reu chlinus: [charutz, claua dentata, ferra, vel flagellum, virga, tribula, seu baculus,*  
M in 2 lus,

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

VERS. 15.

lus, quo de messe segetes excutientur.] Forsterus: [charutz, de instrumento dicitur fabrilis & rustico ab acredine, quod nos rastrum vel tribulam vocamus, qua concidit.] Mercerus: [Et etiam charutz instrumentum, quo fruges triturantur, seu conciduntur, aut etiam terras, ut quidam existimant. Alij rastrum, alij tribulam ferratam à terrendo: vel clauam dentatam; alij plaustrum à plodendo, iuxta varios modos excutiendi frumenti in diuersis regionibus. Kimchi ita describit, quod sit tabula lignea, cui subtus infixi sunt tenues lapilli ad incidendum paleam, & educendum fruges è folliculo.] Marinus: [charutz, transfertur eleganter ad traham, quod semper sedulo versetur.] Auenarius: [charutz significat rastrum tribulam dentatam, instrumentum habens multas incisiones, seu tesseras, quo frumenta in area inciduntur, & excutiuntur: & sepe additur verbo שרר Dusch, triturari.] Schindlerus: [charutz, tribulum, plaustri genus quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur, ut excussis frumentis stipulam in arcis conterat, & in cibos iumentorum propter foeni sterilitatem, paleas comminuat, teste Hieronymo Isaia 28. v. 27.] Buxtorfius: [charutz, tribula, intelligenda autem tribula antiqua, qua traha quadam species erat, alligatis ipsi bobus, iuxta illud, Non obturabi os boui trituranti, Deuterom. 25. v. 4. Generale est moragh, speciale charutz, à casuris: Fuit enim tribula, ut scribit R. Salomon Iarchi Isaia 41. v. 15. plena casuris, siue incisionibus instar instrumenti fabrorum ferrariorum, quod dicitur lima, & trahebatur super trituram, donec absunderentur spicis, ac stramen eius fieret palea. Apud Thalnidicos legitur, fuisse instrumentum ligneum ex rigillis factum, plenum clavis, siue dentibus inferne obtusis, cui imponebatur massa ferrea grauandi causa: trahebatur à bobus super trituram, atque ita frumentum excutiebatur, stramenque redigebatur in paleam, Codice Menachoth, cap. 3. fol. 12. & Cod. Seb hachim, cap. 4. fol. 116.] De traha ac tribulo vide 2. Samuel 12. v. 30. Hic autem cum ponantur hæc duo nomina moragh charutz, asyndeta, quidam subaudiunt coniunctionem: in traham, ac tribulam, quæ quamuis videantur vnum & idem instrumentum, potest tamen esse aliquod discrimen inter illa. Alij volunt charutz esse nomen adiectiuum ipsius moragh, vnde Kimchi annotat, ipsius quidem instrumenti nomen esse moragh, sed appellari charutz ab actione sua, quali incisoriæ dicas. Vnde locum varie exponunt. 1. Ecce posui te vel ponam te Præteritum pro futuro; in traham, & tribulam nouam, habentem ora, id est, asperitates illas clauorum & lapillorum. 2. Ecce ponam te in traham incisoriæ, seu bene incidentem habentem ora 3. Ecce posui te in traham acutam nouam habentem rostra, id est, dentes, acumina. 4. Ecce posui te in tribulam nouam habentem ora 5. En ego faciam te plaustrum, & tribulam nouam dentatam. Prædicit fore, ut Ecclesia primitiua initio sit debilis & infirma, quæ tamen postea sit Dei auxilio reges, tyrannos, & magnates trituratura, id est, victura & redactura in nihilum. Vtitur metaphora ducta à tritura. 6. Ecce po-

nam te in tribulam excisam, recentem, habentem multa ora, id est, multas cæluras. 7. Ecce disposui sum in te tribulam stylis recentibus: Exornatio allegorica posterioris membri prolepticos, de excidio aduersariorum Dei, & Ecclesiæ, duobus veribus, vt supra vers. 11. & 12. vide supra in vers. 10. dominam orium, seu bipennem: vt Psalm. 149. v. 6. id est, stylorum pinnas vtrinque habentem, vt in quamcunque partem vertaris, aduersarios teras. 8. Hispanicus interpres: He aqui que yo te he puesto por trillo, trillo nuevo senor de boras, hoc est, lleno de dientes.

TRITURABIS MONTES, &c.] id est, hostes quamuis elatissimos & potentissimos pedes, vtcunque vermiculus esse videaris.

ET COLLES QUASI PVLVEREM PONES. Ali ex Heb. Et colles tanquam glutinam dispones. 2. & colles in scobem rediges. De voce מוצ moiz, quem emunctionem reddidimus vide supra cap. 29. §.

ET TV EXULTABIS IN DOMINO, IN SANCTO ISRAEL LETABERIS. Alij; 1. tu autem exultabis in Iehoua, in Sancto Israelis te iactabis 2. tu vero exultabis in Iehoua, in Sancto Israelis gloriaberis Transitio ad prius membrum prolepticos, de quo versu 10. exponens singularem Dei beneficentiam erga Ecclesiam, vsque ad v. 21. elegantissimis allegoriis rerum ad præsentis vitæ commoda pertinentium.

LETABERIS. ] תהלהל tihalal, Futurum Hithpabel significatum intendit, euehere laudibus-te-te-facies, laudibus-te magnopere efferes, splendide-te iactabis, vehementer-gloriaberis. vt ingentem sui gloriam ex Dei benignitate celebret.

EGENI ET PAUPERES QUÆRVNT, &c.] Hunc versum quidam euidenti ex Hebr. ita transfundunt: Ipsos pauperes, egentesque ipsos, qui querunt aquas, ubi nulla adsunt, quorum lingua siti deficit; ego Iehoua exauditurus sum, Deus Israelis non derelicturus sum eos. 2. Quum afflicti & egeni aquas querunt, nec inveniunt, & lingua eorum siti exaret; ego Iehoua exaudio eos, ego Deus Israelis non deserto eos.

APERIAM IN SUPPINIS COLLIBVS FLUMINA. ] Vocem שפיים shephajim varie interpretantur, Aperiam in præcipitiis, præcipitiis, eminentiis, prominentiis, in locis eminentibus, in excelsis, in editissimis locis, in clivis, in eminentissimis verticibus flumina. Hispanicus Interpres: en los cabeços altos abrivorios, &c. sensum huius & sequentis versus ita concipiunt, id est, irrigabo & fecundabo terram siccanam, idque etiam per mutato, si opus erit, naturæ ordine.

VLMMVM. ] תדהר thidhar, inquit Reuchlinus, [Sapinus, arbor picea, seu alia cedri species, Hieronymus traduxit vlmum, nostri Hebræi sagum exponunt.] De Sapino vide Plinium lib. 15. cap. 12. & lib. 16. cap. 12. & 39. Sanctes: [TIDHAR, species quadam cedri, vt inquit Rabbi David, Hieronymus, traduxit vlmum.] Forsterus: TIDHAR, nomen arboris quam pinum, alij cedrum seu cedri speciem asserunt Hieronymus vlmum transtulit Isaia 41. vers. 19.



& 60. vers. 13. arbitror autem dictam à fragore, seu fremitu, quem ventorum agitatione edit: nisi forte dictam velis à resina, ut æquiualeat nomini תִּזְהָר *tizhar*.] Mercurus: [Arborem quidam à fremitu dictam putant quem edit ventus agitata: vel à resina, quasi TIZHAR. Quidam putant esse pinum, vel piceam, alij fragum.] Forerius: [Qualis etiam arbor sit TIDHAR, ignoratur, certe à fremitu seu fragore videtur dicta, quem à ventis agitata edit. Hieronymus vimum vertit: sunt, qui pinum putent, quasi à resina appellationem habeat, aut à splendore quem si accendatur, edit: nam זָהָר *zahar* resplendere est Chaldaicis atque Hebraicis: at quantum cognationem habeant littera Daleth, & Zain, est manifestum: hinc existimo vocem Latinam tæda originem ducere: quæ primo arborem notat ex earum genere, quæ resinam ferunt abundantiore succo reliquis eiusdem generis, Græcis, αἴς σαπίον: improprie deinde dicuntur tæda partes inæ piceæ satina, atque alia ligna, quæ vel naturali pinguedine, vel oleo, piceæ illius faculæ modo lucent.] De tæda vide Plinium lib. 16. cap. 10. Marinus: [TIDHAR nomen arboris cuiusdam, etsi quale proprie sit, ignoretur: laurum nos dicemus.] Auenarius: [TIDHAR, ulmus, à fragore, quem ventorum agitatione edit. R. David Kinchi dicit esse cedri speciem. Serapion cap. 105. vocat Arabicè didar.] Schindlerus, [TIDHAR, laurus, seu species cedri.] Buxtorfius: [TIDHAR, tæda, arbor resinam ferens.] Ergo tædam hinc reddunt, Tremellius, Iunius, Buxtorfius.

B V X V M. ] תִּזְהָר *theaschschur*, inquit Sanctes, secundum Hieronymum est buxus. At Rabbi David in Libro Radicum speciem scribit esse cedri: sunt qui putant esse arborem brasilium: in Thalmud exponitur sorbus. Et Rabbi Iona scripsit quod in Arabico vocatur sorbins & scripsit quod sit abies, aut potius buxus. Thargum, אֲשֶׁרוֹגִין *ascheroghin*.] Foisterus. [THASCHSCHUR, nomen arboris, Chaldaeus transtulit ASCHEROGHIN, quam alij buxum, alij brasilium alij cedrum seu speciem cedri esse putant, à proceritate, & erecta statura sic dictam.] Tremellius & Iunius reddunt: arboreque opacas. [Hebræam inquit vocem THESCHSCHUR, quæ nusquam nisi hic, & infra cap. 60. 13. legitur, sic interpretamur, propter etymon coniuncta vocis אֲשֶׁרָה *ascherah*, quæ significatur lucus.] si augurari licet, forsitan consentiente voce fuerit *taxus*, quam similem aspectu abieti, piceæ, larici, tædæ coniungit Plinius lib. 16. cap. 10. sic dicta per antiphrasin, quasi minime beata, sed infelix & venenata.

VERS. 20.

ET RECOGITENT.] Hebr. & ponant, subaudi super cor. Alij: & apponant, siue & adhibeant se, ut Iudic. 19. vers. 30. 2. & altissime reponant. Notant esse concisam loquutionem, quæ infra vers. 22. expletur: & ponemus cor nostrum. ut Ezechiel. 40. vers. 4. & cap. 44. vers. 5. Aliter perficitur: & ponant super cor, ut infra cap. 57. v. 1. & 11.

ET INTELLIGANT PARITER.] Verbum שָׁחַל *sachal* in Hiphil hæc omnia includit, & accurate considerent, grauius perpendant, strenue intelligant.

QVIA MANVS DOMINI FECIT HOC, ET SANCTVS ISRAEL CREAVIT ILLVD.] Possis reddere: quod manus ihub fecit istam, & sanctus Israelis creauit eam, scilicet, salutem, vel Ecclesiam.

PROPE FACITE IUDICIUM VESTRVM, &c.] Alij ex Heb. 1. *Appropinquate iudicium vestrum, dicit Iehoua: accedere facite fortes vestros, id est, patronos & aduocatos causæ, dicit rex Iahakob* 2. *Appropinquare facite litem vestram, vel aduocete, ponite in medium, dicit Iehoua, conuertit sermonem ad idololatrias, accedere facite fortia vestra, id est argumenta vestra quæ putatis esse fortissima, & validissima: dicit rex Iahakob* 3. *Proponite causam vestram, dicit Iehoua: afferte confirmationes vestras, dicit Rex, Iahakob* 4. *הִצְטִיטוּ* *ghatzunoth*, aiunt esse hinc confirmationes, seu corroborationes, quas quisque pro se in iudicio affert, quæ sunt in oratione, velut ossa & nerui in corpore. 4. *Afferte causam vestram, ait Iehoua; adducite robora vestra, id est, robur & firmitudinem litis, seu disceptationis vestræ, & præcipuas demonstrationes vestras, firmas probationes vestras, vel argumenta vestra, quæ pertinent ad confirmationem causæ, Latini firmamenta vocant* 5. *Adeste causa vestra, dixit Iehoua: afferte firmamenta vestra, dixit rex Iahakob* 6. Hispanicus interpres: *Acercad vuestro pleyto, seu alegad por vuestra causa, dicit Iehoua: trahed vuestros fundamentos, id est, vuestras razones, dicit el rey de Iahakob* 7. *Proferte, seu producite causam vestram, ait Iehoua: aduocete firmamenta vestra, ait rex Iahakob*. Tertia concionis pars, ut dictum est, cap. 40. v. 1. *confutatio idololatrarum, & eorum, qui non acquiescunt Deo: primum aduersarios prouocat sarcasmo, hoc versu: deinde cum ipsorum hominum, tum idolorum, quibus confidunt, vanitatem arguit, tribus versibus; ac postremo maiestatem Dei asserit, vers. 25.*

ACCEDANT, ET NUNTIENT NOBIS, &c.] Hunc versum ita ex Heb. explanant. 1. *Quin asserant, adducant, deos suos, ut annuntient nobis, quæ euentura sint, aut saltem, quæ prius fuerunt indicent, vel nuntiate, o idola: ut reponamus in cor nostrum, ut sciamus nouissimum eorum, seu quæ subsequutura sunt, aut quæ in foribus sunt, ex ponant nobis, vel aut quæ ventura sunt docete nos, vel predicite nobis o vos idololatræ* 2. *Proponant, & indicent nobis ea quæ obuentura sunt: priora quam sunt, indicate, id est, quam primum euentura: ut apponamus animum nostrum, & cognoscamus finem eorum; id est, vltimum euentum ex prioribus illis consequentem: aut euentura pronuntiate nobis. Primum vanitatis argumentum, quod idolorum cultores res futuras, ac ne mox quidem futuras, certo non possunt cognoscere aut prædicere.*

ANNUNTIATE, QVÆ VENTURA SVNT IN FVTVRVM; ET SCIEMVS QVIA DII ESTIS vos.] Alij: *Indicate, quæ ventura sunt in posterum, ut cognoscamus vos esse Deos. Secundum argumentum, quod ne præsignificare quidem illi res venturas possint. Alij idem dicere volunt, quod præcedente versu ad ma-*

iorem sententiæ inculcationem : vel וּתְיִיתָ othjoth proprie significat ventura quæ ex signis præcedentibus cognosci & indicari possunt : nam ex eadem radice est , וּתְיִיתָ oth signum , prodigium , portentum , quod aliquid euenturum portendit : quasi dicat , neque ex signis antecedentibus certo quidquam cognoscere possunt.

BENE QVOQUE AVT MALE SI POTES-  
TIS, &c.] Alij ex Heb. 1. quin etiam benefaciatis, aut male faciatis, & narrabimus postquam videbimus simul. vel postquam viderimus pariter. 2. quin etiam benefaciatis, aut male faciatis, ut narremus & videamus. subaudi, miracula vestra, simul. 3. etiam quod benefaciatis & male faciatis, narrabimus, & videbimus simul. 4. quin benefacite aut malefacite, ut narremus, & videamus pariter. 5. bene etiam aut malefacite, & aduertemus, & videbimus pariter. 6. siue benefeceritis siue malefeceritis, respiciemus, vel animaduertemus, & videbimus utrumque. 7. Hispanicus Interpres: O alomenos hazed bien, o hazed mal para que tengamos que contar, y juntamente veremos, seu nos maravillamos. 8. etiam benefacite aut malefacite, ut obstupescamus videntes pariter. Tertium argumentum, quod nihil plane boni, vel mali queant efficere : ex quibus conficitur doctrina sequentis versus.

ET LOQVEMVR.] וְנִשְׁחַבְּחָבָהּ venischhabhabh, diuersimode exponunt : & narrabimus, & obstupescemus, & circumspiciemus, & respiciemus, & aduertemus. Quidam exponunt : & versus vultibus ad nos mutuo pariter rem examinabimus, & confabulabimur, atque tractabimus quoniam honore digni sitis, &c: Nos vertimus : & blande respicere nos fecimus, seu faciemus vel ut blande nos ipsos respicere faciamus. id est, ut beneuolo ac pio erga vos intuitu simus, & affectu, & videamus magnifica vestra facta.

VERS. 24. ECCE VOS ESTIS EX NIHILO, &c. Alij: 1. Ecce vos estis ex nihilo, & factura vestra ex nihilo est. id est, nihil boni vel mali efficere potestis, abominatio elegit vos. id est, homo abominabilis elegit vos, ut colat. 2. En vos minus quam nihil estis, & opus vestrum pejus opere vipera: abominatio vir, seu abominabilis, qui elegit vos. 3. Forsterus: Ecce estis minus quam nihil, & opus vestrum, vel opera vestra minus sunt quam sibilus; abominatio eligit vos. וּפְחָהּ meeephagh, de, ex, serpente, ex vipera: ut וּפְחָהּ ephagh sit idem quod וּפְחָהּ ephgheb, vipera, Job 20. v. 16. q. d. opera eorum sunt serpentina, viperina, & dentia proximis, vel præ serpente, vipera, id est, peiora & magis noxia quam opera viperæ, aut serpentis. Alij: de sibilu, vel præ sibilu, id est, minus sunt quam sibilus, à וּפְחָהּ phaghabh, sibilant: q. d. inaniora, & vaniora sibilu, nihil solidi aut ponderis habentia.

VERS. 25. SUSCITAVI AB AQUILONE, &c. Alij: hunc versum ex Heb. 1. Excitavi ab Aquilone: hunc locum de Cyro accipiunt, quem Deus suscitavit à Perside, quæ est ad aquilonem respectu Iudææ, ut bellum susciperet contra Babylonios, ut illis devictis, populum Dei in libertatem assereret. ab ortu solis vocabit in nomine meo. vel nomen meum. id est, fatebitur

me verum Deum esse: Vide 2. Paralip. 36. v. 22. & 23. & Ezræ 1. v. 1. & 2. veniet super principes, veluti super lutum, & conculcabit quemadmodum figulus lutum. 2. aptius alij: Excitaturus sum: antithesis potentie Dei, qua prædicit & interminatur subuersionem regni tenebrarum per Ecclesiam Christi, ex omnibus orbis terrarum partibus adunatam ad inuocandum nomen eius: ab aquilone. & meridie, similiter ab ortu, & occasu, est enim ellipsis contrariorum, in hac loquendi forma, ut Genes. 33. v. 10. qui veniat, ab ortu solis, qui vocet nomen meum, qui veniens proculcet antistites tanquam lutum, & tanquam figulus cænum. Hebraicam verborum emplotem hoc loco perspicuitatis ergo mutarunt.

ET ADDVCET MAGISTRATVS QVASI LV-  
TVM.] Alij ex Heb. 1. & veniet super principes veluti super lutum. 2. & ambulabit super magnates sicut super lutum. 3. & inuadet magnates quasi lutum. De voce וְנִשְׁחַבְּחָבָהּ seghabhabh, quam hic principes, magnates, antistites, reddunt, vide in Hezræ 9. v. 2.

QVIS ANNVTIAVIT AB EXORDIO &c.] VERS. 26. Hunc versum dilucidius alij ex Heb. exponunt : 1. Quis annuntiauit huc ab initio? id est quis hominum aut idolorum? ut sciremus? & porro quid futurum sit, & dicemus eum habere causam potiore? vel ut cognoscamus, subaudi, eum vera dicere, & illum esse verum Deum: & ab antea, dicemus illum iustum? id est, quis indicabit aliquid multò antequam eueniret, & affirmabimus illum iustum esse, & veracem in prædictione sua? sed nullus est, qui annuntiarit, subaudi, futura, nullus est, qui prædixerit, vel qui audiam faciat vocem suam. q. d. tantum abest ut possitis futura prædicere, ut omnino muti sitis: neque est, qui audierit sermones vestros. 2. Quis annuntiauit ab initio, & sciemus, & à principio, seu ab antiquo, vel iam ante, & dicemus quod iustus sit? utique non est, qui annuntiet, etiam non est, qui narret, etiam non est qui audiat sermones vestros. 3. Quis annuntiauit à principio, & sciemus, & antea & pronuntiabimus iustum? imo non est, qui annuntiet, non est, qui prædicet: imo non est, qui audiat dicta vestra. id est, quis ex vobis, o dii, futura cognouit aut prædixit? eloquimini, ut sciamus quisnam vestrum hic sit, & pronuntiemus eum iustum, id est pro eo sententiam feramus, & victor ex indicio prodeat, palmamque referat. Sed frustra expectamus, nullus est, qui vel vos missitantes audiat, aut aliquod verbum ex ore vestro percipiat. 4. Quis indicauit inde à principio ut cognosceremus? Conclusio totius sermonis, qua Deus summam superiorem antithesin his duobus versibus repetens, sibi omnem gloriam assumit, omnia in Christo prædicendi, præsignificandi, & efficiendi arbitrati suo: deinde ætiologicos totam gloriam omnibus idolis, hominibusque adimit, duobus ultimis versibus. Ait ergo, Quisnam igitur, nimirum, ex istis diis, aut hominibus indicauit &c.

AVT INDE AB ANTIQVITATE, VT DICEREMVS, IUSTVS EST, ] id est, non iniuste, sed merito sibi hanc gloriam arrogat, neque ullus est, qui indicet, neque ullus: qui præsumit

prænantiet, neque ullus, qui audiat sermones vestros. 5. Hispanicus Interpres: *Quien dio nuivas desde el principio, para que sepamos? cy de antes, cy diremos, Justo. id est, Bien esta, es verdad. q. d. Acordarle hemos que es Dios. Cietro no ay quien lo anuncie, cierto no ay quien lo ensene, cierto no ay qui en oyga vuestras palabras.*

VERS. 27. PRIMVS AD SION DICET, ECCE ADSVNT, ET IERUSALEM EVANGELISTAM DABO. ] Alij ex Heb. 1. *Primus Tzijoni, Ecce, ecce adfunt: id est, ego primus omnium sum, qui dico Tzijoni quæ futura sunt: & Ierosolymis euangelistam dabo.* singulare pro plurali, euangelistas. q. d. non solum potens sum futura prædicere, sed facio etiam meos prophetas & euangelistas ea præuidere, & annuntiare. Semper enim Deus populo suo prouidit prophetas futurorum euentuum &c. 2. *Ego primus sum, qui dico hæc Tzijoni, Ecce, ecce ipsis: q. d. Deus non est talis vt illi dij gentium, nam est futurorum peritissimus: & ipsis Ierosolyma dabo lata ac fausta nuntiantem: Christum inferentem Euangelium in mundum. 3. Primarium Tzijoni, in quo ecce, ecce ista, & Ieruschalainis euangelizantem dabo.* Alterum membrum antitheseos, quo demonstrat Deus, se ea omnia præstare, quæ modò dicta sunt in exhibitione Christi, quia idem est sapientia Dei, & potentia Dei ad salutem credentium; Non efficiuntur, inquit, neque prædicantur hæc vlla virtute aut scientia hominum: sed is demum vnus effecturus & prædicaturus est, cui donauero. Est autem ille Christus primarius, siue caput Ecclesiæ, plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine perenni ac præsentissima hausturi sunt omnes, & in quo ecce istarum prophetiarum omnium inuenitur complementum. Hunc inquit Deus, dabo Ecclesiæ potentem dictis & factis, vt efficiat res prophetiis prænuntiatas, & prophetias euangelicas committat suis

ad ædificationem Ecclesiæ, euangelizaturus per ipsos, & futurus cum ipsis vsque ad consummationem sæculi. Hunc locum, inquit, ut ita accipiamus cogunt distinctiones Hebraicæ, ipsa argumentatio, & prophetiæ sequentis comparatio.

ET VIDI, ET NON ERAT &c.] Alij ex Heb. *Ego videbo, seu contemplantor, & non vir, & de illis non est consultor: si scisciter ab ipsis, ne verbo quidem respondent.* id est, quamvis diligenter contempler, & quæram, tamen non inueniam idolum aliquod, quod futura prænuntiet, aut dare possit consilium, aut edere vllum verum responsum. 1. *Nam quum respicio, nullus est vir, etiam ex istis nullus est consultus, vt quum interrogabo eos, respondeant quidquam.* Aetiologia præcedentis promissionis de Christo, qua confirmat Deus, se gratiose propterea mittere Filium in mundum, quod nemo ex diis, aut hominibus prophetare possit per se, nedum salutem sibi comparare aut præstare alteri.

INIUSTI. ] *IN auen, vanitas, iniquitas, dolor, molestia: proprie, concupiscentia, cupiditas.* Rectè obseruant sumi hîc pro impio, & idololatrio cultu propria cupiditate ac deuotione, instinctu diaboli, contra Dei voluntatem, & verbum Dei instituto; atque ipsa idola significare, quæ ex praua illa & innata, atque originaria concupiscentia, seu fomite peccati in mundum introducta sunt, pro mera hominum libidine, & absque vlla ratione, sed stulta quadam cupiditate inuenta. Vide in Numer. 23. vers. 21. & 1. Samuel 15. vers. 23.

ET VANA. ] Heb. *defectus, cessatio, absumptio, nihilum.*

ET INANE ] *תוהו thobu, inordinatio.* Vide in Genes. 1. v. 2.

SIMVLACHRA. ] Heb. *fusiones, fusilia, conflabilia, eorum.* Hispanicus Interpres: *suo vaziadizos. vel sus diores de fundicion.*

CAPVT XLII.

*Pater sibi complacet in filio Christo, cuius virtutes & opera que factururus est, propheta explicat, exhortans vniuersas gentes ad laudem & gratiarum actionem: addit quoque, malos, idololatrias & ingratos grauitè à Domino puniendos: plurimum conquerens de ingratitude seruorum Dei.*

Vulg.

Malu.

Matth. 12. b. 18.

I



*Cce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet.*

2 Non clamabit, neque accipiet personam nec audietur vox eius foris.

I



*N seruus meus, sustinebo in eo; electus meus, bene-complacuit anima mea: dedi spiritum meum super eum; iudicium gentibus exire-faciet.*

2 Non clamabit, & non leuabit: & non audire-faciet in<sup>a</sup> foris vocem suã

3 Cannam

VERS. 28.

VERS. 29.

<sup>a</sup> extra, platea

3 Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. in veritate educet iudicium.

4 Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insula expectabunt.

5 Hec dicit Dominus Deus, creans caelos, & extendens eos: firmans terram, & qua germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

6 Ego Dominus vocavi te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. *Inf. 49. b. 6.* Et dedi te in foedus populi, in lucem Gentium:

7 Ut aperires oculos caecorum, & educes de conclusione vincitum, de domo carceris sedentes in tenebris.

8 Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. *Inf. 48. b. 12.*

9 Qua prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

10 Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terra: qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulae & habitatores earum.

11 Subleuetur desertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudare habitatores Petra, de vertice montium clamabunt.

12 Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt.

13 Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir preliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

14 Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.

15 Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.

16 Et ducam caecos in viam, quam nesciunt; & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta: haec verba feci eis, & non dereliqui eos.

17 Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt constatili. Vos dii nostri.

3 Cannam <sup>b</sup> concussam non confringet, & linum <sup>c</sup> obscurum non extinguet illud: <sup>d</sup> fidei exire faciet iudicium.

4 Non <sup>e</sup> contrahetur - in rugas, & non curret; vsque ad ponet in terra iudicium: & <sup>f</sup> legi eius insulae expectabunt.

5 Sic dixit <sup>g</sup> EL IHVH creans caelos ex extendens eos; expandens terram & exitus eius: dans halitum populo super eam, & spiritum ambulantis in ea.

6 Ego IHVH vocavi te in iustitia, & obtinui in manu tua, & asseruaui te, & dedi te foederi populi, luci gentium.

7 Ad aperire oculos caecos: ad exire facere de <sup>h</sup> clausura ligatum, de domo <sup>i</sup> coercitionis sedentes tenebrositatis.

8 Ego IHVH; ipsum nomen meum: & <sup>k</sup> grauitatem meam alteri non dabo; & extollentiam meam <sup>l</sup> dedolatis.

9 Prima ecce venerunt: & noua ego annuntians in antequam <sup>m</sup> germinabunt, audire faciam vos.

10 Cantate IHVH canticum nouum, extollentiam eius de extremitate terrae: descendentes maris & plenitudo eius, insulae, & habitatores earum.

11 Leuabunt desertum, & vrbes eius; <sup>n</sup> cortes habitabit Kedar: gratulatorie acclamabunt habitatores rupis, de capite montium vociferabuntur.

12 <sup>o</sup> Ponent P IHVH <sup>q</sup> grauitatem, & extollentiam eius in insulis annuntiabunt.

13 IHVH sicut <sup>r</sup> praeualidus exhibit: sicut vir <sup>s</sup> caesionum excitabit zelum: tarantarizabit, etiam barriet; super maleuolentes suos praeualescere se faciet.

14 <sup>t</sup> Silere feci <sup>u</sup> de aeterno, <sup>x</sup> cessabo, continebo me- ipsum: sicut pariens sibilabo; afflabo, & hauriam <sup>y</sup> vna.

15 <sup>z</sup> Sicca e - faciam montes, & colles, & omnem herbam eorum <sup>a</sup> siccare faciam: & ponam flumina <sup>b</sup> insulis, & stagna siccare faciam.

16 Et ambulare faciam caecos in via non cognouerunt; in semitis non cognouerunt, viare faciam eos: ponam tenebrositatem faciebus; eorum luci, & hypocrites rectitudinis ista verba feci <sup>c</sup> ea, & non dereliqui eos.

17 <sup>d</sup> Retroacti fuerunt post, pudescient pudore confidentes in <sup>e</sup> dedolatio: dicentes <sup>f</sup> fusioni, vos dii nostri.

<sup>b</sup> fragilem, fractam, quassatam  
<sup>c</sup> caliginosum, rugosum  
<sup>d</sup> datum  
<sup>e</sup> vide in Genes. 27. 1.  
<sup>f</sup> vel contrahetur  
<sup>g</sup> ad legem  
<sup>h</sup> Fortissimus, & Potentissimus, Deus

<sup>h</sup> claustro, carcere  
<sup>i</sup> conclusio nis, claustris carceris, cellae, cohibitionis: *ut 2. Reg. 21. v. 27.*  
<sup>k</sup> gloriam, honorem, dignitatem, splendorem, maiestatem  
<sup>l</sup> simulacris sculptilibus  
<sup>m</sup> succrescent, pullulabant, efflorescent, proueniunt  
<sup>n</sup> atria, praedia, pagi, villae. *Hisp. aldeas, cortices, vide in Genes. 25. 16*

<sup>o</sup> Tribuent, dabunt  
<sup>p</sup> daturus  
<sup>q</sup> *ut v. 8.*  
<sup>r</sup> robustus, potens, heros, gigas  
<sup>s</sup> bellorum, praetiorum  
<sup>t</sup> Silui, ta-cui, cessauit, quicui  
<sup>u</sup> a saeculo, ab olim  
<sup>x</sup> absurdegam, surdum  
<sup>y</sup> simul, pariter  
<sup>z</sup> idesolabo, desertos, siccos faciam  
<sup>a</sup> arefcere  
<sup>b</sup> *scilicet statim, darius, in insulas*  
<sup>c</sup> eos, vel eis  
<sup>d</sup> Retrocesserunt retrorsum  
<sup>e</sup> simulacro, sculptili  
<sup>f</sup> fusilli, comatili

18 Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

19 Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi: quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini.

20 Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?

21 Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

22 Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde.

23 Quis est in nobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura?

24 Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nonne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius.

25 Et effudit super eum indignationem furoris sui, & bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

18 Surdi audite, & cæci respicite ad videre.

19 Quis cæcus? quia si seruus meus, & surdus sicut legatus meus, mittam? quis cæcus sicut pacificatus, & cæcus sicut seruus IHVH?

20 Videre multa, & non obseruabis: aperire aures & non audiet.

21 IHVH bene - complacuit correspondentiæ iustitiæ suæ: grande - faciet legem, & præampliavit.

22 Et ipse populus direptus, & deprædatus, illaqueare - facere in foraminibus omne eorum, & in domibus coërcitionum abscondi facti - fuerunt direptioni, & non eripiens; de prædatione, & non dicens, Reuertere - fac.


23 Quis in vobis auscultabit istud? auscultabit, & audiuit in post?

24 Quis dedit de prædatione Iaghabum, & Israellem diripientibus? an non IHVH? huic errauimus eis; & non audiuerunt in lege eius.

25 Et effudit super eos ardorem nasi sui, & obfirmationem cætionis: & inflammavit eum de circuitu, & non cognouit; & exarsit in eo, & non ponet super eum.

g ON 7  
chi in quimo, nisi h nuntium, oratorem, angelum meum i viuendo k aperiendo l d. riuus. ad correspondentiã

m v. 7. n iusti o auricula-bit, auribus percipiet p attendet, intendet, aduertet f peccauimus, deliquimus t obediuerunt, paruerrunt, morẽ gesserunt, vt ambulant



COMMENTARIA.

VERS. I.



CE SERuus MEVS, &c.] Obseruant, Concionem hanc commode præcedenti coniunctam esse, ex eo apparere, quod exponit præcedentis conclusionis argumentum de Christo, capite Ecclesiæ, & auctore prophetiarum omnium, vt proxime nominatus est vers. 27. superioris capituli. Continet autem, inquit, hæc concio, primum propositionem officiorum & functionum, administrationumque Christi ex vocatione Patris erga Ecclesiam, & vicissim Ecclesiæ in ipsum, vsque ad vers. 13. deinde narrationem profopæeticam operum, quæ Deus effecturus est in Christo, vsque ad v. 18. tertio reprehensionem populi, vsque ad v. 26. siue ad initium capituli 43. postea consolationem à promissionibus miserentis Dei, vsque ad versum 34. siue à vers. 1. cap. 43. vsque ad vers. 9. postremò confirmationem, ad finem vsque, siue à vers. 9. cap. 43. vsque ad vers. 14. Quamobrem, addunt, vt hæc concionis forma & series argumentorum euidentior esset, partem illam, quæ vulgo in caput sequens relata est, à vers. 26. cum superioribus coniunximus. Sunt autem in propositione membra tria: primum, quo exponitur gloriosa Christi administratio atque salutaria, versibus quatuor: Secundum, quo exponitur vocatio à Deo ad Maluenda, in libr. Isaia.

illam administrationem, quinque sequentibus versibus: tertium, de mutuo Ecclesiæ officio erga ipsum Christum, tribus reliquis versibus.

EN SERuus MEVS.] Christus, qui se exinaniuit ipse forma serui accepta, similis hominibus factus, &c. Philippen. 2. vers. 7. Sic 1. Paralip. 17. vers. 19, & 2. Samuel. 7. vers. 22. vide Matth. 12. vers. 17. & sequentibus, vbi quatuor priores huius capituli versus de Christo interpretatur.

VSUSCIPIAM EVM.] Alij ex Hebr. quem sustinebo, sustentabo, fulciam, adiuuabo. Nonnulli: innitar in eo, vel ei, vt solet herus inniti seruo fideli.

COMPLACVIT SIBI IN ILLO ANIMA ME A.] verbum רצח ratzah variè hic reddunt: 1. in quo bonam voluntatem habuit anima mea. 2. in quo bene complacitum est anima mea. id est, qui est mihi charissimus & gratissimus, quem fauore & benevolentia prosequor, erga quem sum prono & propenso animo, affectuque, siue quem vnice & ex animo diligo. 3. complacuit anima mea. 4. voluit anima mea. 6. quem benignè accipit anima mea. 6. quem gratum, acceptumque habuit anima mea. 8. Hispanicus Interpres: en quien mi alma toma contentamiento. vide Matth. 3. vers. 17. cap. 12. vers. 18. & cap. 17. vers. 5. & 2. Petri 1. vers. 17. Nam

ex hoc loco proculdubio ea phrasis desumpta est.

DEDI SPIRITUM MEVM SVPER EVM.] Quidam: *indam spiritum meum ipsi*. vt supra cap. II. vers. 2. & Ioan. 3. vers. 34. Nonnulli hoc referunt ad Spiritum Sanctum columbæ specie in Christum baptizatum descendentem, matth. 3. v. 16.

IUDICIUM GENTIBVS PROFERET.] vel *promet*, *promulgabit*, id est, ius gentibus dicit: periphraſis regni & imperatoriæ maiestatis: per Euangelium autem iudicium Christus in omnes gentes exercuit. Quidam exponunt, id est, Spiritu instructus sine mensura, prophetam aget, sacerdotem, & regem, sed ea forma & efficacitate, quæ deinceps explicatur. Hispanicus Interpres: *dara in izio alas gentes*. id est, *leyes, reglas de viuir en iusticia*. Nonnulli: *iudicium*, id est, Euangelium, quod iudicium Dei continet: *Qui crediderit, &c. saluus erit, &c.* Forsterus annotat, *Euangelium appellari hic iudiciũ, quod scilicet Euangelion simpliciter arguat & damnet omnem mundi & carnis iustitiam, & solius Christi iustitiam commendat & offerat.*

VERS. 2.

NON CLAMABIT.] seu *vociferabitur, &c.* id est, spiritu lenitatis administrabit, in humilitate & misericordia, vt Zachariæ 9. vers. 9. Alij: *Non clamabit*. id est, non agetur perturbationibus.

NEQVE ACCIPIET PERSONAM.] Hebr. tantum est. *non eleuabit*, seu *non exaltabit*, *non tollet*, *non intendet*. iunguntque sequentibus, *neque audire faciet foris vocem suam*. hoc est, non tollet vocem suam, vt foris possit audiri: quasi dicat, submissa voce, modestè, placide, & sine vlla vocis elatione, aut iracundia loquetur, ac peraget suam administrationem.

VERS. 3.

CALAMVM QVASSATVM NON CONTERET, ET LINVM FVMIGANS NON EXTINGVET.] Alij ex Hebr. 1. *Calamum conquassatum non confringet, & linum obscurum, seu obscuratum*, id est, non lucens, seu splendens, *non extinguet*. 2. *Calamum fere quassatum non conteret penitus, & linum caligans, hoc est, caliginosè scintillans, seu fere extinctum, non extinguet*. 3. *Arundinem fractam non conteret, & myxam iam fumantem*, id est, parum ardentem, & pene extinctam, *non extinguet*. Homines afflictos comparat luci malignæ. quasi dicat, tantum abest, vt sit cuiquam facturus iniuriam, vt ne homunciones quidem sit læsurus. 4. *Arundinem quassatam non franget, & linum seu elychnium ipsum*: metonymicè, vt infra cap. 43. vers. 17. *funigans non extinguet*. id est, infirmis misericorditer consulit, nutantes in pietate confirmans, & præditos scintilla pietatis aliqua veluti moribunda, fouens & excitans: quam in sententiam hic locus adducitur Matth. 12. vers. 20. allegoriæ. 5. Hispanicus Interpres: *Noacabara de quebrar la caña cascada, ni apagara el panilo que humeara*. Non absurde notant aliqui esse istas prouerbiales formas.

IN VERITATE EDVET IVDICIVM.] Hebr. *ad fidem, constantiam, certitudinem, veritatem proferet iudicium*. Exponunt, id est, pro

veritate sententiam se ret: vel in causis iudicialibus faciet, vt veritas vincat & eluceſcat. Alij, id est omnes vere & iuste iudicabit. Nonnulli, id est, non falsò odorabitur, indagabit, cognoscet, atque iudicabit ad aspectum oculorum suorum, vel auditum aurium; sed ex veritate administrabit omnia, vt supra cap. II. vers. 3. Aptius erit. fideliter, constanter, stabiliter exequetur iudicium, dicit ius.

VERS. 4.

NON ERIT TRISTIS.] Diuersimodè alij ex Hebr. 1. *Non obscurus erit*. seu *turbidus, commotus*. id est, non agitabitur animi perturbationibus. 2. *Non erit tetricus*. id est, seuerus, obductis superciliis. 3. *Non debilitabitur*. vel *non remissus erit*. à faciendo iudicio. 4. *Non obscurabitur*. id est, non docebit aut loquetur obscurè, sed ad ædificationem luculenter, plane, & simpliciter. 5. *Non hallucinabitur*, seu *caligabit*. sed luculentissimè omnia penitus introspicier rectissimè intelliget, & diiudicabit. 6. *Non fatigabitur*. Hispanicus Interpres: *Nose cansara*. ab administrando suo munere. 7. *Non fumabit*. seu *fumigabit*: sic Noster id verbum vertit versu superiore: id est, non extinguetur, seu non tolletur de mundo Christus, antequam promulgarit Euangelium. 8. *Non faciet vt fumiget, neque quassabit*. id est, nemini erit offensionis: nam quibus est offendiculo, eos non offendit ipse; sed ipsi offendunt vitiositate sua; vt supra 8. vers. 5. Nos exposuimus: *Non contrahet rugas, non corrugabit*. scilicet frontem. id est, præ indignatione, & toruitate non contrahet frontem in rugas. Vide in 1. Samuel. 3. v. 13.

NEQVE TVREVLNTVS.] Alij ex Hebr. 1. *& non frangetur, vel concutietur, conquassabitur*. animo. Hispanicus Interpres: *ni difmayara*. 2. *neque curret-præceps*. id est, non feretur impetu, sed summa cum prudentia res, causasque iudicabit. 3. *neque quassabit*. quemquam. id est, neque offendet, nec more superbiorum alios proculcabit. 4. Forsterus præcedens, & præsens verbum ita exponit: *neque restrictus erit, neque procurrer, vt ponat in terra iudicium*. id est, seruabit medium, seu modum, & tempus; neque cessator erit, neque præceps. Radices  $\text{ר״ז}$  ruz &  $\text{ר״צ}$  ruzatz cognatæ sunt, vnde hîc quidam reddunt: *& non curret*. alij: *& non quassabit*, seu *quassabitur*.

DONEC PONAT IN TERRA IVDICIVM.] Alij: *donec disponat in terra iudicium*. id est, donec euulgarit suum Euangelium, Nonnulli: *quousque ponat in terra iudicium*. id est, quandiu in terra ius dicit, & inter viuos aget, mortalesque gubernabit. vel quousque efficiet vt ius & iustitia in terra vigeant. quasi dicat, tua mansuetudine atque prudentia regnum Dei, in quo viget vera animarum iustitia, propagabit.

ET LEGEM EIVS INSVLÆ EXPECTABVNT.] id est, excipietur cum magna expectatione Euangelium à remotissimis quibusque nationibus. Quidam: *& in doctrina eius regionis expectationem habebunt*. id est, gentes vocatæ ad Euangelium aduentu Christi.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS, VERS. 5.  
CREANS

CREANS CÆLOS, &c.] Aliqui: Sic ait Deus ille fortis Iehoua, creator calorū, &c. Vocatio Christi, vt ad vers. i. dictum est: quam præmunit Deus argumentis à mirifica creatione, conseruatione, & administratione rerum omnium, hoc versu.

IT QUÆ GERMINANT EX EA.] **דְּמַיִם** *dezmajm*, exitus, egressiones; propages, stirpes, germina: vide supra cap. 22. vers. 24. Quidam reddunt; res prognatas ex ea.

DANS FLATVM POPVLO.] **נְשָׁחָמָה** *neschamah*, halitum, anhelitum, animam, respirandivim, inspirationem, populo inhabitanti, agent in ea.

VERS. 6.

VOCAMI TE IN IUSTITIA.] variè exponunt: 1. iuste. 2. in iustitia, ea, quam præditus pro mea iustitia & bonitate feci vt in terra nascereris, & te ad ministerium mediatoris & seruatoris acciui. 3. in iustitia tua. id est te plenum iustitia & sanctitate. 4. in iustitiam. id est; vt homines per te redantur iusti, vt tu iustus esses, & alios iustificans. Roman. 3. vers. 26.

ET APPREHENDI MANVM TVAM.] *vel apprehendi te per manum*, quod est & fauorem & auxilium præstantis: mire enim & vnice Pater Filio fauit, illumque iuuat, &c. Quidam: & apprehendam te manu tua, id est, adero tibi. Alij: vt confirmem manum tuam, id est, vt tibi adsim in tota administratione tua Ioann. 5. v. 19 & sequentibus.

ET SERVAVI TE. ET DEDI TE IN FOEDVS POPVLI.] Quidam: & custodiens te tradam te in foedus populi, id est, vt sis angelus fœderis, Malach. 3. v. 1. & electos omnes vno corpore reconcilies Deo per crucem, peremptis inimicitis, per eam, veniensque euangelizes pacem omnibus, Ephesior 2. v. 16. Sic distinguuntur officia Christi, sacerdotium hic, atque prophetia, sequente membro, quorum effecta per hysterosin sequente versu exponuntur.

IN LVCEM GENTIVM.] vt infra cap. 49. v. 6. & Lucæ 2. v. 32.

VERS. 7.

VT APERIRIS OCVLOS CÆCORVM.] Heb. *Ad aperiendum oculos cecos* vt supra cap. 35. v. 5.

ET EDVCERES DE CONCLVSIONE VINCTVM.] Alij ex Heb. *ad educendum claustrum vinctum* vt infra cap. 61. v. 1.

*de domo carceris, vel coercitionis, sedentes in tenebris* vt supra cap. 9. v. 2.

VERS. 8.

EGO DOMINVS, HOC EST NOMEN MEVM, &c. Alij, *Ego sum Iehoua, illud est nomen meum*, &c. Confirmatio præcedentis instituti de Christo, primùm à natura vocantis, & mandantis Dei, gloriamque suam sibi soli asserentis in Christo, vt qui Deus est vnus cum Patre & Spiritu sancto, hoc versu: deinde à veritate antecessorum operum, quæ denuntiauerat Deus, quo argumento se effecturum confirmat; quicquid prænuñtiauit, versu sequente. Quidam reddunt: *Ego Iehoua. Ni hu est nomen meum*, id est, vocor hu, id est, Ipse, quod mei similis semper sim ab æterno, constans, immutabilis, inuariabilis, semper idem ipse.

*Maluenda; libr; Isaia:*

QUÆ PRIMA FVERVNT ECCE VENERVNT.] Quidam: *Priora ecce venerunt*, id est, prophetata prius in nomine meo.

VERS. 9.

ANTEQVAM ORIANTVR, AVDITA VOBIS FACIAM.] Alij: 1. *antequam oriantur, nota faciam vobis*. 2. *quum nondum exoriantur pronuntio vobis*, ac proinde tam certo euentura sunt, quam euenerunt priora: oratio anantapodos.

CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM, &c. Hortatio Ecclesiæ ad mutuū officium gratiarum actionis & prædicationis Dei, vt dictum est in vers. 1.

VERS. 10.

*canticum nouum.* Vide in Psalm. 32. v. 3.

LAVS EIVS AB EXTREMIS TERRÆ. Alij ex Heb. 1. *laudem eius canant ab extremo terræ* 2. *canticum laudis eius*, ab extremo terræ, subaudi, cantate; ex initio versus.

QVI DESCENDITIS IN MARE, ET PLENITVDO EIVS. Alij 1. *descendentes in mare*, & plenitudo eius 2. *canant, qui descendunt in mare*, id est, omnes nauigantes, & quidquid in eo est, vide in Psalm. 23. v. 1. 3. *qui descenditis in mare & plenitudinem eius*, seu & in flumina adimplentia illud.

SVB LEVETVR DESERTVM, ET CIVITATES EIVS.] Heb. *Attollent vocem*, seu laudem; aut canticum, *desertum, & ciuitates eius*.

VERS. 11.

IN DOMIBVS HABITABIT CEDAR.] Alij ex Heb. *Villa, quas inhabitat Kedar*, id est, Arabes nomades, & scenitæ: vide in Psalm. 119. v. 5.

LAVDATE HABITATORES PETRÆ.] Heb. *canent, inubilabunt, ouabunt habitatores petræ*, id est, Arabiæ Petræ: vide supra cap. 16. v. 1. Per Kedarenos & Petræos intelligunt hic homines etiam ferissimos & omnium maxime barbaros, à pietate & humanitate alienos, ad quos peruenturum erat beneficium Christi. Quidam reddunt: *canent habitatores rupis*, singulare pro plurali, habitatores petrarum seu rupium, id est, habitantes in arcibus ædificatis in rupibus & locis munitis.

DOMINVS SICVT FORTIS EGREDIETVR, &c.] Alij: *Iehoua velut robustus prodibit*, &c. Secunda pars, nimirum narratio profopœtica operum Dei in Christo, vt in vers. 1. diximus, cum erga suos, tum in aduersarios: quæ duo prolepticè hoc versu posita, deinde hysteron proteron præpostero ordine explicantur. Quidam reddunt: *Iehoua herois instar prodibit*.

VERS. 12.

ET SICVT VIR PRÆLIATOR SVSCITABIT ZELVM.] Alij ex Heb. 1. *Sicut miles in proinctu stans zelum excitabit*. 2. *vt vir bellorum, seu vt vir bellicosissimus euigilans zelo*, id est, studio zelotypiæ, quo afficitur Deus propter Ecclesiam suam.

VOCIFERABITVR.] **יָעִי** *iaziagh* omnia ista continet, *voce lata ac plena personabit, vel ore, vel tuba, aut buccina, tarantariabit, triumphabit, inubilabit, classicum canet, clangor fracto sono*: vide in Numeror. 10. vers. 7. & Io. 6. vers. 5.

ET CLAMABIT.] Futurum Hiphil **יָעִי** *iazriach*, verbi **צָרַח** *zarach*, exponunt: *etiam acerrimè proclamabit*. Aiunt enim id

N n 2 verbum

verbum proprie significare, fortiter, durè, acriter, amarè exclamare more gigantum, qui cum fortia habeant latera, clamoris vehementia alios feriunt ac velut enecant. Vtrumque futurum significatum intendit: *vehementissime tarantanturabit, etiam acerrime exclamabit.* Tremellius & Iunius reddunt: *etiam barriet.* id est, horrenda & terrificata voce inelamabit, vt solent facere milites inituri prælium, ad consternandos hostes. Vegetius lib. 3. de Re militari, cap. 18. [*Clamor autem, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies utraque se iunxerit. Imperitorum enim est, vel ignavorum, vociferari de longe, cum hostes magis terreantur, si cum telorum ictu, clamoris horror accesserit.*] sed de clamore, seu barritu militum, quum prælium inirent, plura ex magnis auctoribus congestere Steuuechius in Notis ad lib. 3. Vegetij, cap. 18. & Lipsius lib. 4. de Milia Romana, Dialogo 11. Hispanicus Interpres reddit: *hara algazara.*

SVPER INIMICOS SVOS CONFORTABITVR. ] Alij ex Hebr. 1. *contra inimicos suos roborabit se.* id est, omnes suas vires colliget: q. d. tandem superior euadet & superabit hostes suos. 2. *supra inimicos suos præualefcet.* seu prædominabitur, superior erit, superioritatem obtinebit. 3. *contra hostes suos potenter se geret.*

VERS. 14.

TACVI SEMPER, SILVI, PATIENS FVI. ] Alij ex Hebr. 1. *Tacebam iam dudum, silebam, continebam me.* 2. *Tacui à saculo, filii, & continui.* subaudi, iram meam. Mutatur hîc persona: Deus enim nunc loquitur. 3. *Hactenus diu filii num igitur dissimularem? num me continerem perpetuo?* 4. *Dicens, filii à saculo, siue iam olim,* vt Genes. 6. vers. 4. *surdum-egi, continui me, &c.* Humanitas dicta per gradationem, quibus ostendit Deus & potentia suæ magnitudinem, & iudiciorum suorum grauitatem fracta patientia: quæ iudicia non tantum homines, sed res ipsorum omnes dicuntur peruasura, ad testandum indignationem eius & zelum erga Ecclesiam, sequente versu.

*Patiens-fui.* Hebr. *continebo me.* vel *contine-re-me ipsum faciam,* seu *comprimam, coërcebo, cogam, compellam, cohibebo me, vim mihi faciam.* nam formula *Hithpabel* auget significatum. sic Genes. 43. v. 31.

SICVT PARTVRIENS LOQVAR; DISSIPABO, ET ABSORBEBO SIMVL. ] Alij ex Hebr. 1. *tandem velut parturiens clamabo, desolabo, & deglutiam simul.* omnes inimicos meos. 2. *sicut parturiens sibilabo, vel eiulabo, aut vociferabor, flabo, & insorbebo pariter.* 3. *sicut parturiens sibilabam, anhelabam, & insorbebam pariter.* elegans similitudo a fœminis parturientibus, quæ præ dolore, quo halitum diutius continent, eo maiori impetu refundunt, & frequentius halitum emittunt, ac reforbent, spirant ac respirant: sic Deus ex multa strage hostium, quam se edirurum designat, se defatigari ait, & spissius trahere & retrahere spiritum. vel præ dolore & angustia sustinendi & patiendi, crebro anhelare, & respirare: vt sit illud Pauli Ro-

manor. 9. vers. 22. [*Sustinuit in multa patientia vasa apta, seu aptata in interitum.*] vnde illud Nostri, *dissipabo, possit sumi, pro dissipabo anhelitum, flatum, spiritum.* seu *flabo.* 4. *quin more parturientis clamabo, anhelus-gemam, & simul suspiria ducam.* 5. *vt parturientem viperam desolabo, exhauriamque pariter.* Alludit ad id, quod produnt auctores, catulos viperæ nascentes abrodere, & ambedere vterum parentis, & eam interimere. Vide Herodotum lib. 3. Numero 109. Plinium lib. 10. cap. 62. & alios. Sed hanc interpretationem non admittunt accentus Hebraici.

*Loquar.* פּוֹפֶה ephogheb, plerique Futurum faciunt verbi פֶּחַחָה phagah, *clamabo, sibilabo, eiulabo, vociferabor.* Alij nomen, *vipera, vt* Job 20. v. 16. & infra cap. 50. v. 5.

*Dissipabo.* אֶשְׁחֹם eschschom, à נֶשְׁחָם nascham, *anhelabam, anhelitum, seu halitum-emittebam.* à נֶשֶׁח naschah, vel שְׁחָמָה schamah, *flabo, efflabo.* à שְׁבָמָה schamam, *afflabo, suspende-desolabo.* Sunt omnes cognatæ radices.

*Absorbebo.* אֶשְׁחַפֵּה eschaph, *hauriam, exhauriam, attraham, anhelabo, inhiabo, aspirabo, absorbebo, deglutiam:* vt Job. 5. v. 5.

DESERTOS-FACIAM MONTES, &c. ] VERS. 15. Hunc versum quidam ita explanant: *Vastabo montes & colles, omnemque herbam eorum arefaciam, & disponam flumina in regiones, & stagna arefaciam.* id est, potius ordinem naturæ euertam, & cælum miscebo terræ, quam Ecclesiam deferam. Sunt autem hæ omnes minæ, promissionesque allegoricæ ex prophetiarum vsu.

ET DUCAM CÆCOS, &c. ] Hunc versum nonnulli dilucidius ex Heb. transfundunt: *Vt deducam cecos per viam, quam non nouerant, semitis, quas ignorabant, agam eos: disponam tenebras coram eis in lucem, & obliqua in planitiem: hæ sunt res, quas faciam eis, neque derelinquam eos.*

AMVLARE EOS FACIAM. ] Alij: 1. *calcare-faciam eos.* 2. *dirigam eos.* 3. *viabo eos,* id est, per viam ducam eos.

ET PRAVA IN RECTA. ] Heb. *peruertitates, tortuositates, obliquitates, seu obliqua, prauitates.* nos *hypocrites* diximus: vide similem vocem Prouerb. 4. v. 24. *in reſtitutionem, planitiem, planum.* De מִשְׁכּוֹר miſchor, *planitie,* vide in Deuteronom 3. v. 10.

CONVERSI SVNT RETRORSVM, &c. ] VERS. 17. Alij hunc versum ex Heb. ita reddunt. *Atti sunt retrosum, pudore pudeſcent quicumque sculptili fidunt, & quicumque dicunt fufili: Vos estis dii nostri.* 2. *Auertentur retrorsum, suffundentur pudore, qui confidunt sculptili, qui dicunt: fili: Vos estis dii nostri.*

SVRDI AUDITE, ET CÆCI INTUEMINI. ] VERS. 18. NI AD VIDENDVM. ] Alij: *ô surdi, audite, & ô cæci intuemini ad videndum.* Tertia pars, nimirum reprehensio populi cæcutientis, & obsurdescentis, ad opera, monitaque Dei, vt dictum est in vers. 1. ad quam transitus paratur exclamatione, hoc versu. Sunt autem in hac reprehensione primum exprobatio cæcitatatis, vers. 19. & sequente: deinde confirmatio à iustissima administratione Dei, à vers. 21



vers. 21. vsque ad finem capituli, seu vsque ad vers. 26.

**VERS. 19.** QVIS CÆCVS NISI SERVVS MEVS? ] Nimirum populus Iudæorum liberatus ex Ægypto, & è manu hostium suorum, vt seruiret Deo, supra cap. 41. v. 8.

ET SVRDVS, NISI AD QVEM NVNTIOS MEOS MISI. ] Alij: & surdus, nisi quem sicut angelum meum missurus sum? Hoc plerique de Isaia vel de Christo intelligunt, qui Iudæorum infidelium opinione cæcus & surdus habitus est. Non satis apte: rectus alij: & surdus sicut nuntius meus, quem mittam, vel misto. id est, sicut sacerdotes & Leuitæ mei, instituti vt docerent Israëlem iudicia & legem Dei, Deuteronom. 33. v. 10. & Malach. 2. vers. 7.

NISI QVI VENVMDATVS EST ] צַמְשֻׁלָּם cimeschullam, participium passivum Pihel, propriè sicut pacificatus, pacificus: possis reddere, retributus, repensus, persolutus, id est, cui abunde retributum, repensum, & persolutum est, quo forsân respexit Noster, cum reddidit: qui venumdatus est: nam persoluto pretio aliquis venundari solet. Vel sicut integer, integratus, absolutus. Estque id epithetum populi Iudaici, quem Deus integrum, absolutum, pacificum, cumulatam bonis præstitit, cui innumera beneficia retribuit atque rependit. Aptè quidam exponunt: quis cæcus vt donatus pace? id est, populus, quicum Deus fædus æternæ pacis, & omnis benedictionis iniuerat. Nec male conuertes: sicut prosperatus, felicitatus. Nam felicissimus ille populus fuit tantis à Deo ornatus & auctus beneficiis.

**VERS. 20.** QVI VIDES MVLTÀ, NONNE CVSTODIES. ] Heb. est duplex lectio, in textu: vidisti multa: in margine: Videndo multa & non obseruabis, vel tamen non obseruas, &c. Hæ frequentes apostrophæ augent pathos. Quidam exponunt, id est, afflixit te Dominus sæpe, vt respisceres; at non attendisti cur te affligeret. Sed magis vniuersalem sermonem esse remur, multa documenta & exempla expectus es à Deo bonorum & malorum, sed non obseruasti ea conferens in corde tuo. Aliqui reddunt: Visiones multe sunt, id est, prophetiæ & reuelationes, sed non attendisti eis.

**VERS. 21.** DOMINVS VOLVIT VT SANCIFICARET EVM. ] Alij: ex Heb. 1. Iehoua autem voluit propter iustitiam suam. id est, voluit illa facere, vel hæc fecit, vt se iustum approbaret. 2. Iehoua approbavit propter iustitiam suam. id est, voluit ac constituit Deus Iudæos obcæcari, vt iustificaret se, ac notam faceret iustitiam suam, dum ab eis aufert regnum Dei, & dat illud genti facienti fructus eius, hoc est, dum impios punit, ac pios beat, quod vtrumque est opus iustitiæ. 3. Egregiam quidem voluntatem erga vos habuit Iehoua. 4. Iehoua delectabatur ipso seruo suo, propter iustitiam suam, &c. Confirmatio cæcitatæ surditati-que Iudæorum, à præsentibus Dei Iudicis iusti castigationibus: cuius peccati indignitas ab antegressa Dei benignitate amplificatur, hoc versu.

ET MAGNIFICARET LEGEM, ET EXTOL-

LERET. ] Alij ex Heb. 1. legem suam inter vos magnificam, & augustam reddidit. 2. & magnificabit doctrinam, & amplificabit. Excæcationem Iudæorum consequuta est magnificatio, amplificatio, & gloria legis Dei, seu doctorum eius, quod nihil aliud est quam iustificatio Dei eo quod omnia quæ antea prædixerat de excæcatione & reiectione Iudæorum, in lege ipsa & sacra Scriptura contenta, ad amissim completa fuerunt. 3. magnificabat doctrinam, & reddebat magnificum, opere: nam triplex gradus dignitatis ponitur à Deo in populum collatæ, videlicet, amoris, colloquij, & operis

ET EXTOLLERET. ] Alij: & corroborabit, illustrabit.

IPSE AVTEM POPVLVS DIREPTVS ET VASTATVS. ] Alij: 1. At hic populus direptus & ex-pilatus. 2. At ipse est populus direptus & proculcatus. 3. prædam-passus, direptus.

LAQVEVS IUVENVM OMNES. ] Hebr. varie accipiunt: 1. capere-facere in speluncis omnes ipsos. vel quos omnes eorum inimici capere facient in speluncis. 2. illaqueare, pro illaqueant, laqueos tendunt in foraminibus, id est, in ipsis speluncis, & cavernis, in quibus abscondebantur, omnes ipsos. q. d. capiebant eos laqueis in ipsis foraminibus, speluncis. 3. capiuntur-laqueo in illis ipsis foraminibus, speluncis, in quibus delituerint, omnes ipsi. 4. cogent eos omnes in foramina, quæ illis erunt instar laqueorum. 5. illa quæ in foraminibus omnes ipsos, id est, detrude, & compelle in foramina. 6. inflatus est, id est, quasi vento propulsus, vel propulsatus in foramina, seu in cavernas vniuersus ipse, seu omnis eorum. 7. illaqueans cunctos iuvenes suos. 8. illaqueando, vel illaqueant iuvenes, quotquot sunt. id est, hostes, quibuscunque per iram Dei exponuntur Iudæi, etiam fortissimos & lectissimos illorum quotque captiuos ducunt. 9. laqueus iuvenes vniuersas ipsorum, vel omnes ipsi. id est, omnes electi præstantes iuvenes in illo populo, erunt laqueus, seu in laqueum, hoc est, illaqueati, & velut laqueis capti. Noster: laqueus iuuenum omnes. nam quamuis hæc forma emphatica non patiatur constructionem; at solet subaudiri constructio more Hebraico; laqueus, laqueus, inquam, iuuenum omnes ipsi.

Laqueus חַפְּזֵי חַפְּזֵי haphheach, quidam infinitum; alij imperatiuum faciunt, verbi פָּחַח pûach in Hiphil, illaqueare, vel flare, perflare: aut illaquea, infla. Nonnulli, participium cum He notificatio, inflatus. Alij nomen, laqueus.

Iuuenum. בַּחֲרִים bachurim, multi vnam votem faciunt, iuvenes electos. Alij, duas vt Beth sit præpositio: in foraminibus, speluncis, cavernis.

ET IN DOMIBVS CARCERVM ABSCONDITI SVNT, &c. ] Reliquam partem versus alij ex Heb. conuertunt: 1. & in domibus carcerum in quibus latitabunt, erunt in rapinam, & non eruent, vel non erit, qui eruat; in direptionem, nec erit qui dicat, Redde. 2. & in domibus carcerum absconditi sunt: fuerunt in direptionem, & non est qui eripiat; in prædam, & non est qui dicat, Redde. 3. vt retrusi sint in carceres: præ-

patuerunt nemine liberant; proculcati sunt & nemo dixit, Restitue. 4. in carceribus abduntur: sunt prada, nemine eripiente; conculcationi, nemine dicente, Restitue.

VERS. 23. QVIS EST IN VOBIS QUI AUDIAT HOC, &c.] Alij ex Heb. 1. Quis ex vobis hac auribus capit? quis aduertit, & attendit, vt imposterum caueat? 2. Quis inter vos auribus percipit hoc? attendit, vt auscultet imposterum? Apostrophe ad populum pathetica, quasi dicat, Quis vestrum tam graua monita accipit, aut his verberibus recipiscit? cæci ergo & surdi estis, ac sensus expertes.

ET AVSCULTAT FUTURA? ] Alij ex Heb. 1. & audiet imposterum? id est, vt imposterum admoneatur, & resipiscat. 2. vt audiat imposterum? id est, quotus quisque vestrum credit, quæ dico ventura?

VERS. 24. QVIS DEDIT IN DIREPTIONEM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Quis autem tradidit Iahakobum vt conculcetur, & Israelem direptoribus? nonne Iehoua? peccauimus ei, & noluerunt incedere in viis eius, nec audierunt legem eius. 2. Quis exponit proculcationi Iahakobum, & Israelem diripientibus? nonne Iehoua? hic est cui peccauimus: non enim acquieuerunt vt in viis eius ambularent, neque auscultauerunt legi eius.

VERS. 25. ET EFFVDIT SVPER EVM IRAM FVRO-  
RIS SVI.] Heb. æstum, ardorem, excandescen-  
tiam iræ suæ. Notant חמא chemah hic non esse

formam regiminis, sed poni pro חמא chemah constructo, nam absolutum loco constructi, non raro poni. iuxta formam esse dicendum: æstum, iram suam. vel æstu iram suam. vel subaudito regimine, vt alibi: æstum. æstum, inquam ira suæ. Quidam exponunt hunc versum: Quapropter effudit super illum excandescentiã iram suam, & robur belli id est, beila vehementissima. hypallage: sed etsi in flammam eum circumquaque, non animaduertit; etsi incedit eum, tamen non reponit in animo. Elegans significatio misericordiæ diuinæ in ipsa iudiciorum exequutione. Æstu, inquit propheta, afficitur Deus propter peccata nostra, sed tamen æstum illum suum ita moderatur, vt illius particula tantum nos aspergat, quæ ira dicitur: ita que non consumit nos æstu, sed iræ demonstratione excandescens reuocat: hostes vero contra, vt infra 66. v. 15. Alij reddunt: Propterea effudit super eum ardorem iræ suæ, & belli impetum; & inflammavit eum undique, sed non animaduertit: excarsit contra ipsum, vel succendit eum, neque corde hoc expendit, id est, non resipuit.

ET COMBVSSIT EVM IN CIRCVITV, ET SVCCENDIT EVM.] Heb. vtrumque verbum est fæmineum tertiæ personæ futuri, & ad chamah æstum, excandescentiã referendum. Alij pro secunda persona futuri masculinæ capiunt: & inflammabis eum, & exardescet in eo, vt ad Deum referendum.

## CAPVT XLIII.

Prophetia de Cyro & victoriis ipsi à Deo concedendis, cum increpatione quòd Deum in his non agnoscat, cum ipse solus sit Deus, omnium Dominus, cui nemo potest contradicere: prædicatur Christi natiuitas: & loquitur propheta permixtim de Iudeorum per Cyrum liberatione: ac salute per Christum futura: quòdque solus Dominus sit Deus, iustus & saluans, promissâque complens.

Vulg.



I nunc hæc dixit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine

meo: meus es tu.

2 Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te:

3 Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiã, & Saba pro te.

4 Ex quo honorabilis factus es in oculis

Malu.



I nunc sic dixit IHVH, creans tuus, Iahakob; & formans tuus, Israel: non timebis, quia redemi te; vocaui in nomine tuo, mihi tu.

a plastes; formatos

2 Quia transibis in aquis, ad te ego; & in fluminibus non inundabunt te: quia ambulabis in eo igne, non arderis, & flamma non exardescet in te.

b quum. sic statim  
c cremaberis

3 Quia ego IHVH ELOHIM tuus, Sanctus Israel saluator tuus: dedi expiationem tuam Ægyptum; Chus, & Saba sub te.

d pro se  
v. 4.

4 De quo pretiosus fuisti in oculis meis,

meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.

5 Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

6 Dicam Aquiloni: Da; & Austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terra.

7 Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum, formauit eum, & feci eum.

8 Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; sardum, & aures ei sunt.

9 Omnes gentes congregatae sunt simul, & collectae sunt tribus: qui in vobis annuntiet istud, & quae prima sunt audire nos faciet: dent testes eorum, iustificentur, & audiant, & dicant verè,

10 Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus, quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

11 Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator.

Ofc. 12. b. 4.

12 Ego annuntiaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

13 Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auerteret illud?

14 Hac dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel: Propter vos misi in Babylonem, & detraxi vestes uniuersos, & Chaldaeos in nauibus suis gloriantes.

15 Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester.

16 Hac dicit Dominus qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.

17 Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum: simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.

18 Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.

Cor. 5. d. 17. Apo. 21. b. 5.

19 Ecce ego facio noua, & nunc orientur, utique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina.

meis, aggrauatus fuisti, & ego amaui te: & dedi hominem sub te, & populus sub anima tua.

5 Non timebis quia ad te ego: de ortu venire faciam semen tuum, & de vespera congregabo te.

6 Dicam septentrioni, Da; & austro, Non cohibebis: venire fac filios meos de longinquo, & filias meas de extremitate terræ.

e prohibebis, coerceris, concludes f qui vocatus fuit

7 Omnis vocatus in nomine meo, & grauitati meae creauit eum: formauit eum, etiam feci eum.

8 Exire facere populum cæcum, & oculorum existentia: & surdos, & aures eis.

g Exire faciendo h oculi, existunt, sunt

9 Omnes gentes congregatae fuerunt vni, & collecti fuerunt populi; quis in eis annuntiabit istud? & prima audire faciet nos? dabunt testes eorum, & iustificati fuerunt; & audierunt, & dixerunt, Fides.

i vna, pariter, simul

10 Vos testes mei, Fidelis sermo IHVH, & seruus meus, quem elegi: correspondentiæ cognoscetis, & credidistis mihi, & intellexistis quia ego ipse faciebus meis non formatus fuit EL, & post me non erit.

k suos l vt iustificentur m veritas, certitudo, constantia n vide in Genes. 22. 16.

11 Ego, ego IHVH: & non de nequaquam vsque ad me saluans.

o datiuus, ad correspondentiam p vt credatis & intelligatis

12 Ego annuntiaui, & saluabo, & audire faciam; & non in vobis alienus: & vos testes mei, Fidelis sermo IHVH, & ego EL.

q datiuus, ad facies meas, ante me

13 Etiam de die ego ipse, & non de manu mea eripiens: operabor, & quis reuertere faciet eam?

r Fortissimus, Potentissimus Deus saluator, seruator t vt v. 10. u vt v. 10. x datiuus, ad correspondentiam vestram y omnia ipsa

14 Sic dixit IHVH redemptor vester, Sanctus Israelis: correspondentiæ vestrae misi in Babelem, & descendere faciam transfugitoria omne eorum, & Chaldaeos, in nauibus gratulatoria-acclamatio eorum.

15 Ego IHVH Sanctus vester, creans Israel, rex vester.

16 Sic dixit IHVH, dans in aquis viam: & in aquis obfirmatis semitam.

17 Exire faciens currum, & equum, stenuitatem, & obfirmationem: vni te cubabunt, nequaquam surgent, extincti fuerunt sicut linum, extincti fuerunt.

z vt v. 9.

18 Non recordabimini prima, & anteriora non intelligere vos ipsos facietis,

19 Ecce ego faciens nouam, nunc germinabit; an non cognoscetis eam? etiam ponam in deserto viam, in horrenda solitudine flumina.

A Iesimon: vide in Numer. 31. v. 20.

20 Agra

20 *Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo.*

21 *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.*

22 *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel.*

23 *Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi praeui in thure.*

24 *Non emisti mihi argento calamus, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, praeuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

25 *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

26 *Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris.*

27 *Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui prauaricati sunt in me.*

28 *Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.*

20 Aggrauabit me fera agri, dracones & filiae struthionis: quia dedi in deserto aquas, flumina in horrenda solitudine, ad potare facere populum meum, electum meum.

21 Populum hunc formaui mihi: extollentiam meam numerabunt:

22 Et non me vocauisti Iaghabob; quia laborauisti in Israel.

23 Non venire fecisti mihi pecudem ascensionum tuarum, & sacrificiis tuis non aggrauauisti me: non seruire feci te in minchah, & non laborare feci te in thure.

24 Non acquisiisti mihi in argento cannam, & adipe sacrificiorum tuorum non irrigauisti me: verumtamen seruire fecisti me in erratis tuis, laborare fecisti me in prauitatibus tuis.


25 Ego, ego ipse delens transgressiones tuas correspondentiae meae: & errorum tuorum non recordabor.

26 Recordari fac me; iudicabimur una: numera tu, correspondentiae iustificaberis.

27 Pater tuus primus errauit, & interpretes tui transgressi fuerunt in me.

28 Et violauit principes sanctitatis, & dedi anathemati Iaghabobum, & Israellem. probris:

b uide supra cap. 13. v. 21. c ut v. 17. d ad me clamaui e cannam, vel calamum. aromaticum. vulgo, canella: uide in Exod 30. v. 23. finebriaui, factuui g peccatis, delictis h curuitibus, distortionibus, peruersitatibus i absterges, abradens k defectioes, rebelliones, prauaricationes. l datius. ad correspondentiā meam, ut mihi respondeam, mihi similis sim m ut v. 24. n datius. ad correspondentiā o peccauit, deliquit p perfidegerunt, rebellauerunt q internecioi r conuicij, vituperationibus



## COMMENTARIA.

VERS. I.



TV NVC HÆC DICIT DOMINVS & C. ] Alij: *Nunc uero sic ait lebona creator tuus & C.* quarta pars concionis, nimirum consolatio à promissionibus Dei, ut dictum est in cap. 42. v. 1. quæ confirmatur à natura eius, ab opere creationis, à uocatione populi, & à singularibus exemplis beneficentiæ Dei erga uocatum, adicitum que populum: quæ omnia prolepticè hoc uersu posita, sequentibus exponuntur usque ad uers. 9. vel, ut distinguunt. 34.

QVIA REDEMI TE. ] Alij: *nam vindicanti te. vel liberaui te.* hoc est, asserui à seruitute gentium & satanæ, & in seruum mihi comparauit.

ET VOCAVI TE NOMINE TVO. ] id est, illis uindictis singulare dominum mihi in te comparauit, ut supra cap. 41. v. 8. & 9. ac proinde peculiari ratione meus es, Exod. 19. v. 5. Alludi hinc notant ad morem herorum, qui seruos suis nominibus propriis accersunt, & uocant ad operas.

MEVS ES TV: ] Heb. *mibi tu*: quidam; ut meus esses tu.

QVVM TRANSIERIS PER AQVAS & C. ] Alij hunc uersum ex Heb. transfundunt. 1. *Et quum transibis per flumina, ego tecum ero, & flumina profunda te transuersum non rapiunt, quum ambulaueris per ignem non comburèris, nec flamma te laedet.* 2. *Ut quum transieris per aquas ego tecum essem, quum uero flumina, non te obruerent, quum per ignem incederes, non comburereris, neque flamma, te incenderet.* id est, uocaui te ut meus esses, ut quum transires & C. 3. *Quum transis per aquas, tibi adsum, & per flumina, ne inuident te, quum ambulas per ignem, non ureris, & flamma non incendet te.*

DEDI PROPITIATIONEM TVAM ÆGYPTVM. ] vox כּוּפֵר *copher* hæc omnia completitur, *expiationem, redempturam, redemptionem, pretium redemptionis, lyron. vel placationem, piaculum, piamentum, lustramentum.* & quod Græci dicunt *catharma, peripsema, purgamentum.* Quidam exponunt, ut te expiarem, & lustrarem, maclauit Ægyptios & Æthiopes, ac synecdochicè alios hostes populi